

**Nicolai PEROTTI**

**CORNV COPIAE  
seu linguae Latinae commentarii**

**VII**

Ediderunt

J-L. CHARLET, M. FURNO, M. PADE, J. RAMMINGER, G. ABBAMONTE

**Istituto Internazionale di Studi Piceni**

Sassoferrato

1998

*Comitato scientifico*

Ferruccio Bertini, Italo Gallo, Alberto Grilli,  
Heinz Hofmann, Paul O. Kristeller,  
Scevola Mariotti, Keith Percival, Herman Walter.

*Direttore responsabile*

Sesto Prete † - Jean-Louis Charlet



Ce septième volume de l'édition du *Cornucopiae* de N. Perotti a été préparé en équipe: le premier tiers (*epigr.* 48 à 69) a été fait par J.L. Charlet, avec la collaboration de M. Furno pour l'apparat des sources des *epigr.* 48 et 51; le deuxième tiers par M. Pade (*epigr.* 70 à 78,22) et J. Ramminger (*epigr.* 78,23 à 95); le dernier tiers par G. Abbamonte (*epigr.* 96 à 147 et billet d'envoi à Federico de Montefeltre. L'*index uerborum Graecorum* a été constitué par M. Pade; l'*index lemmatum* par J. Ramminger; l'*index auctorum* par J.L. Charlet. Nous nous sommes mutuellement relus et avons bénéficié des suggestions des autres. J.L. Charlet a intégré à cet avant-propos les remarques des autres collaborateurs.

Une légère modification a été apportée dans la présentation: les citations ou références (légèrement) modifiées par Perotti ont été notées "Non. 62\*" au lieu de "cf. Non. 62", ce qui assure une plus grande cohérence avec l'*index auctorum*.

En ce qui concerne le texte manuscrit de Perotti, on notera à partir du f° 651r l'absence des noms d'auteurs et des *notabilia* jusque là relevés dans les marges de gauche et de droite; de même, on n'y relève plus aucun ajout de la main de Perotti et toutes les corrections *s. l.* ou *in ras.* sont de la première main, et non de Perotti. Les termes grecs sont écrits à l'encre noire et non plus au minium comme précédemment. Perotti n'a donc pas contrôlé cette dernière partie (manque de temps, problèmes de santé ?...).

Parmi les nouveautés qu'apporte ce septième volume, on notera la restitution, comme dans les volumes précédents, de plusieurs passages omis dans les éditions imprimées et, à l'inverse, un long ajout de l'Aldine au texte de Perotti en 117,4,2 (voir aussi 64,10,26); un cas analogue avait été relevé dans le t. III (voir Avant-propos, p. 5). M. Pade a identifié une référence à Marco Polo dans l'*epigr.* 72,8 (édition de référence, Marco Polo *Itinerarium*, Antverpiae 1485, réimpression Tokyo 1949). D'autre part, l'utilisation du *De uiris illustribus*, du commentaire au *De inuentione* par Marius Victorinus, de l'*Etymologicum magnum* (voir en particulier *epigr.* 115,5,4-7) et de "Servius auctus" se trouve confirmée. Sur ce dernier point, G. Abbamonte a mené une enquête approfondie qui fera l'objet d'une ou plusieurs publications, notamment dans *Studi Umanistici Piceni* 19, 1999. Par ailleurs, l'éventail des œuvres de Valla qu'a pu utiliser N. Perotti s'est ouvert.

Un cas intéressant de "fragment non identifié", concernant en l'occurrence Apulée, a été relevé en *epigr.* 115,8,5-6: le texte de Valla auquel se réfère Perotti (*eleg.* 3,52) contient une explication analogue à la citation attribuée à Apulée par Perotti: *Quum super coena essemus, ecce tibi ostium crepuit*. Un phénomène semblable avait été mentionné par F. Stok (T. VI, *Introduzione*, p. 17) et se retrouve dans d'autres passages. Il devra faire l'objet d'une étude d'ensemble.

S'il achève la publication du texte du *Cornu copiae*, ce septième volume n'achève pas notre édition. Comme je le disais dans la préface au t. I, un travail d'une telle ampleur et d'une telle complexité ne peut prétendre à la perfection. Chemin faisant, nous avons affiné notre méthode et découvert de nouvelles sources; nous avons déjà diffusé plusieurs listes d'*addenda* et de *corrigenda* et nous avons aussi volontairement laissé certaines questions en suspens. Aussi avons-nous l'intention de préparer un huitième volume qui comprendra, après une introduction générale remplaçant les précédentes et précisant les normes et méthodes de l'édition, deux parties: la première refondra les *indices* actuellement séparés dans chacun des volumes, ce qui facilitera grandement la consultation; une seconde partie d'*addenda* et *corrigenda* reprendra ceux qui ont déjà été publiés, en ajoutant ceux qui résultent de nos découvertes récentes et des possibilités d'investigations qu'offre désormais l'édition critique complète du texte. Par exemple, une identification systématique, chaque fois qu'elle est possible, des traductions latines du grec utilisées par Perotti: on remarquera déjà dans ce volume l'identification de la traduction de Plutarque *Romul.* par Tortelli ou *Cato minor* par Bruni. Une vérification systématique des "citations non identifiées" (= *fr. inc.*) de tel auteur dans les œuvres apocryphes qui lui étaient attribuées au Quattrocento sera possible. Nous pensons aussi ajouter les références à des œuvres de Perotti non encore publiées (le commentaire aux *Silves* de Stace, dont s'occupe G. Abbamonte) ou qui n'ont encore d'édition critique: les *Rudimenta grammatices*, dont K. Percival prépare l'édition, ou la lettre à Guarnieri sur laquelle travaille J.L. Charlet, peut-être même les gloses de Perotti à Martial, si l'un d'entre nous arrive à débrouiller cette question fort complexe. On notera dans ce volume une référence explicite au commentaire aux *Silves* (f° 56r : *epigr.* 90,3,16) et une autre à la *Bessarionis uita* non retrouvée (*epigr.* 53,6). À titre de hors d'œuvre, nous pouvons déjà signaler les références suivantes.

Parallèles avec la lettre à Guarnieri (éd. Charlet à paraître; *Ald.* 1526):

<i>epigr.</i> 1,451	31 - Ald. c. 1040,1-2 et 11
"	47 - Ald. c. 1044,8-10
2,375 (et 373 ?)	34 - Ald. c. 1041,5-9 et 15-17
2,463	33 - Ald. c. 1040,42-47
2,464	33 - Ald. c. 1040,47-51
3,224	18 - Ald. c. 1037,7-11
17,5	65 - Ald. c. 1048,23-28
55,11	29 - Ald. c. 1039,42-47

Parallèles avec les gloses à Martial (Vat. lat. 6848):

<i>epigr.</i> 71,1	f° 18v
71,3	f° 18r
71,4	f° 18v
72,1	f° 18v
72,2	f° 18 v (bis)
72,5	f° 18v
72,9	f° 19r
72,18-19	f° 18v
72,31	f° 18v
72,32	f° 19r
72,33	f° 19r
72,34	f° 18v
73,1	f° 19r
74,1	f° 19r
74,2	f° 19r
75,1	f° 19r
78,1	f° 20r
78,7	f° 19v
78,8	f° 19v
78,9	f° 20r
78,10	f° 19v (bis)
78,12	f° 20r
78,13	f° 20r (bis)
78,14	f° 20r (quater)
78,15	f° 20r
78,16	f° 20r (bis)
78,18	f° 20r (bis)
78,19	f° 20r
78,21	f° 20r
78,22	f° 20r (bis)
78,31	f° 20v
78,43	f° 20v
79,1	f° 21r (bis)
82,2	f° 21v
84,1	f° 22r
84,9	f° 22r
84,14	f° 22r
90,3	f° 23r et 22v
90,4	f° 23r (bis)
90,5	f° 22v
90,6	f° 23r
93	f° 23v
132,10	f° 31v

(parallèles aussi pour *epigr.* 108; 112; 115,1; 117,2 et 7; 138,5; 139; 140,2; 141; 142; 145).

Parallèles avec le *De metris* :

<i>epigr.</i> 78,1	<i>iambicum metrum</i>
117,12	<i>de metr. appellatione (dactylus)</i>

Parallèles avec les *Rudimenta grammatices* :

<i>epigr.</i> 70,2	<i>De punctis de quibus oratio distinguitur</i>
78,12	" " "
78,22	" " "
130,9	<i>De spec. uerbor. (?)</i>
130,13	<i>De uerbis neutris</i>
132,1	<i>De relatiuis (bis)</i>
132,2	<i>De relatiuis (ter)</i>
146,3	<i>De tropo</i>

Parallèles avec le commentaire aux *Silves* (Vat. lat. 6835):

<i>epigr.</i> 70,8-9	<i>silu.</i> 1,2,190 f° 70v
72,8	<i>silu.</i> 1,3,72 f° 81v
73,2	<i>silu.</i> 1,3,97 f° 84r
78,12	<i>silu.</i> 1,3,81 f° 82v
78,19	<i>silu.</i> 1,2,157 f° 69r
78,25	<i>silu.</i> 1,4,101-2 f° 90r
82,13	<i>silu.</i> 1,2,142 f° 67v
90,3	<i>silu.</i> 1 <i>praef.</i> f° 56r
91,4	<i>silu.</i> 1,2,264 f° 77r

Il faudra essayer de déterminer dans quelle mesure Perotti a recopié précisément l'une de ses œuvres antérieures, ou si ces parallèles s'expliquent par le recours à un même matériel philologique (*excerpta...*) rassemblé probablement depuis fort longtemps, mais aussi constamment enrichi, par Niccolò Perotti.

La *Corne d'abondance* n'a peut-être pas encore déversé toutes ses richesses. Mais, fidèles à la mémoire de S. Prete, nous essayerons de donner au lecteur un instrument de travail le moins imparfait possible, tout en ayant conscience qu'une somme aussi complexe ne saurait être totalement décryptée en quelques années.

À Sesto Prete, *Plus outre...*

Aix, le 19 juin 1998

Jean-Louis CHARLET  
Centre N. Perotti (URA 167), Université de Provence

## AD HELIAM. EPIGRAMMA XLVIII.

1 SI MEMINI. Heliam carpit ita iam prouectam aetate et morbo confectam ut dentibus careat, et tamen adhuc tentigine prurientem, qualis erat de qua scribit **Virgilius**: “Dentem de tribus hic screauit unum”.

2 QVATVOR DENTES. Ex triginta qui ferè esse mulieribus consueuerunt: nam uiri naturaliter triginta duos habere consueuerunt. Si qui plures habent, longiora iis uitae spatia promittuntur. Candor in iis maxime commendatur. Hominem cui (f° 567v) desint deformem reddunt. Ideo quidam adulterinis utuntur ex ebore fabre factis. Feminis quibus in iuuenta non fuere nati, decidere in senecta et mox renasci certum est. **Zancli** Samothraceno cui post centum et quatuor annos dentes renatos fuisse prodiderunt.

3 Quatuor primogenia dictio est binarium numerum in se bis habens inclusum. Ab eo fit **quater** aduerbium. **Virgilius**: “Ó terque quaterque beati”. Et **quartus** et **quaternus**, á quo **quaternio**, quatuor chartarum siue alterius cuiuscunque rei compositio. Et **quaternarius** et **quadruplus**, á quo **quadruplico** et **quadrupliciter** aduerbium. Et **quatrimum**, spatium quatuor dierum, á quo **quatrimum** adiectiuum. Et **quadrimum**, spatium quatuor annorum, á quo **quadrimum** et **quadrimum**, quatuor annorum. Et **quadrimum**, de quo superius diximus, á quo **quadrimum** et **quadrimum**. Et **quadrimum**, figura quatuor rectas atque aequales lineas et quatuor rectos angulos habens; á quo **quadratura** ipsa, ut ita dicam, quadratio, unde **Archimeden** de quadratura circuli scripsisse dicimus. Et **quadrimum**, quod **quadratum** est. Et **quadrimum** uerbum, quod proprie significat in **quadratum** redigo; per metaphoram tamen ponitur pro consentio et omni ex parte congruo, tractum á lapidibus quadris qui inter se optime conueniunt. **Virgilius**: “Arboribus positis secto uia limite quadret”. **Apuleius**: “Vt omnia ad eius calamitatem quadrarent”. Et **quadra**, mensarium instrumentum supra quod dapes scinduntur seu apponuntur scissae, quod quadrata forma fieri soleat, fit que aliquando etiam ex pane. **Virgilius**: “Patulis nec pascere quadris”. **Iuuenalis**: “Vt bona summa putes aliena uiuere quadra”. Hoc ipsum instrumentum et rotundum fieri solet et tunc **orbis** appellatur, é crustis similiter aliquando fieri solitus. **Virgilius**: “Et uiolare manu malis que audacibus orbem Fatalis crusti”. Et **quadrantal**, quo nomine Veteres amphoram uocabant, quod (c. 885) id uas pedis quadrati octo et quadraginta sextarios capiat. **Plautus**: “Anus haec sitit. Quantillum sitit? Modica est, capit quadrantal”.

1,1 Mart. 1,19,1 | 3 Ps. Verg. *Priap.* 12,9 mss. | 2,1 Mart. 1,19,1\* | 1-3 Plin. *nat.* 7,71\* | 5-6 Plin. *nat.* 11,166\* | 6-7 Plin. *nat.* 11,167\* | 3,1 Varr. *ling.* 10,45\* | 2 Verg. *Aen.* 1,94 | 2-7 Hug. *quattuor*\* | 7 10,26 | 9-10 Archim. *circ.* | 12-14 Seru.\* et *georg.* 2,278 | 14-15 Apul. ? *fr. inc.* 152 | 16-17 Hug. *quattuor*\* | 17-20 Seru.\* et *Aen.* 7,115 (Iuu. 5,2; Verg. *Aen.* 7,114-5) | 21-23 P. Fest. 259\* (Plaut. *Curc.* 103 uar.)

EPIGRAMMA XLVIII. AD HELIAM a || 1,1 Si] i o || 3 hic screauit] excreauit a || 2,2 quis ov || 3,3-4 quaternio — compositio et *add. U<sup>2</sup> in mg. dextr.* || 3 post chartarum *del.* & U<sup>2</sup> || 6-7 á quo — annorum *om. ova* || 16 apponuntur *add. U<sup>2</sup> in mg. dextr.* || 17 parcere ova || 22 annus v || post sitit *add.* et quater demus ova

4 Et **quatuordecim** et **quaterdenus** et **quartusdecimus** et **quaterdecies** et **quadraginta**, á quo **quadragesimus** et **quadragenarius** et **quadragenus** et aduerbium **quadragies**; et quadringenti, á quo **quadringenties** et **quadringentesimus**. Et **quadrans** genus nummi, quarta pars assis, hoc est unciae tres. Et **quadrangulus** quatuor habens angulos. Et **quadriremis**, de qua superius disse-  
 5 ruimus. Et **quadrisyllabum**, quod ex quatuor syllabis constat. Et **quadrifidum**, quod in quatuor partes findi (f° 568r) potest, unde quadrifidas sudes dicimus quae ita robustae sunt ut possint in quatuor partes diuidi. Et **quadripartior**, in quatuor partes diuido, unde **quadripartitum**, in quatuor secatum partes, et **quadripartito** aduerbium, in quatuor partes. Et **quadrifariam** pro quadripartito. **Varro**: “Et ea quae ad mortalis pertinea<n>t quadrifariam dispartiuerim: In homines, in loca, in tempora, in res”. Et **quadruplicator**, qui eo genere quaestus utebatur ut prosequeretur eas causas quarum ex legibus quadrupli erat actio siue qui quadruplum ex accusatione lucri faciebat. Et **quadruplo** ac **quadruplicor**, uerba idem significancia. Et **quadriga**, notae significationis, á quo **quadrigarius** á quatuor equis quibus iungebatur appellata. Et **quadriiugus**, qui cum tribus aliis iunctus est. Et **quadriuium**, ubi quatuor uiae conueniunt. Et **quadrupes**, quatuor habens pedes, á quo **quadrupedo** uerbum quod significat ‘quatuor pedibus gradior’; á quo **quadrupedantia** animalia quadrupedia dicuntur. **Virgilius** de equis:  
 20 ‘Perfracta quae quadrupedantum Pectora pectoribus rumpunt’.

5 **5** Et **quartana** febris, quae biduum integrum habet: quarto die reuertitur incipit quae ferè ab horrore, deinde calor erumpit; hinc **quartanarii** dicuntur qui quartanam febrem patiuntur. Et **quartarius** mulio mercenarius, quod quartam partem capiat quaestus. Et **quadrilaterum**, quod quatuor latera habet. Et **quarto** ac **quartum** aduerbia. In quo notandum quod **quarto Consul** et **quartum Consul** non idem sunt. Nam quarto locum designat et tres ante factos, quartum uero significat tempus et ter ante factum. Sed quod in **M. Catonis** Origine scriptum esse dicunt “**Carthaginenses** sextum de federe decesserunt”, id uerbum significat quinquies ante contractum foedus eos fecisse et tunc sextum. Et **quadriformis**, quatuor formarum, á quo fit aduerbium **quadriformiter**. Item **quatrurbem** Actius appellauit Athenas, quod eius coloni ex quatuor urbibus in unum illud oppidum se contulere.

10 **6** EXPVLIT. Abegit, extraxit. **Pello** interdum significat percussio, ferio. **Cicero**: “Vt pelluntur animi uehementius, saepe etiam cura et timore”. Vnde fit

4,1-4 Hug. *quattuor*\* + Balb. *quadrupedans*\* | 5-6 6,240 | 6-7 Seru. *Aen.* 7,509\* uel Hug. *quattuor*\* uel Balb. *quadrifidus*\* | 10-12 Non. 92\* (Varr.\*) | 12-13 P. Fest. 259\* | 13-14 Hug. *quattuor*\* | 14-16 Hug. *quattuor*\* + Balb. *quadriga*\* | 19-20 Verg. *Aen.* 11,614-5 | 5,1-2 Cels. 3,3,1\* | 3-4 P. Fest. 259\* | 5-7 Varr.\* ap. Non. 435 uel ap. Gell. 10,1,6 | 7-9 Gell. 10,1,10\* (Cato orig. 84) | 9-10 Hug. *quattuor*\* uel Balb. *quadriformis*\* | 10-12 P. Fest. 259\* (Acc.t rag. 668 bis) | 6,1 Mart. 1,19,2 | 1 et 3 Hug. *pello*\* | 2 Cic. *diu.* 1,80

4, 1 et quaterdenus *U* : et quaterdecimus *ov om. a* || quartusdecimus] quatuor- *Ua.c.*? || 2 et<sup>2</sup> *om.* v || 3 quadringenti *U* : Quadraginta *ov* quadringenta *a* || quadringentius v || 5 quadrangulus] -um *Ua.c. ova* || 8 possunt *ov* || 11 pertineat *U* || 5,1 habet] abest *a* || quattuor v || 4 parter *U* || 9 contractum] contra *Ua.c.* || 6,2 fit *om. v*

frequentatium **pulso**, quod est graui ac uehementi ictu caedo. Interdum pello significat abigo, extrudo. **Plautus**: “Pelle animo timorem, mox aderit gnatus”. Ab hoc fit puluis, notae significationis, quod pellatur ui uenti; ab hoc fit puluisculus quod aliqui etiam in neutro genere puluisculum dicunt et, quamuis generaliter dicatur de omni puluere, proprie tamen significat puluerem illum quo utuntur puellae, qui et cinis dicitur. Ad cuius differentiam alius cinis immundus appellatur. **Virgilius**: “Et cinerem immundum latos iactare per agros”. Item á puluis puluereus, ex puluere, et puluerulentus, pulueris plenus. Et puluereus in puluerem redigor et dispuluero dissoluo. **Neuius**: “Saxa, siluas, lapides, montes disiiicis, dispulueras”. Et pulex, foedum animal, quod ex puluere generetur, á quo pulicinus, sicut á musca muscinus, á formica formicinus.

7 Item á puluis siue á pellendo puls, ut quidam putant, quae fit ex farre in puluerem redacto. Cibus est ex farina factus, quo longo tempore usi ueteres fuerunt pro pane, unde nunc pulmentum dicitur, siue ipsa puls, seu qui<c>- (c. 886) quid uis aliud ad modum pultis sumatur. Et pulmentarium, quod inter cibos sumitur in similitudinem pultis factum, hoc est quod pulmenti uicem implet. **Plynius**: “Conditur sal odoribus additis et pulmentarii uicem implet”; quod et pulmentaris cibus á quibusdam appellatur. Nos tamen (f° 567v) pultem á pullis potius appellatum existimamus, quemadmodum superius diximus. (f° 568r)

8 Item á Pello Pollen, qui est grossiusculus puluis, unde pollen in tritico dicitur quod flos appellatur in siligine. Hin<c> pollinaria cribra appellata quae é lino, non ex setis equorum fiunt ad pollinem purgandum. Nam quae ad excutiendam farinam fiunt excussoria dicuntur. Quidam á polline polentam dictam existimant; perfusum aqua hordeum siccant nocte una, postero die frigunt, deinde molis frangunt. Alii uehementius tostum rursus exigua aqua aspergunt siccant que prius quam molant. Alii uirentibus spicis decussum hordeum recens [recens] purgant madidum que in pila tundunt et purgatum molunt. Ita praeparato uicenis hordei libris ternas seminis lini et coriandri selibras salis que acetabulo, torrentes ante omnia, misce<n>t in mola. Qui diutius uolunt seruare, cum polline ac furfuribus suis condunt nouis fictilibus.

9 Item á pello pullariam **Plautus** manum dextram appellat. Fit praeterea á pello compositum **appello**, quod modo primae coniugationis est et significat nomino. **Cicero**: “Publium Scipionem, Marce fili, qui primus Africanus appellatus

6,4 Plaut. ? fr. inc. 188 | 5 Isid. orig. 16,1,1\* uel Hug. pello\* uel Balb. puluis\* | 6 Vall. eleg. 1,5\*? [ex Hier. c. Vigil. 2 ?] | 8-9 Seru.\* et georg. 1,81 | 9-10 Hug. pello\* | 11-12 Non. 95\* (Naeu. com. 57.) | 12 Hug. pello\* | 7,1-2 Balb. puls\* et ? Pap. pultis\* | 2-3 Plin. nat. 18,83\* | 3-4 Isid. orig. 20,2,7\* | 4-5 ex Varr. ling. 5,108 ? | 6 Plin. nat. 31,87\* | 7 Plin. nat. 18,118\* | 7-8 (32,26) P. Fest. 244\* | 8,1-2 Plin. nat. 18,89\* | 2-3 et 4 Plin. nat. 18,108\* | 4 ? | 4-11 Plin. nat. 18,72-74v\* | 9,1 P. Fest. 243\* (Plaut. frg. inc. 39) | 1-4 Non. 238\* (Cic. off. 3,1)

6,5-9,2 puluis — compositum add. in mg. inf. et dextr. lat. U<sup>2</sup> || 11-12 et dispuluero — dispulueras add. in mg. sin. U<sup>2</sup> || 11 Dispuluerero o || 7,1 pelendo o pullendo v || pus v || ut — putant add. s.l. U<sup>2</sup> || farre] tritico U<sup>2</sup>a.c. || 3 seu] siue ova || quicquid] quiquid U<sup>2</sup>p.c. quid U<sup>2</sup>a.c. || 4 sumatur U<sup>2</sup>p.c.? || post quod del. fit ut U<sup>2</sup> || 5 sumatur U<sup>2</sup>a.c. || 6 coloribus ova || 6-7 quod et — tamen add. s.l. U<sup>2</sup> || 7-8 pultem — diximus add. in mg. inf. f°567v. U<sup>2</sup> || 7 pultem] pulicum ov || 8,1 Pollen] pellen a || 2 post siligine del. unde U<sup>2</sup> || Hin U<sup>2</sup> || 2 e lino non add. s.l. U<sup>2</sup> || de lino ova || 6 e. aqua] exigua v || 7 moliant ova || recens bis (in mg. inf. et in mg. dextr. lat.) U<sup>2</sup> || 10 misc& U<sup>2</sup> -etur ova || 9,1 post pello del. fit compositum U<sup>2</sup> || 3 Marci a



(f° 568v) sit". Interdum aduoco, prouoco, á quo **appellatio**, hoc est prouocatio, deducitur, et **appellatus** dicitur is ad quem facta est prouocatio. Veteres **appellitauisse** pro appellasse frequenter usurparunt. Modo appello tertiae coniugationis est et significat applico, admoueo. **Terentius**: "Poeta qum primum animum ad scribendum appulit". **Varro** appellere proprie dici existimat qum ex pelago aut flumine quis ad litus accesserit. **Virgilius**: "Hinc me digressum uestris deus appulit oris".

10 **10** Item **interpello**, quod modo significat loquentem alloquor et quasi sermonem eius abrumpo. **Plautus**: "Ne me interpella". Modo dico. **Lucillius**: "Verum tu quid agis, interpella me ut sciam". **Perpello**, cogo. **Plautus**: "Is me ancipitem perpulit. **Depello**, abigo, prohibeo. **Virgilius**: "Depulsis arbutus edis". **Expello**, eiicio. **Plautus**: "Ancillam domo expulit". Ab hoc fit frequentatiuum **expulso**, quod est frequenti pulsu agito. **Martialis**: "Si me nobilibus scis expulsare sinistris, Sum tua, si nescis, rustice, redde pilam". Vnde aduerbium **expulsim** deducitur. **Varro**: "Videbis Romae in foro pueros pila expulsim ludere", hoc est frequenter pulsando; et uerbale expulsor, cuius femini[ni]num est expultrix. **Cicero**: "Expultrix que uitiorum". Quippe ueteres pulto pro pulso scripsere. **Plautus**: "Pultando confregi fores".

10 **11** **Propello**, procul expello, á quo fit frequentatiuum **propulso** et uerbalia nomina **propulsator** et **propulsatrix**. **Impello**, urgeo. **Virgilius**: "Ferte citi flammis, date tela, impellite remos". Ab eo fit frequentatiuum **impulso** et **impulsus** impetus, appetitus quem Graeci ὄρμην dicunt, et **impulsio** eiusdem significacionis, et **impulsor**, quod ferè in re mala usurpatur, quemadmodum adiutor in bona. Nam **Terentius** ironice locutus est in Adelphis qum inquit: "Postremo hodie in psaltria istac emunda hic adiutor fuit". Nam supra impulsorem dixerat. **Repello**, reiicio; á quo **repulsa** reiectio ab honore siue magistratu, quae ferè suffragiis fieri solet, et **repulsor** qui reiicit, et **repulsus** qui reiectus est, cuius comparatiuo repulsior usus est Cato. **Compello**, primae coniugationis, alloquor. **Virgilius**: "Vltro flens ipse uidebar Compellare uirum". Tertiae uero coniugationis, modo congreco. **Idem**: "Compulerant que greges Corydon et Thyrsis in unum". Á quo **Compellatio** deducitur. Modo cogo, uim facio. **Quintilianus**: "Saeuire enim in eum sceleris atrocitate compulsus est". Sunt etiam qui **pellem** á pellendo dictam putent, quod corporis iniurias tegendo depellat, quemadmo- (c. 887) dum superius diximus.

9,5-6 P. Fest. 27\* | 7 Non. 238\*? | 7-8 Don.\* (Andr. 1; Verg. Aen. 3,715) | 10,1-2 ex Ps. Ascon. Verr. p. 241,22 | 2 Plaut. Amph. 803\* | 2-3 Non. 330\* (Lucil. 757) | 3-4 Plaut. ? fr. inc. 189 [ex Trin. 308-9 uar.?] | 4-5 ex Seru.? et ecl. 3,82 | 5 Plaut. ? fr. inc. 190 | 6-7 Mart. 14,46 | 8-9 Non. 104\* (Varr. Men. 456\*) | 9-10 Prisc. gramm. II,371,9-11\* (Cic. Tusc. 5,5) | 10-11 Tort. T\* ex Quint. inst. 1,4,14 uel Hug. pello | 11 Plaut. Most. 453\* | 11,1 Hug. pello\* | 2-3 Verg. Aen. 4,594 | 5-7 Don.\* et Ad. 967 mss. | 8 ex Pap. uel Balb. repulsa ? | 9 et 10 P. Fest. 287\* (Cato orat. 44,1) | 11 Seru.\* et Aen. 2,279-80 | 12-13 Hug. pello\* (Verg. ecl. 7,2) | 14 Quint. ? | 15-16 (2,337) Isid. orig. 11,1,78\* uel Hug. pello\*

9,5-6 Appellatauisse ov || 8 Appellare v || 10,4 pertulit o || 7 Sum — pilam om. v || 8 deducitur — expulsim om. ova || 9-11 et uerbale — fores add. in mg. dextr. U<sup>2</sup> || 9 femininum U<sup>2</sup> feminum o || c. f. est om. v || 11,3 freq. om. v || 4 ὄρ- U ὄρ-ο ὄρμην v || impulso a || 10 cuius — Cato add. in mg. dextr. U<sup>2</sup>



12 TERTIA TVSSIS. Tertio uentura. **Tertius** ordinale nomen est et á tres deducitur. **Tres** uero et **tris** et **tria** á graeco. Nam Graeci τρεῖς (f° 569r) et τρία dicunt, unde τριὰς trinitas appellatur. Á tertius fit amita, patris mei soror, quasi á me tertia, ut superius diximus; et **tertiana** febris. Duo autem sunt tertianarum genera. Alterum eodem modo quo quartana, de quo paulo ante diximus, et incipiens et desinens illo tantum interposito discrimine quod unum diem praestat integrum, tertio redit. Alterum longe perniciosius, quod tertio quidem die reuertitur, ex quadraginta autem et octo horis, ferè triginta sex per accessionem occupat (interdum etiam uel minus uel plus), neque ex toto in remissione desistit, sed tantum leuius est. Id genus medici **hemitritaeon** appellant, quasi tertianam unam et dimidiam: ἡμιου enim semis dicitur, τριταῖος tertiana. Et **epitritus** numerus qui continet totum aliquem numerum et eius partem tertiam, ut quattuor ad tres. Item á tertius **tertio pedato**, de quo supra diximus, et **tertius decimus**, et **tertio ac tertium** aduerbia. Et Sestertium, cuius diminutium est Sestertiolum, de quibus inferius dicemus.

13 Á tres uero siue tris graeca uoce fit **tredecim** et **triginta** et **trigesimus** et **trecenti** et **trecentismus** et **ter** aduerbium et **tricies** et **trigesies** et **trecenties** et **trecentenus** et **tercentum** et **tercenties** et **terdenus**; et **ternus**, quod et **trinus** á quibusdam dicitur, á quo **trinitas**, idest trium personarum unitas. Et **tricenus** et **treceus** et **ternarius**, de quibus iam diximus. Et **triremis**, de qua superius diximus. Et **triduum**, spatium trium dierum, á quo **triduanus** adiectiuum. Et **triennis**, trium annorum, á quo **triennalis** et **triennium** tres anni. Et **tripartior**, in tris partes diuido, á quo **tripartitum** et **tripartito** aduerbium. Et **trifidum**, quod in tris partes findi potest. Et **trisulcum** et **tergeminum**, de quibus superius diximus. Et **triplex**, á quo **triplico** et **triplicitas** et aduerbium **tripliciter**, significat que interdum tabellae genus quo scribi epistolae solebant. **Martialis**: "Tunc triplices nostros non uilia dona putabis, Qum se uenturam scribet amica tibi". Et **triplex** eiusdem significationis.

14 Sunt etiam qui **atriplex** hinc deductum existiment ob eius magnitudinem. Herba est uulgo nota, accusata á Pythagora quod hydropicos et morbos regio pallorem que faceret, propterea non nisi mutata saepius aqua existimant coquendam. Quidam ab atro potius deriuatam putant, ut superius diximus. Et **trifariam** tripartito, á quo **trifarius**, trifaria, trifarium. Et **tridens**, Neptunni sceptrum. Nam **sceptrum** uirga est qua reges utuntur, tractum á graeco σκήπτρον. Proprie

12,1 Mart. 1,19,4 | 2 et 3 Hug. *tris*\* | 3-4 (4,19) P. Fest. 14\* | 4-10 Cels. 3,3,1-2\* | 5 48,5 | 11-12 Gell. 18,14,5\* | 13 28,31 | 14 87,2 | 13,3-4 ex Prisc. gramm. III,413,29 ? | 5 4,177 et 174 | 5-6 6,240 | 6-7 Hug. *tris* | 9-10 6,200 | 12-13 Mart. 14,6 | 14,1 ? | 2-3 Plin. *nat.* 20,219\* | 4 (2,9) ex Plin. *nat.* 20,219 ? | 5-11 Tort. *sceptrum*\*

12,3-4 amita — et *add. in mg. sin. U<sup>2</sup>* || 3 *post amita del. sororis U<sup>2</sup>* || 4 *dixi v* || 7 *perniciosus a* || 10 *semitritaeon a* || 11 ἡμισὺ *U<sup>2</sup>* ἡμιου *ov* || 11-12 et *epitritus* — *tres add. in mg. dextr. U<sup>2</sup>* || 13 *dixi v* || *terc[-t]-ius dicimus ov* || 14-15 et Sestertium — *dicemus add. in mg. sin. U<sup>2</sup>* || 13,1 *tris*] τρεῖς *a* || 2 *trigeties a* || 3 *trecentum ov* || *trecenties ova* || 5 et *treceus om. ova* || *treceus Up.c.?* || 7 *amorum o* || 9 *fundi ov* || 10 *triplicatas v* || 11-13 *significat* — *tibi add. in mg. sin. U<sup>2</sup>* || 14,2 *accusat a P. v* || 4 *Quidam* — *diximus add. in mg. sin. U<sup>2</sup>* || 6-12 *Nam* — *percuterent add. in mg. sin. U<sup>2</sup>*

autem Sceptrum Iouis erat. Ab eo ad reges et principes et magistratus translatum. Hinc ad foedera facienda semper adhiberi sceptrum consuevit, quoniam ueteres in hoc Iouis simulachrum adhibere solebant cum sceptro, quod, quum difficile esset  
 10 aliquando, praesertim quando foedera cum remotissimis fiebant, inuentum est ut sceptrum quasi imaginem Iouis tenentes foedus percuterent. Et **triclinium**, de quo superius diximus, á quo **architriclinus** dicitur qui triclinio praest, sicut **Archimagirus**, qui praest coquinae: ἄρχω enim Graeci dicunt impero, praesum, μαγειρείον coquinam, μάγειρον cocum. Et **triumuir**, unus ex tribus uiris qui creati  
 15 sunt principio ad deducendas colonias et agrum diuidendum; á quo **triumuiralis**, unde triumviralem officium et triumviralem dignitatem dicimus, et **triumuiratus** ipse magistratus, sicut á consule consulatus.

15 Et **triangulus**, figura tres (f° 569v) angulos habens, quam Graeci τρίγωνον uocant, á quo **triangularis** adiectiuum; componitur autem ab angulus, qui graece γωνία dicitur, á quo nomen habet. Est autem coniunctio duarum linearum. Ab eo etiam fit quadrangulus, quinquangulus, sexangulus, septangulus, octangulus. Item  
 5 angulosus, hoc est plenus angulis. Item angustus, hoc est arctus, quod anguli semper coarctentur; et angusto uerbum, (c. 888) coarcto; et anguste aduerbium, arcte; et angustiae, stricturae uiarum aut cuiuscunque alterius rei, unde per translationem etiam pro difficultatibus capimus. **Cicero**: “Neminem que qui ei in tot rerum angustii subueniret, habebat”.

16 Quidam et ab angulo singulum dictum putant quod ea quae unica (f° 569 bis r) sunt constituere angulum non possint. Dicuntur autem singuli unusquisque per se, hoc est separatim ab aliis et ferè pluratiuum tantum numerum usurpamus, quamuis ueteres quandoque etiam singulari sint usi. **Plautus**: “Et ad singulum uideo uestigium”. Hinc singulare deducitur, hoc est unicum, excellens, eximium; et  
 5 singulariter aduerbium, hoc est unice, excellenter, eximie. Item singulare et singulariter apud grammaticos, quod á pluratiuo et pluraliter distinguitur. Et **singulatum** siue **sigillatum**, hoc est separatim et unumquodque per se. **Cecilius**: “Primum malo publico singulatum gratias egere”. **Lucilius**: “Singillatim unusquisque nostrum mouetur”. (f° 569 v)

10 Et **tribrachus**, pes ex tribus syllabis breuibus constans. Et **triens**, nummi genus, tertia pars assis. Et **triental**, uasis genus tertiam partem sextarii capiens. **Persius**: “Calidum que triental Excudit é manibus”. Et **trifaucis**, tres fauces habens, unde Cerberum trifaucem uocant. Et **trifer**, trifera, triferum, ter fructus

14,11-12 2,159 et 40,5 | 13-14 ex Tort. ? | 14-15 ex Liu. 3,1,6 ? | 15,3-5 Balb. *angularis*\* | 15-6 ex Varr. *ling.* 6,41 ? [an Hug. *ango* ?] | 8-9 Cic. ? *fr. inc.* 93 | 16,1-2 Pap. *singuli* | 4-5 Non. 171\* (Plaut. *Cist.* 701) | 7-8 et 8-10 Non. 176\* (Coel. [non Caecil.] *hist.* 23\*; Lucil. 563\*) | 17,1-2 et 3 ex Hug. *tris* uel Balb. *triens* ex Schol. (Pers. 3,100-1) [et Pap. *triens* et Tort. *talentum* ?] | 3-4 ex Verg. *Aen.* 6,417

14,8 quoniam] qñ *ova* || 11 tenentis *a* || 15 educendas *a* || et *om.* v || 16 et<sup>2</sup>] & & v || 15,1 τρίγωνον U<sup>2</sup> *ov* || 2-16,10 componitur — mouetur *add. in mg. inf. et f° 569 bis r* U<sup>2</sup> || 3 Est — linearum *add. in mg. inf. dextr.* U<sup>2</sup> || durarum *o* || *post* duarum *del. li...* [litterarum ?] U<sup>2</sup> || 16,5 hoc est *om. ova* || 6 *eximiae* v || singulares v || 7 distinguntur *ov* || 7-8 sigillatim v || 8 et 9 sigillatim *a* || 9 singulatum v sigillatim *a* || 17,1 num(m)i] numini *o* || 2-3 triental — et *add. in mg. dextr.* U<sup>2</sup> || 4 Cerberum] cerebrum *o* || terifructus v

ferens. Et **trifinium**, ubi trium agrorum terminus est. Et **trigamus**, qui tres duxit uxores. Et **Trigon**, pilae genus de quo supra diximus. Et **trilices** uestes quae ex tribus liciiis constant; interdum tamen trilicem pro triplici usurpamus. Et **Tricolon**, **trimembre** et **trimetrum** carmen quod ex tribus pedibus constat. Et **trimus**, trium annorum, á quo **trimulus** diminutiuum, et **trimatus**, et **trima dies**, de quo superius diximus. Et **Trinepos**, atnepotis filius, et **tritauus**, attauus pater, quod sint post tres ab auo atque nepote. Et **tripus**, **tripes**, **tripedaneum**, **trinundinum**, de quibus superius locuti sumus. Et **trisyllabum**, quod ex tribus syllabis constat. Et **Trismegistus Mercurius**, quasi ter maximus dictus. Et **triplaris** numerus, quum ex duobus minor ter in maiori numeratur, ut sunt tria ad unum.

**18** Et **triptota** nomina quae tribus duntaxat casibus declinantur. Et **Tripolis** urbs Coele Syriae in ora subiecta Libano, quod ex tribus ciuitatibus constat, quippe Tyrii et Sidonii et Araradii eam tenuerunt. Hinc **Tripolitana regio** appellata. Et **triquetra**, figura triangularis. Et **Trinacria** et **Trinacris**. Et **trepondo** et **tripondius**. Et **triuncis** siue triuncius et **Tricornius** et **Trimyxus** et **trimita**. Et **Triuia**, **triuuium**, **triuialis** scientia, et **triuialiter** uulgariter, de quibus diximus. **Trium litterarum homo**, hoc est fur; et **trifur** et **trifurcifer**, **tricerberus**, hoc est plus quam fur, plus quam furcifer, plus quam Cerberus, seu magnus fur, magnus furcifer, magnus Cerberus: ponitur enim finitus numerus pro infinito, quemadmodum apud **Virgilium** "Ó ter que quater que beati", hoc est ualde beati, de quibus superius late disseruimus. Et **Triarii** milites, quod tertio ordine in acie constituerentur: hi enim post omnes acies cum scutis, galeis, ocreis, gladiis, plumbatis locabantur, ut si forte prima acies uinceretur, ab iis ueluti de integro reparato certamine uictoria speraretur. Subsideobant itaque nixi genibus, á quo **subsidium** dictum. **Plautus**: "Agite nunc, subsidite, quasi solent triarii".

**19** Et **trioboli**, quasi parui pretii, á tribus obolis: sicut enim nihili hominem, ita trioboli hominem dicimus. **Idem**: "Non ego homo trioboli sum, nisi ego illi mastigiae exturbo oculos atque dentes". Ab hoc fit **triobolaris**, hoc est uilis et pretii trium obolorum. Et **triparcus**, idest ualde parcus. **Idem**: "Triparcos homines uetulos arido, auido bene admordere". Et **trifolium**, herba uulgo nota, quam Graeci triphyllon uocant á tribus foliis. Hanc herbam contra omnia uenena ualere plurimum existimant, serpentes que nunquam in ea aspici. Semen eius cuius minima sunt folia utile (f° 570 r) esse ad custodiendam cutis mulierum gratiam si in

**17,5** Isid. *orig.* 15,14,5\* | 5-6 Isid. *orig.* 9,7,15\* | 6 9,25 | 6-7 Isid. *orig.* 19,22,22\* | 9-10 10,26 | 10-11 Isid. *orig.* 9,6,23\*? | 11-12 1,71; 2,737; 1,104 | 13 Isid. *orig.* 8,11,49\* | 14-15 Macr. *somn.* 2,1,18\* | **18,1** Isid. *orig.* 1,6,33\* et al. | 1-3 Strab. 16,2,15-16\* + Plin. *nat.* 5,8\* | 4 Gell. 1,20,2\* | 6-7 2,45 | 7 Plaut. *Aul.* 325\* et 326\* | 8 ex Seru. *Aen.* 1,133 ? | 9-10 Seru.\* et *Aen.* 1,94 | 11 115,1 | 11-12 Veg. 1,20\* | 12-14 Veg. 2,16\* | 14-15 Varr. *ling.* 5,89\* (Plaut. *Friu.* 5 = 82 uar.) | **19,2-3** Plaut. *Poen.* 381-2 | 4-5 Plaut. *Pers.* 266-7\* | 5-6 Isid. *orig.* 17,9,72\* uel Balb. *trifolium*\* | 5 et 6-7 Plin. *nat.* 21,152\* | 7-9 Plin. *nat.* 21,153\*

**17,8** et<sup>1</sup> *om.* a || 9 et trimatus *add. in mg. dextr.* U<sup>2</sup> || 10 a nepotis v || Tritanus v || 11 post tripedaneum *add. et a* || 13 Trimegistus *Ua.c.* || **18,3** Tyrii] Tiberii a || Sidoni a || Arara dii *oa* || Hic v || 5 tripondus *ova* || siue triuncius *add. in mg. dextr.* U<sup>2</sup> || triconius a || Trimixus *ov* trimixtus a || 6-7 de quibus diximus *add. in mg. dextr.* U<sup>2</sup> || 8-9 p. q. Cerberus — furcifer *om.* *ova* || 14 nix v || **19,1-5** Et — admordere *add. in mg. inf.* U<sup>2</sup> || 1 nihil v || 2 ita tr. hominem *om.* *ova* || triboli v || 3-4 Ab — obolorum *add. in mg. inf. dextr.* U<sup>2</sup> || 3 tribolaris v || 6 τρίφυλλον a

facie illinatur. Et **triceps**, trium capitum. **Seneca**: “Tricipitem secum beluam manibus trahens”. Et **Tricongius**, cognomen Nouellii Mediolanensis qui gestis honoribus á praetura ad consulatum usque peruenerat. Hic enim tribus congiis ui-  
 10 (c. 889) ni uno impetu epotis spectante miraculi gratia Tyberio principe, praeclarum hoc cognomen sibi uendicauit. In quo illud mirabile uisum quod nec labaret sermone nec uomitione aut altera corporis parte leuaretur. **Congium** enim mensurae genus est sex sextarios continens, unde fit **congiarium**, quod modo similiter pro mensura accipitur. **Paulus** iuris consultus: “Item urnae aereae et congiaria sextaria”. Modo significat munus, quod á principe in populum datur. **Quintilianus**: “Vt Fabius maximus incusans Augustae congiariorum quae amicis dabantur exiguitatem, heminam esse dixit”. Nam congiarium commune est liberalitatis  
 15 atque mensurae.

20 Et **tribus**, quoniam ager Romanus primo diuisus in tris partes fuit et tres partes populi factae. Vna **Tatiensium**, á Tito Tatio rege Sabinorum, amico populi Romani post foedus facto. Alia **Ramnium** siue Ramnensium, á Romulo. Tertia **Lucerum**, á Lucumone. Sed postea aliae quoque partes urbis factae quae similiter  
 5 tribus appellatae sunt et hoc uocabulum tam pro loco quam pro iure atque hominibus usurpari coeptum. Hinc **tribules** dicti qui ex tribu sunt, et **contribules**, qui ex eadem tribu. Et **tributum** aduerbium, hoc est per tribus. Et **Tribuni aerarii**, quibus tributa á populo tributum soluebantur, quamuis postea Tribuni etiam uocati sint qui magistratum gerebant, ut regum tempore **tribuni Celerum**, qui centuriis  
 10 praeerant; postea facti sunt **Tribuni militares** in castris, qui parem ferè cum Consulibus haberent potestatem, et in dissensione plebis á Patribus facti sunt **Tribuni plebis**, quibus maxima est tradita potestas: quippe et prouocabatur ad eos et omnia Senatus consulta nisi per eos approbata et subscriptione T litterae á tergo signata, irrita habebantur. Á Tribuno **tribunatus** deducitur, sicut á consule consulatus, et **tribunicus** adiectiuum, unde tribuniciam potestatem et tribunicium fauorem dicimus. Item á tribubus **tribunal** locus excelsus in quo qui ius tribubus  
 15 redderet considebat, et **tributum**, quod ea pecunia quae populo imperata erat tributum soluebatur: magis enim hoc placet quam quod tribus á tributo dicatur, ut **Liuius** sentit. Sumi postea cepit hoc uocabulum largius pro omni munere quod á subditis soluitur, á quo qui ita soluunt tributarii uocantur, et ab hoc **tribuo** deriuatum, quasi tributum pendo. Ponitur tamen pro eo quod est do, concedo. **Cicero**: “Sed hoc beniuolentiae eius tribuendum est”.

19,9-10 Sen. ? fr. inc. 60 [ex Hor. *carm.* 2,13,34 ap. Sen. *apoc.* 13,3, uel *Oed.* 581, uel Hyg. *fab.* 79,3 ?] | 10-13 Plin. *nat.* 14,144v\* | 13-14 Plin. *nat.* 14,146\* | 14-15 Balb. *congius*\* | 15-20 Tort. *hemina*\* (Paul. *dig.* 33,7,13, *praef.* 5; Quint. *inst.* 6,3,52) | 20,1-4 Varr. *ling.* 5,55\* + Seru. *Aen.* 5,560\* | 4-5 Varr. *ling.* 5,56\* | 5-6 Gell. 18,7,5\* | 7-8 Varr. *ling.* 5,181\* | 9 ex Pompon. *dig.* 1,2,2,15 ? | 10-11 Pompon. *dig.* 1,2,2,25\* | 11-12 Pompon. *dig.* 1,2,2,20\*? | 13-14 Val. Max. 2,2,7\* | 16-17 Hug. *tribuo*\* | 17-18 Varr. *ling.* 5,181\* | 18-19 Liu. 1,43,14\* | 20-21 ex P. Fest. 367 ? | 22 ex Cic. *off.* 2,21 ?

19,10-20 Et Tricongius — mensurae *add. in mg. inf. U<sup>2</sup>* || 11 á praetura *add. in mg. inf. sin. U<sup>2</sup>* || 14 sermonem *v* || Congius *ov* || 19 geminam *v* || 20,2 Tatiensium *oa* || á Tito Tatio Tatiensium *Ua.c.* || Tito *om.* *v* || Tatio *om.* *oa* || 3 post — facto *om.* *ova* || 8 á p. tributum *om.* *ova* || 12 m. est tr.] tradita est *v* || 19-20 Sumi — uocantur *add. in mg. dextr. U<sup>2</sup>*

21 Ab hoc fit compositum **attribuo**, á quo apud rhetores **attributa** dicuntur personis et rebus. Et **retribuo**, pro eo quod est remuneratio. Et **contribuo**, simul tribuo, á quo **contributum**, **contributor**, **contributio**. Et **distribuo**, quod est res separatim dispono et suum cuique tribuo, á quo **distributio** apud Rhetores dicitur figura quae á Graecis **merismos** uocatur, magnae plerunque gratiae et utilitatis, 5  
 qum singulas res separatim proferimus, suum cuique propriam tribuentes. **Lycurgus**: “Cuius omnes corporis partes ad nequitiam sunt appositissimae, oculi ad petulantem lasciuam, manus ad rapinam, uenter ad auuiditatem, uirilil naturae membra, quae non possumus honeste appellare, ad omne genus corruptelae, pedes ad fugam, prorsus ut aut ex hoc uitia (f° 570v) aut ipse ex uitiiis ortus uideatur”. 10  
**Aristoteles**: “Alexandro enim Macedoni neque in deliberando consilium, neque in praeliando uirtus, neque in praestando beneficio benignitas deerat, sed duntaxat in supplicio crudelitas. Nam, qum aliqua res dubia accidisset, apparebat sapientissimus; qum autem confligendum esset cum hostibus, fortissimus; qum uero praemium dignis tribuendum, liberalissimus; et qum animaduertendum, clementissimus”. 15

22 Praeterea á tris **Trieteris** deducitur, hoc est trium annorum spatium: τρεῖς enim Graeci tres, ἔτους annos uocant. **Martialis**: “Aspicias ut paruus nec adhuc trieteride plena Regulus auditum Laudet et ipse patrem”. Hinc **trieterica** appellata sunt sacra Liberi patris quae ex In- (c. 890) dia cum uictoria redeunti instituta sunt, tertio quoque anno celebrari solita, annuis eius orgiis sumptuosiora. Et 5  
**epitritus**, pes ex quatuor syllabis constans, quod supra tres syllabas longas breuem unam habeat. Eius quatuor genera sunt: primus epitritus est qui primam syllabam breuem habet, caeteras longas; secundus qui secundam; tertius qui tertiam; quartus qui quartam. **Tertio Consul** et **tertium Consul** eo modo differunt quo quarto Consul et quartum Consul differre supra ostendimus. Tres numero collegium facere existimauit **Horatius priscus**, quod magis sequendum 10  
 affirmat **Marcellus** quam quod plerique scripserunt maiorem ad id numerum necessarium esse.

21,5-16 Rut. Lup. 1,18\* (Lycurg. *frg. or. Att.* p. 273 ms. C; Aristot. *frg. or. Att.* p. 306\*) | 22,2-3 Mart. 6,38,1-2\* | 3-4 Seru. *Aen.* 4,302\* et ? Schol. *Theb.* 2,661 | 6-7 Isid. *orig.* 1,17,19\* | 7-9 Isid. *orig.* 1,17,27\* | 9-10 48,5 | 10-12 Marcell. *dig.* 50,16,85\* | 12-13 ?

21,6 utilitates *Ua.c.* || 14 autem *U*: aut *ova* || 22,2 ἔτη (*ov)a* (*recte*) || 3 triterride *elena* v || 3-4 Hinc ap. s. Trietrica v || 5-9 Et — quartam *add. in mg. inf. U<sup>2</sup>* || 11 collegum *U*

## AD CECILIANVM. EPIGRAMMA XLVIII.

1 DIC MIHI QVIS FVROR EST. Ceciliani gulam execratur qui, uocatis ad  
 coenam amicis solus ipse boletos uorabat. QVIS FUROR. Quae insania uel quae  
 tanta ira in conuiuas. **Furor** enim aliquando pro insania ponitur, unde **furiosum**  
 insanum dicimus. Aliquando pro nimia ira et ueluti incendio quodam animi, unde  
 5 **furibundus** ira inflammatus, á quo fit **furibunde** aduerbium. **Lucanus**: “Quis  
 furor, ó ciues? Quae tanta licentia ferri?” Quid inter furorem insaniam que pro-  
 prie intersit, praeclare ostendit **Cicero** qum inquit: “Itaque non est scriptum ‘si  
 insanus’, Sed ‘si furiosus esse incipit’. Insaniam enim censuerunt inconstantiam,  
 idest sanitate uacantem, quae tamen posset tueri officiorum et uitae communem  
 10 cultum atque usitatum. Furorem autem rati sunt mentis ad omnia caecitatem.  
 Quod qum maius esse uideatur quam insania, tamen eiusmodi est ut furor in sapi-  
 entem cadere possit, non possit insania”. Fit enim furor aliquando uitio ualitudinis,  
 ut in iis qui melancholici appellantur, quos tamen **Aristoteles** censuit habere  
 aliquid in animis praesagiens (f° 571r) atque diuinum; aliquando mente ui quadam  
 15 diuina concitata, qualis est furor poetarum. Negat quippe **Democritus** quenquam  
 poetam magnum esse posse sine furore, quod idem **Plato** in Phedro facit: “Maxi-  
 ma, inquit, bona nobis per furorem eueniunt diuino munere concessum”. Nam et  
 quae in Delphis futura praedicit Vates et quae in Dodona Sacerdotes, furore quo-  
 dam effunduntur. Tum illa quae á Musis fit occupatio mentis furor est. Vnde tam  
 20 praeclara poetarum carmina oriuntur. Qui uero sine furore Musarum ad poesis  
 fores accedunt sperantes arte atque doctrina poetas se bonos euasuros, inanes et  
 ipsi et eorum opera sunt comparatione eorum qui furore agitantur. Huiusmodi furo-  
 rem diffinire possumus animi á corpore abstractionem diuino quodam instinctu  
 prouenientem. **Cicero**: “Inest igitur in animis praesagatio extrinsecus iniecta  
 25 atque inclusa diuinitus. Ea si exarsit acrius, **furor** appellatur, qum á corpore  
 animus abstractus diuino instinctu concitatur”.

2 Á furor **furo** uerbum deducitur, quod aliquando significat ira exagitor.  
**Apuleius**: “Furit, ensem corripit, fertur in eum praiceps, nil tale timentem  
 aggreditur”. Aliquando insanio. **Plautus**: “Is planè furit: quid agat non uidet”. Ab  
 hoc fit **furiatus**, quod quidam á furioso ita separant ut **furiosus** sit á quo furor  
 5 nunquam recedit, **furiatus** autem qui furit. **Virgilius**: “Non tulit hanc spetiem  
 furiata mente Corebus”.

3 Item á furor **Furiae** dicuntur, quae deae sunt furoris et Acherontis Noctis  
 quae filiae fuisse produntur. Quidam duas esse dicunt, **Alecto** et **Tesiphonen**. Alii

1,1 Mart. 1,20,1 | 1-2 Cald.\* | 2 Mart. 1,20,1 | 5-6 Lucan. 1,8 | 7-12 Cic. *Tusc.* 3,11\* (lex XII  
 tab.) ex Non. 443 | 12-14 Cic. *diu.* 1,81\* (Aristot.[?]) *probl.* 30,1 954A\* | 14-16 Cic. *diu.* 1,80\*  
 (Democr.) | 16-19 Plat. *Phaedr.* 244A-B\* ex Cic. *diu.* 1,80 | 19-22 Plat. *Phaedr.* 245A\* | 22-24  
 ex Cic. *diu.* 1,66 | 24-26 Cic. *diu.* 1,66 | 2,2-3 Apul. ? *fr. inc.* 153 | 3 Plaut. ? *fr. inc.* 191 | 4-6  
 Seru.\* [= Isid. *diff.* 1,211] et *Aen.* 2,407 | 3,1-2 Seru. *Aen.* 7,327\* uel *Bocc. gen.* 3,6\* ex  
 Theodont. et Verg. *Aen.* 12,845-7 uel Tort. *Alecto*\* ex Hes.[?] | 2 ex Seru. *Aen.* 3,209

EPIGRAMMA XLIX. AD CAE-. a || 1,1 IC o || 4-5 et — ira om. ova || 8 insania...  
 inconstantia v || 9 idest om. ov || 18 Dolona U || 21 inanes U<sup>2</sup>p.c. || 23 definire a || 26 instructu  
 ova || 2,3 egreditur U || 3,1 Cherontis v || 2 Thisiphonen o Tisiphonè v Tisiphonem a



**Megaeram** sororem addunt. **Virgilius**: “Dicuntur geminae pestes cognomine Dirae, Quas et Tartaream Nox intempesta Megaeram Vno eodem que tulit partu”. Alecto, hoc est Ἀλεκτῶ dicta est, ἀπὸ τοῦ α priuatiua (c. 891) particula et λήγω desino, quod nunquam desinat noxia esse mortalibus. **Idem**: “Luctificam Alecto dirarum á sede sororum Infernas que ciet tenebras et tristia bella. Iraeque insidiae que et crimina noxia cordi. Odit et ipse pater Pluton, odere sorores Tartareum monstrum, Vt se se uertit in ora, Tam saeuae facies, tot pullulat atra colubris”. **Idem**: “Tu potes unanimes armare in praelia fratres Atque odiis uersare domos, tu uerbera tectis Funereas que inferis faces, tibi nomina mille, Mille nocendi artes”. Tesiphone, hoc est Τεσιφόνη, ἀπὸ τοῦ τίω punio et φόνος caedes. **Ouidius**: “Nec mora, Tesiphone madefactam sanguine sumit Importuna facem fluido que cruore rubentem Induitur (f° 571v) pallam toto que inungitur angue Egreditur que domo. Luctus comitatur euntem Et Pavor et Terror trepido que Insania uultu”. Megaera, hoc est Μέγαιρα, ἀπὸ τοῦ μεγάριω inuideo, quod quieti mortalium inuideat. **Claudianus**: “Improba mox surgit tristi de sede Megaera, Quam penes insani fremitus animi que profanus Error et undantes spumis furialibus irae. Non nisi quaesitum cognata caede cruorem Illicitum que bibit, patrius quem fuderit ensis, Quem dederit fratres”. Has apud inferos canes uocari uolunt. **Lucanus**: “Iam uos ego nomine uero Eliciam Stygias que canes in luce superna Destituam”. Apud nos **Furias**. **Virgilius**: “Vnum de crinibus anguem Coniicit in que sinum praecordia ad intima subdit, Quo furibunda domum monstro permisceat omnem”. Apud Superos **Diras** et **aues**. **Idem**: “At procul, ut Dirae stridorem agnouit et alas, Infoelix crines scidit Iuturna solutos”. Dicuntur etiam **uolucres**. **Idem**: “Iam iam linquo acies, ne me tenete timentem, Obscena uolucres: alarum uerbera nosco”.

4 Item **Eumenides** per antiphrasin, quod immites atque implacabiles sint: εὐμενῆς enim mitem ac propitium significat. **Ouidius**: “Eumenides tenere faces de funere raptas”. Sunt etiam qui eas secus littora **Harpyias** uocari uelint, de quibus superius diximus. Item **Erines**, quamuis interdum Erinys etiam pro animi impatientia ponitur. Ab Eris autem Erinys deducitur. Eris contentio est, á qua **Eriboea** Iuno, de qua superius diximus, et **Erichthonius**, quasi contentio terrae: nam graece χθών terra dicitur et χθόνιος terrenus. Hic é semine Vulcani genitus est. Nam, qum Vulcanus Ioui arma fabricasset, concessit ei Iupiter ut quicquid

3,3-4 Verg. *Aen.* 12,845-7 ap. Bocc. *gen.* 3,6 | 5 ex *Etym. m.* 62,44 | 6-12 Bocc. *gen.* 3,7\* (Verg. *Aen.* 7,324-9\*; 7,335-8\*) | 12 Tort. *Tessiphone*\* potius quam Seru. *georg.* 4,453\* | 13-15 Ou. *met.* 4,481-5\* ap. Bocc. *gen.* 3,8 | 17-20 Claud. *Ruf.* 1,74-79 mss. ap. Bocc. *gen.* 3,9 | 20-23 Bocc. *gen.* 3,6\* ex Seru. *Aen.* 3,209 et 4,609 (Lucan. 6,732-4; Verg. *Aen.* 7,346-8) | 24-25 Bocc. *gen.* 3,6\* ex Seru. et Seru. *Aen.* 3,209 (Verg. *Aen.* 12,869-70\*) | 25-27 Bocc. *gen.* 3,6\* (Verg. *Aen.* 12,875-6\*) | 4,1-2 Sacerd. gramm. VI,462,11-13\* [et al.]? | 2-3 Ou. *met.* 6,430 ap. Bocc. *gen.* 3,6 | 3 Theodont. ap. Bocc. *gen.* 3,6\* | 3-4 6,113-4, 117, 253 | 4 Tort. *Erinys*\* | 4-5 Seru. *Aen.* 2,337\* | 5 Hug. *eris*\* uel Balb. *Erinis*\* et al. | 5-6 (5,40) Tort.\* | 6-15 Tort.\* ex Hygin. *astr.* 2,13,1 et Seru. *georg.* 3,113\* et Lact. *inst.* 1,17,12-13\* et ? Bocc. *gen.* 12,71\*

3,4 mox in tempesta v || 9 Vt U : tot ova (= Verg.) || 11 Funeres v || inferres ov inferre a (= Verg.) || 12 This- o Tis- va || τῖσιφόνη ο τι- a τῖσιφον || 13 Tis- ova || fluuido v || 14 inuiditur v || iniungitur ova || 20 Quem] Quæ v || 24 ut om. v || 25 scidit U : soluit ov scindit a || 26 terrete oa (= Verg.) terrete v || 4,1 antiphrasim ova || 3 secus U<sup>2</sup>p.c. || arpias v || 4-16 Item — rationem add. in mg. inf. U<sup>2</sup> || 4 Erinnie o Erinnes v Erinnyes a || Erinis ov Erinns a || 5 Erinnis o Erinis v erinns a

uellet ab eo posceret. Ille Mineruae nuptias poposcit quam, quum nullis blandiciis  
 10 posset allicere, nimio ardore libidinis genituram in terram emisit. Supra quam Mi-  
 nerua prae pudore terram pedibus coniecit. Inde natus est Erichthonius cum  
 anguineis pedibus, quorum deformitatem quum aetate iam adultus perspexisset  
 currum et equorum iugum inuenit. **Virgilius**: “Primus Erichthonius currus et  
 15 quattuor ausus Iungere equos rapidis que rotis insistere uictor”. Ab eodem etiam  
 inuentum primo argentum **Plynius** testatur. Dicitur etiam **Erichtheus** ob ean-  
 dem rationem. Á furia **furialis** deriuatur. Furor uero á ferendo quod furore huc  
 atque illuc homo temere feratur.

**5 TVRBA**. Multitudine conuiuuarum. **VOCATA**. Inuitata, de quo supra diximus.  
**VORAS**. (c. 892) Cum auditate absumis. **Vorare** enim proprie dicimus cibum  
 non confectum dentibus deglutire; hinc per metaphoram capitur pro auide sumere.  
 Et **uoraces** gulosi dicuntur et **uoracitas** gulositas, luxuria, et **uoraciter** aduer-  
 5 bium per ingluuiem. Et carniuorum quod carne uescitur. **Plynius**: “Serratorum  
 dentium Carniuora sunt omnia”. Hinc etiam **uorago** barathrum appellatur, quod in  
 eam cadentia non emergant, sed deuorari uideantur. Vnde uorago aquae dicitur  
 quae alio nomine á uertendo se **uortex** appellatur, quod omnia in eam cadentia  
 uoret. Item á uoro fit compositum **deuoro**, quod proprie significat absorbeo,  
 10 assumo, arripio. Transfertur tamen etiam ad alios sensus. **Martialis**: “Oculis  
 deuorantibus draucos”. **Plautus**: “Auscultate atque operam date et mea dicta  
 deuorate”. Illud enim oculorum, hoc aurium audiditatem significat.

**6 BOLETOS**. Fungos, de quibus superius late disseruimus. **PRECABOR**. Im-  
 precabor. **VENTRE**. Qui omnia recondit. (f° 572r) **GVLA**. Quae omnia deuorat.  
**BOLETVM QVALEM CLAVDIVS EDIT, EDAS**. Hoc scilicet precabor, ut edas  
**Boletum** qualem edit **Claudius**, idest ueneno medicatum. Tradunt enim Claudio  
 5 principi epulanti in arce cum sacerdotibus per **Alotum** Spadonem praegustatorem  
 datum uenenum fuisse. Alii domestico conuiuio per ipsam **Agrippinam** uxorem  
 boletum medicatum audissimo talium ciborum fuisse oblatum. **Plynius**: “Opti-  
 mus quidem cibus est boletus, sed immenso exemplo in crimen adductus, ueneno  
 Claudio principi per hanc occasionem á coniuge dato Agrippina; quo facto illa  
 10 terris, Venenum alterum sibi que ante omnes, Neronem suum dedit”. **Iuuenalis**:  
 “Vilibus ancipites fungi parentur amicis, Boletus domino, sed qualem Claudius  
 edit Ante illum uxoris, post quem nil amplius edit”.

(Verg. *georg.* 3,113-4\*; Plin. *nat.* 7,197\*) | 4,15-16 Tort.\* | 16-17 1,135 | 5,1 Mart. 1,20,1 |  
 (3,462) Mart. 1,20,1 | 2 Mart. 1,20,2 | 4 Pap. *uorax*\* | 5-6 Plin. *nat.* 10,199 | 6 ex Pap. uel Balb.  
*uoro* ? | 7-8 Pap. *uortex*\* [+ P. Fest. 31 uel Tort. *barathrum* ?] | 8 ex Quint. *inst.* 8,2,7 uel Char.  
 gramm. 111,5 uel Prisc. gramm. III,514,29 uel Isid. *orig.* 13,1,5? et al. | 8-9 ex Verg. *Aen.*  
 1,117? | 9 et 10 Non. 98\* | 10-11 Mart. 1,96,12 | 11-12 Non. 454\* (Plaut. *Asin.* 649) | 6,1  
 (2,668-72) Mart. 1,20,2 | Mart. 1,20,3 | 1-2 Cald. ? | 2 Mart. 1,20,3 | Mart. 1,20,3 | 3 Mart.  
 1,20,4 | 3-4 Cald.\*? | 4-7 Suet. *Claud.* 44,2\* | 7-10 Plin. *nat.* 22,92\* mss. | 11-12 Iuu. 5,146-8  
 [ex Cald. ?]

4,11 *inter pedibus et coniecit del. terram coniecit U<sup>2</sup> || est om. v || 5,1 qua ova || 3-4 deglutire*  
 — sumere. Et *U<sup>2</sup>p.c.* || 4-5 Et — omnia *add. in mg. dextr. U<sup>2</sup> || 7 eam U* : ea ova || 10 absumo a  
 || irripio ova || 6,1 diximus v || 10 dedit *U<sup>2</sup>p.c.* || 11 Villibus a || ponentur ova (= Iuu.)



## DE PORSENA ET MVTIO SCEVOLA. EPIGRAMMA L.

1 CVM PETERET REGEM. Laudat pietatem Porsenae quod Sceuolam manum suam urentem ab igne amouerit, licet occidendi eius gratia illuc uenisset. Nota est historia. Qum **Porsena** Rex Etruscorum urbem Romam obsideret, **Mutius** magni animi uir Senatam adiit et ueniam transfugiendi petiit, necem regis ei promittens. Accepta itaque potestate in castra Porsenae uenit. Ibi que Satellitem purpura indutum pro rege occidit; propter quod apprehensus et ad regem perductus, dextram aris imposuit, hoc supplicii ab ea exigens quod in caede peccasset. Sed regis misericordia inde abstractus ad urbem iussus est redire. Propter quod beneficium indicauit regi trecentos aduersus eum similiter coniurasse. Quapropter territus Porsena bellum acceptis obsidibus deposuit. Mutio prata trans Tyberim data, quae ob id Mutia prata appellata sunt, et ipse **Scevola** dictus est quod exusta dextera uti sinistra cogereetur, quam Graeci *σκαλιὰν* uocant. Hinc sceuae dicuntur qui sinistra manu pro dextra utuntur, quos **Vlpianus** inquit non esse morbosos aut uitiosos, praeter quam si imbecillitate dextrae ualidius sinistra utantur et non consuetudine, sed hos non scaeuas, sed mancos dici. Veteres etiam scaeuam rem malam dicebant quod quae sinistra sunt mala sunt. Item scaeuum omen bonum quod ea quae apud nos laeua sunt, in caelo sunt dextra. Scea uero porta Troiana dicebatur á caduere Laomedontis, hoc est á Scenomate (id enim tabernaculum siue sacullum significat), quod in eius superlimine erat.

2 DEXTERA. (c. 893) Sceuolae scilicet. Ordo est: Dextera decepta in occidendo Satellite qum peteret regem iniecit se sacris focis ut periret, hoc est poenam facti lueret. SATELLITE. In satellite occidendo quem, quia purpura indutus erat, putauit regem esse, qum Scriba eius esset. SACRIS FOCIS. Arae in qua sacrificia fiebant.

3 VRERE. Flamma Consumere. **Vro** tamen et **uror** tam frigoris quam caloris esse potest. Nam et frigus (f° 572v) torret urit que. **Lucanus**: “Vrebant montana nives”. **Virgilius**: “Rapidi ue potentia solis Acrior aut Boreae penetrabile frigus adurat”. Ab uro fit **ustulo** uerbum. **Pacuius**: “Candenti ferro crines ustulare”. Et **urtica** herba et urtica piscis, de quibus superius locuti sumus. Et **uredo**, morbus herbarum, fruticum arborum que qui in uitibus etiam **carbunculus** dicitur et in caeteris **rubigo**, sata, plantas arbores que adurens et ex frigore semper proueniens, non nunquam etiam serenis noctibus, ut nullus sentiat, nisi postquam facta sunt. Vredo etiam incendium significat, hoc est prurium. **Plynius** de urtica

1,1 Mart. 1,21,1 [ap. Cald.?] | 3-11 Vir. Ill. 12 ms. A\* | 11-12 Liu. 2,13,1\* + P. Fest. 117\* | 13-15 Vlp. dig. 21,1,12,3\* | 15-16 P. Fest. 324\* | 16 Varr. ling. 7,97\*? | 16-17 Seru. Aen. 2,54\* | 17-18 et 19 Seru. Aen. 3,351\* | 2,1 Mart. 1,21,1\* | 1-2 Mart. 1,21,1-2\* | 3 Mart. 1,21,1 | 3-4 Vir. Ill. 12,2\* | 4 Mart. 1,21,2\* | 3,1 Mart. 1,21,5 | 1-2 ex Non. 452 + Seru. georg. 1,3 uel Aen. 1,92 uel Don. Eun. 84 uel Isid. orig. 13,10,8 | 2-3 Lucan. 4,52 | 3-4 Verg. georg. 1,92-93 ex Non. uel Seru. uel Don. uel Isid. | 4 ex Ps. Verg. [non Pacuu.] Priap. 45,2 | 5 2,223 | Balb. uredo\*? | 5-9 ex Plin. nat. 18,275

EPIGRAMMA L. DE P- ET M- SCAEVOLA. a || 1,1 VM o || 6 dexteram a || 9 tercentos o || 10 Mutia v || data add. in mg. sin. U<sup>2</sup> || quae om. a || 11-19 et — erat add. in mg. inf. U<sup>2</sup> || 13 dextera a || 14 utuntur ova || 16 Item omne bonum Sc. v || 17 dextro v || Sceua U<sup>2</sup>a.c. || post Troiana del. ide(o?) U<sup>2</sup> || 18 sacculum ova || 2,1 Dextra<sup>2</sup> oa || 2 inicit a || focit Ua.c.

10 pisce: "Haec tactu uredinem excitat". Et **ustrina** locus in quo metalla candescunt ut laborentur. **Plynius**: "In ustrina ter siccantur ita ut torreantur carbone puro ac totiens uino restinguantur albo".

4 Et **urgeo**, quasi urendo ago, hoc est inflammo, impello. Est enim urgere proprie cogere, premere, impellere. **Virgilius**: "Ima Soluuntur latera atque oculos stupor urget inertes". **Idem**: "Versa que in obnixos urgentur cornua uasto Cum gemitu". Abusue tamen aliquando pro insistere ponimus. **Lucillius**: "Cede hostium, Gnato; urgere instant: perimus". Aliquando pro tegere. **Virgilius**: "Qui saxo super atque ingentis pondere testae Vrgerent". Interdum pro accelerare. **Idem**: "Veste tegens, tibi quam noctes festina dies que Vrgebam et tela curas solabar aniles". Et secundum quosdam **Vrina**, idest excrementum potus, quod in exeundo urat. Sed similis ueri est á Graeco potius deduci οὐρῶ, quod significat

5

10 mingo, á quo οὔρον urinam dicunt Graeci.

5 Praeterea ab uro composita fiunt **aduro**, **exuro**, **deuro**, **Combuo**; á quibus **adustio**, **exustio**, **deustio**, **combustio** eiusdem ferè omnia significationis. Item **peruro**, ualde uro, á quo **pruina** deducitur, quod fruges et uirgulta perurat. Et **pruna**, quae á carbone ita differt quod illa quam diu ardet pruna dicitur, **Carbo** autem nominatur quum extincta fuerit. **Terentius**: "Tam excoctam atque atram reddam quam carbo est". Et **prurio**, quasi peruror: est enim prurire proprie libidine scalpendi ardere, á quo **pruritus**, ut **Aristoteles** inquit, dicitur excursus humoris spirabilis inclusi contra naturam. Quae uoluptas, quoniam in libidine similis est (quippe nihil aliud est genitura quam excursus huiusmodi humoris ad

5

10 rem naturalem), fit ut haec etiam uoluptas **prurigo** dicatur et homo ipse prurire quum semen incipit moueri é corpore ut se promat, hoc est quum homo ardere incipit desyderio coeundi, quod ab intensione uirilil membri tentigo dicitur.

6 Item **inuro**, quod proprie significat adhibito igni fingo, quod genus picturae **Encaustice** dicitur et qui ita pingit **encaustes** et opus ita pictum **encaustum**. **Martialis**: "Encaustus Phaethon tabula tibi pictus in hac est, Quid tibi uis, dipyrum qui Phaethonta facis?" **Plynius**: "Figulinum opus encausto pinxit". **Vitruuius**: "Quod facere ab encauste didicerat". **Apuleius**: "Encausticen oppido exercens se et duos filios sustentabat". Hoc autem in cera, tabulis ebore ue fieri solebat, **cestro** primo, quod et ab urendo **uriculum** dicitur, cauata materia. Procedente uero tempore cera Punica cum oleo liquefacta candenti setis inducta supra tabulas iterum que admotis gallae carbonibus adusta ad sudorem usque. Postea candelis

5

10 subigebatur; (f° 573r) deinde linteis puris ita ut quasi marmora nitescerent, quae

3,9 Plin. nat. 9,147\* | 10 ex Pap. uel Hug. Vr uel Balb. ? | 11-12 Plin. nat. 36,155 v | 4,1-8 Non. 417-8\* (Verg. georg. 3,522-3; 3,222-3; Lucil. 843\*; Verg. georg. 2,351-2; Aen. 9,488-9 ex Non.) | 8-9 Isid. orig. 11,1,138\* et al. | 9-10 Tort. urina\* | 5,3 P. Fest. 226\* | 4-6 Seru. Aen. 11,788\* (Ter. Ad. 859\*) | 6 ex Isid. orig. 4,87 et al. | 7-11 Arist.[?] probl. 4,15 878B\* | 6,3-4 Mart. 4,47,1-2 | 4 Plin. nat. 36,189 | 5 Vitruv. ? ex Plin. nat. 35,123 ? | 5-6 Apul. ? fr. inc. 154 | 6-7 Plin. nat. 35,149\* | 8-10 Plin. nat. 33,122\* | 10-11 Plin. nat. 35,149\*

3,12 toties a || restr- va || 4,1-2 prope Ua.c. || 2 latera a || 3 in add. s. l. U<sup>2</sup> || 4 Caede va || 6 ingenti a || 8 potius v || 5,2-6 Item — carbo est add. in mg. inf. U<sup>1</sup> || 6-12 Et — dicitur add. in mg. inf. U<sup>2</sup> || 6,2 Encausticae Ua.c.

pictura in nauibus nec sole nec sale uentis que (c. 894) corrumpitur. Dicitur autem encaustum latine inustum potest: καυστὸν enim Graeci ustum dicunt, καύσιν ardorem, καυστὴν ustorem; unde ἔγκαυστον inustum, ἔγκαυσιν inustionem, ἐγκαύστην inustorem, ἔγκαυστικὴν inustariam, hoc est inurendi scientiam, uocant. Sic enim nos dicere **inustariam** possumus, quemadmodum statuariam artem faciendi statuas, et **figlinam** artem fingendi imagines ex argilla, quam graeca uoce, sed apud Latinos usitata, **plasticen** appellamus, ἀπὸ τοῦ πλάσσειν quod fingere est. Vnde et **plastes** dicitur qui eam artem exercet, hoc est factor; et opus ipsum **plasma**, á quo recentiores quidam **plasmare** uerbum deducunt. Id latine figlinum nuncupatur. **Plinius**: “Aliqui in crudis fictilibus urunt donec figlinum decoquatur”. Á plasticen **proplasticen** dicitur ars faciendi **typos**, hoc est formas, quibus formandis figulinis operibus utuntur.

7 Τύπος enim graece forma dicitur, unde **protypa** dicta sunt opera quae ante typos facta sunt; **ectypa** uero, quae ex ipsis typis sunt formata; et **Archetypus** prima et principalis forma. **Iuuenalis**: “Et iubet archetypus pluteum seruare Cloantas”. **Plinius**: “Dibutades primus personas tegularum extremis imbricibus imposuit, quae inter initia protypa uocauit; postea idem ectypa fecit; propter hoc plastes appellatus”.

8 Proplasticen etiam pro ipsa forma aliquando ponitur quam ad formanda alia opera adhibent. **Idem**: “Archesilai proplasticen pluris uenire solitam constat ab artificibus ipsis quam aliorum opera”. Effigiem é proplasticen formare primus inuenit **Lysistratus** Sicyonius, frater Lysippi, creuit que res in tantum ut nulla signa statuariae ue sine typis argillae fierent. Idem hominis imaginem gypso é facie ipsa primus omnium expressit cera que in eam formam gypsi infusa emendare instituit. Plasticen uero constat primum inuentam á **Dibutade** Sicyonio figulino Cor[r]inthi filiae opera quae capta amore iuuenis illo abeunte peregre, umbram é facie eius ad lucernam in pariete lineis circumscripsit, quibus pater eius impressa argilla formam fecit et cum caeteris fictilibus induratum igni proposuit.

9 Item **picturam** artem pingendi, quae **Graphice** uocatur ἀπὸ τοῦ γράφειν quod pingere est. Item **Toreuticen** artem caelandi, unde **Toreumata** (f° 573v) opera caelata et **Toreutes** artifex caelandi dicitur, ἀπὸ τοῦ τορεύειν quod caelare est. Item **anaglypticen** artem sculpendi, unde et **Anaglyptes** sculptor dicitur et **anaglypta** uasa sculpta, ἀπὸ τοῦ ἀναγλύφειν quod exculpere est. **Plinius**: “Nunc Anaglypta in asperitatem que excisa circunlita auro et picta quaerimus”. **Martialis**: “Nec desunt tibi uera Graniana Nec quae Callaico linuntur auro Nec mensis

6,12-13 Gloss. II,346,59\* et ? 347,1 | 16-17 ex Tort. *plasticen*\* | 18 ex Plin. *nat.* 35,152 ? | 19 e.g. Prud. *apoth.* 865 | 20-21 Plin. *nat.* 34,113\* | 21-22 ex Plin. *nat.* 35,155v + ? 151 | 7,1-2 ex Plin. *nat.* 35,152v | 2-3 ex Pap. ? | 3-4 Iuu. 2,7\* [ap. Tort.?] | 4-6 Plin. *nat.* 35,152v\* | 8,2-3 Plin. *nat.* 35,155v\* | 3-7 Plin. *nat.* 35,153\* | 7-10 Plin. *nat.* 35,151v\* | 9,1 ex Plin. *nat.* 35,77 ? | 2 ex Plin. *nat.* 34,54 ? | 3 ex Plin. *nat.* 35,54 ? | 5 ex Isid. *orig.* 20,4,8 ? et al. | 5-6 Plin. *nat.* 33,139v\* | 7-8 Mart. 4,39,6-8 mss.

6,13 ἐγκαύσιν U<sup>2</sup> συκάστιν ο ὄκαῦστιν v || 20 nuncupatur U : appellatur ova || 22 fugulinis o figlinis a || 7,2 typis om. ova || 4 Cleantas v || regularum v || 8,7 Dibutade o Diputade v || 8 corinthi U || umbra v || 9,1 γραγεῖν U<sup>2</sup> -γεῖν ο βαφεῖν v || 4-5 sculpendi... scalptor... scalpta... exculpere a || 5 sculpta om. v || 6 incisa ova

Anaglypta de paternis". Postea tamen inualuit usus ut inurere pro pingere usurpetur. Vnde **Nicias** clarissimus pictor supra tabulam quam diligentissime pinxerat scripsit inuisisse sese, hoc est pinxisse, quemadmodum **Lysippus** Eginæ picturæ suæ inscripsit **Eneten**, hoc est ἐνετην idest insitam, ἀπὸ τοῦ ἐπιέναι quod inserere est, á similitudine scilicet encausticæ, in qua ceræ tabellis inseruntur. Item per metaphoram inurere pro impingere capimus. **Varro**: "Inusta ei macula est quam delere haud facile erit".

**10** **10** Ab uro etiam **Buris** deducitur, curua pars aratri posterior quod, ut curuari possit, ante peruritur. **Virgilius**: "Continuo in siluis magna ui inflexa domatur in burim". Veteres etiam **Buram** usurparunt. **Varro**: "Et saepe fracta Bura relinquunt bouem in agro". Et **bustum**, quod proprie locus dicitur in quo mortuus combustus ac sepultus fuit, quasi bene ustum. Nam quando alibi sepultus mortuus erat, locus in quo erat combustus ustrina dicebatur. Nunc uulgo bustum appellamus sepulchrum, quamuis cadauera non urantur. Á quo **bustuarii** dicti sunt gladiatores. Nam qum (c. 895) mos esset in sepulchris uirorum fortium captiuos necari id que postea crudele uisum foret, placuit ut eo morte sublato introducerentur gladiatores qui ante sepulchra dimicaret, á quo bustuarii sunt appellati.

**10** **11** MAIOR DECEPTAE. Ordo est: Fama de<x>trae deceptae est tibi maior gloria quam scilicet si non fuisset decepta. MINVS. Quam scilicet fecit. **Minus** aliquando comparatiuum est á paruum, neutri generis, sicut minor masculini et feminini, aliquando á parum. Dicimus enim 'parum pecuniae habeo', non autem **5** paruum. Itaque, qum ita loquimur 'minus pecuniae habeo', certum est id minus non á paruum, sed á parum deduci. Capitur etiam minus frequenter pro non, praesertim cum Sin aut cum quo quando ut significat, ut Sin minus, idest si non, et quo minus, idest ut non, sicut quo secius etiam pro ut non. Á minus quando nomen est fit superlatiuum **minimus**; quando uero aduerbium, **minime**.

**12** Item **minuo** uerbum quod aliquando significat minorem reddo. **Plinius**: "Radix commanducata dentium dolorem minuit". Aliquando tollo, unde **minui** apud ueteres populo **luctus** dicebatur aedis dedicatione qum á Censoribus lustrum condebatur, qum uotum publice susceptum soluebatur. Priuatis autem qum liberi **5** nascebantur, aut uir aut frater ab hoste captus domum redibat, qum puella desponsabatur, qum propiore quis cognatione quam is qui lugebatur natus erat. Á minuo fit compositum **comminuo** et **minutum**, quod modo participium est et significat comminutum, hoc est minus factum; modo nomen, et aliquando pro breui accipitur. **Cicero**: "Re- (f° 574r) ticulum ad nares admouebat tenuissimo lino, minutis

9,9-10 Plin. nat. 35,27\* | 10-11 Plin. nat. 35,122v\* | 12 ex Plin. nat. 35,122 ? | 13-14 Varro ? fr. inc. 43 [ex Ps. Cic. in Sall. 16 ?] | 10,1 Seru. auct. uel Philarg. georg. 1,170\* | 1-4 Non. 80\* (Verg. georg. 1,169-70\*; Varr. rust. 1,19,2\*) | 4-7 P. Fest. 32\* | 7-10 Seru. Aen. 10,519\* | 11,1 Mart. 1,21,7 | 1-2 Mart. 1,21,7-8\* | 2 Mart. 1,21,8 | 2-3 et 4-8 Valla eleg. 1,12\* | 12,1 ex Pap. minuere ? | 2 ex Plin. nat. 25,173 [an 22,40 ?] | 2-6 P. Fest. 155\* | 8-10 Non. 141\* (Cic. Verr. II,5,27\*)

9,9 Nisias ova || 10 se v || 11 Enetem a || 12 encaustice va || 13 pingere ova || 10 add. in mg. inf. U<sup>2</sup> || 1 curua add. s. l. U<sup>2</sup> || posterior add. s. l. U<sup>2</sup> || 9 que om. ova || 11,1 detrae U || minor ova || 8 ut<sup>1</sup> om. ova || 9 est om. v || 12,6 proprie v propiore a || 9 minutus ov

maculis, plenum rosae”. Aliquando pro obscuro et scrupuloso. **Idem**: “Ecce autem mali minuti angusti et omnia semper desperantes, aut maliuoli, inuidi, difficiles, lucifugi, malefici, monstrosi”. Item **minutal** genus edulii, quod ex concisis minutatim oleribus fit. Et **minutatim** aduerbium, hoc est in minutissimas partes. Et **minutia**, hoc est contemptibilis paruitas cuiuscunque rei. Et **Minutius** cognomen uiri, á quo **Minutia porta** Romae, quod Minutii sacello proxima esset. **Mintius** uero fluuius est in agro Mantuano notissimus.

15

12,10-12 Non. 345\* (Cic. *fin.* 1,61\*) | 12-13 Isid. *orig.* 20,2,29\* | 15 P. Fest. 122\*

12,11 maleuoli a || 13 minutim v || 15 Minuta v

## DE LEPORE ET LEONE. EPIGRAMMA LI.

1 QUID NVNC SAEVA FVGIS. Idem ferè argumentum quod supra de lepore et leone. Sed hoc in maiorem Domitiani laudem, quod magnitudinem animi eius fortitudini leonis anteposit.

2 **FRANGERE.** Illidere, affligere, rumpere. Hinc fraxo frequentatium, quod significat uigilias circum eo, quod eo labore homo frangatur. **Fractio** illisio, et **fragmentum**, pars rei fractae, quae et **fragmen** dicitur. Et **fragor** sonitus qui ex arbore aut re alia confracta redditur. **Virgilius:** "Et horridus altis montibus audiri fragor". Vnde **fractus**, quando nomen est, accipitur pro eo quod est cum fragore adueniens. **Idem:** "Fractos sonitus imitata tubarum". Quando uero participium, pro afflictus. **Idem:** "Sed res miserabere fractas".

3 Item Suffrago, quae id in posterioribus pedibus animalium est quod in prioribus genua; dictae suffragines quod suffringantur, hoc est in altum frangantur. Nam sub aliquando supra significat, ut sublatum, idest supra et in altum latum. Constat sanè genua animalium quae animal generant ante se flectere, suffraginum uero artus in aduersum. Quemadmodum igitur poplites dicti sunt quod post placentur, ita suffragines, quod supra frangantur. **Plynius:** "Victimarum probatio in uitulo, ut cauda articulum suffraginis contingat". **Idem:** "Aues et quadrupes alas in priora curuant, suffragines in posteriora". **Idem:** "Animal est nullo suffraginum flexu, ideo que non cu- (c. 896) bat et, si quo casu conciderit, erigere sese non potest". Á suffragine suffragor uerbum deducitur, quod est adiuuo, auxilio sum; et refragor, repugno, aduersor. Suffragines enim sunt quae in primis animal sustinent, quibus se colligit, se sustinet, se tuetur. Quemadmodum igitur iumenta ab homine iuuando nomen sumpserunt, ita suffragor á iumentorum suffraginibus est deriuatum. Á suffragor uero fit suffragium, quod modo auxilium significat, modo illas, ut sic dicam, uoces quae dicebantur in comitiis et in tabellis describebantur, quibus unus quisque uoluntatem suam de aliquo in magistratum eligendo declarabat, á quo ea quoque quae clam in cistella ad declarandam uoluntatem exhiberi solent, ut lapilli, lupini, pilae siue quicquam aliud simile, suffragia uocitantur. Á refragor uero refragatio deducitur, quod repugnantiam significat et quasi uim suffraginum renitentem in aduersum.

4 Item á frango **fracidum**, hoc est plus quam maturum et iam putrescens. **Cato:** "Factores uolunt ut oliua in tabulato diu sit, ut fracida sit, quo facilius efficiant". **Flaccida** uero languida dicuntur et **flacceo** langueo. Vnde **Flacci** ap-

1,1 Mart. 1,22,1 | 1-2 Cald. ex Mart. 1,14\* | 2,1 Mart. 1,22,2 | 1-2 P. Fest. 91\* | 3-5 Seru.\* et *georg.* 1,357-8\* | 5-6 Seru. auct. *Aen.* 3,556 (*Verg. georg.* 4,72) | 7 Seru.\* et *georg.* 4,240 | 3,1-2 ex *Plin. nat.* 11,248 | 2 ex *Isid. orig.* 11,1,107 et al. | 4-5 *Plin. nat.* 11,248\* | 5-6 *Pap. poples\** uel *Balb. poplites\** | 6-7 *Plin. nat.* 8,183 | 7-8 *Plin. nat.* 11,249 | 8-10 *Plin. nat.* 8,39\* | 10-11 et 14-17 *Vall. eleg.* 4,70\* uel *Tort. s.d. B sub\** | 12-13 *Lact. inst.* 2,10,1\* uel *Isid. orig.* 12,1,7\* uel al. | 4,2 *Cato agr.* 64,1\* | 3-4 P. Fest. 231\* + Non. 110\* + *Plin. nat.* 11,136\*

EPIGRAMMA. LI. DE LEP- ET LEONE a || 1,1 VID o || 2,1 Illudere o || 1-2 fraxo — frangatur *add. in mg. sin.* U<sup>2</sup> || 6-7 Idem — afflictus *om. ova* || 7-4,1 *post fractas del.* Item et *add. Item* — frango *in mg. inf. et dextr. lat.* U<sup>2</sup> || 3,2 suffringantur *ov* || 3 *post aliquando del.* in altum U<sup>2</sup> || 7 titulo a || alias v || 9 que *om. ova* || 11 sunt *add. s. l.* U<sup>2</sup> || 15 sic] si v || 16 quibus] quod a || 17 *post clam del.* per lapillos siue aliquid simile U<sup>2</sup> || 19-20 quod — aduersum *add. s.l.* U<sup>2</sup> || 4,3 flacceo U<sup>2</sup>*p.c.* : -io U<sup>2</sup>*a.c.?* *ov* -o a



pellati, quod aures grandiores flaccidas que habent. Á flacceo flaccesco; ab hoc uero conflaccesco deducitur. Item **flaccum** dicimus tritum et flacco habere, quasi ad terendum habere. **Plautus**: “Perii. Flacco habebit iam illic homo lumbos meos”. Hinc fit **deflacco** uerbum, quod significat attero. **Fragile**, caducum, debile, et quod facile frangi potest; á quo **fragilitas** debilitas, inconstantia, et **fragiliter** aduerbium, inconstanter. Et **fragro**, quod significat odorem reddo, quia spetie fracta odor redditur maior. Hinc **fragrantia** deducitur, ut supra diximus.

5 Et **fraga** mora quae in terra nascuntur odoris optimi. **Virgilius**: “Qui legitis flores et humi nascentia fraga, Frigidus, ó Pueri fugite, latet anguis in herba”. Sunt autem fructus herbae quae á numero foliorum á Graecis **Pentaphyllon**, á nostris **quinquefolium** uocatur. Quidam etiam **pentapeton** siue **chamezelon** nominant. Qum effoditur, rubram habet radicem quae marcescens nigrescit et angulosa fit. Herba ipsa incipit et desinit cum uite. Adhiberi (f° 574v) á ueteribus solebat domibus purgandis. Aduersus serpentes et eius radix bibitur quae **Sparganion** uocatur, ex uino albo.

6 Item á frango **fragosus**, hoc est praeruptus, unde fragosa loca dicimus aspera atque praerupta. Hinc **fraxinus** arbor, quod in fragosis locis libenter nascitur. Procera haec est et teres, multum que ab **Homero** nobilitata, qui ex ea Achilli hastam dedit: “Ἐκ δ' ἄρα σύριγγος πατρώιον ἐσπᾶσατ' ἔγχος· Βριθὺ μέγα στιβαρὸν, τὸ μὲν οὐ δύνατ' ἄλλος Ἀχαιῶν πάλλιν, ἀλλὰ μιν οἶος ἐπίστατο πῆλαι Ἀχιλλεύς, Πηλιάδα μελίην τὴν πατρὶ φίλω τάμε Χείρων”. Hoc est: É uagina igitur paternam extraxit lanceam firmam, magnam, grauem, quam certe non poterat alius Achiuorum uibrare. Sed ipsam solus norat uibrare Achilles, Peliaden, Fraxineam, hanc patri amico inciderat Chiron”. Graeci duo genera fraxini fecere: longam enodem. Alteram breuem, duriorem fuscioemque laureis foliis. **Bumeliam** uocant in Macedonia amplissimam lentissimam que. Contra serpentes succo expresso ad potum et imposita ulceribus mirifice iuuat. Tanta que est uis ut ne matutinas quidem occidentes ue umbras, quamuis sint longissimae, serpens arboris eius attingat, adeo ipsam procul fugiat. Scribit **Plynius** expertum se esse si fronde ea et igni claudatur serpens, in ignem potius quam in fraxinum fugere. Propter quod miram naturae benignitatem licet admirari, quod priusquam prodeant serpentes floreat fraxinus nec antea quam se terra condiderint folia dimittat.

4,5 ex Gell. 2,30,2 | 5-7 Non. 7 mss.\* (Plaut. Cas. 967 uar.) | 8-9 Hug. *frango*\* uel Balb. *fragilis*\* ex Isid. *orig.* 10,101 | 10-11 (19,3) Seru. *Aen.* 1,436\* | 5,1-2 Seru.\* et *ecl.* 3,92-93\* | 3-8 Plin. *nat.* 25,109v\* | 6,1-2 ex Hug. *frango* ? | 2 Isid. *orig.* 17,7,39\* | 3-4 Plin. *nat.* 16,62\* | 4-6 Hom. *Il.* 19,387-90 ex Plin. | 6-9 Hom. *Il.* 19,387-90\* | 9-11 Plin. *nat.* 16,63\* | 11-17 Plin. *nat.* 16,64\*

4,4-7 *post* habent *del.* Item *et add.* Á flacceo — attero in *mg. sin.* U<sup>2</sup> || 4 flacceo] -co v | 6 illuc v || 7 et] que v || 5,1 et 2 *fraga ov* || 2 *post* fugite *add.* hinc *ova* (= *Verg.*) || 3 *Pentaphyllon U<sup>2</sup>p.c.* || 5 *marcens ova* || 7-8 *Spargamon ova* || 6,5 *πηλαι v πάλλαι a* || 6 *φίλω U<sup>2</sup>* -λο *ov* || 8 *Peliadē ov -em a* || 9 *inciderant Ua.c.* || *enodem U* : *eandem ova* || 10 *fusiorem- ova* || 12 *imposta ov* || 14 *fugiat Charlet ex Plin.* || 17 *condiderint U<sup>2</sup>p.c.* : *concid- Ua.c.* *condiderunt ova*

7 Item á fracidus fraceo fit, et ab hoc fit fracesco, quod est quasi frangor et putrefio uetustate. **Varro**: “Haec de qua oleum congeri solet aceruatur dies (c. 897) singulos in tabulata ut ibi mediocriter fracescat”. Hinc fraces et mutatione unius litterae fraces antiqui dixerunt fecem ex oleis expressam. Item á frango  
5 frageo, á quo **fragesco**, quo ueteres pro frangor usi fuere. **Pacuius**: “Fragescit animus miseris”. Item fraenum, quod ora animalium frangat, quemadmodum superius diximus.

8 Item **frustrum** fragmentum, á quo **frustillum** paruum frustum, et **frustratim** et **frustillatim**, hoc est per frustra et minutatim. **Pomponius**: “Verum illi ualeant qui luctantur cum leonibus, et tu obiectes frustratim passerculis prandium”. **Idem**: “Non frustillatim atque minutim dari”. Hinc fit **frustra** aduerbium,  
5 hoc est inaniter, inutiliter. Et **frustror** uerbum, inaniter traho, deludo, á quo **frustratio** delusio. Sed haec á ferendo potius quidam deducunt, ut superius ostendimus. Item **friuolum** concussum, quasi semifractum. Proprie enim friuola dicuntur uasa fictilia quassa, á quo friuola uerba appellantur quae minus sunt fidei subnixa.

9 Praeterea á frango composita fiunt **infringo**, **confringo**, **defringo**, **effringo**; á quibus **infractio**, **confractio**, **defractio**, **effractio** deducuntur, eiusdem penè omnia significationis. Infractionem tamen aliquando pro torpore usurpamus. **Cicero**: “In quem cadit aegritudo, cadere in eum timorem infractionem que  
5 animi”. Item offringo. Proprie enim offringi terra dicitur qum iterum transuersa.

10 Sunt etiam qui **frigo** uerbum, quod est torreo, item (f° 575r) **frigeo**, quod est horreo, á frango deducta existiment, quod tam calor quam horror nimius corpora frangat. Sed nos á graeco potius haec deriuari existimamus: frigo ἀπὸ τοῦ φρύγω, unde φρυκτὸν frictum et φρύγιον frictorium dicitur. Et puls frictilla, cibus ex  
5 pulte factus, qui frigitur; unde non inepte uulgo offulas ex farina factas frictas que frictillas appellant. Frigeo uero ἀπὸ τοῦ φρύπτω, quod est horreo, unde φρίκη horror seu frigus dicitur. Á frigeo fit **frigidus**, cuius diminutium est **frigidulus**; á quo **frigiditas** et **frigide** aduerbium, á quo **frigidule**. Praeterea comparatiua superlatiua que eorum **frigidior**, **frigidissimus**, **frigidius**, **frigidissime**. Item  
10 **frigus**, quod modo contrarium est caloris. **Virgilius**: “Frigus que calorem que inter”. Modo significat metum ab eo quod praecedit id quod sequitur. **Idem**: “Extemplo Aeneae soluuntur frigore membra”. Interdum ipsam aeris naturam.

7,1-3 Non. 62\* (Varr. rust. 1,55,5) | 3-4 Gell. 11,7,6\* | 5 Non. 111\* | 5-6 Pacuu. ? fr. inc. 18 [Prete 18] [ex Acc. trag. 25-26 ap. Non. 111 ?] | 6-7 (1,177) Tort. dipt. fraenum\* ex Ps. Apul. dipt. 137 | 8,1-4 Non. 112\* (Pompon. Atell. 177-8\*; 166\*) | 4-5 ex Pap. ? | 6-7 1,150 | 7-9 P. Fest. 90\* | 9,1-3 Hug. frango\* | 3 Gloss. V,642,49\* | 4-5 Cic. Tusc. 3,14 ap. Non. 122 | 5-6 Varr. rust. 1,32,1\* | 10,1 Balb. frigo\* | 3-4 P. Fest. 91\* [an Gloss. II,473,32-33-31 ?] | 10-13 Non. 310\* (Verg. georg. 2,344; Aen. 1,92)

7,1 frac(c)idus] frango *Ua.c.* || 1-5 fraceo — quo *add. in mg. sin. U<sup>2</sup>* || 2 putresco *v* || aceruatum *U<sup>2</sup>a.c.* || 6-7 Item — diximus *add. in mg. dextr. U<sup>2</sup>* || 8,1-3 frustum... frustatim... frustra... frustatim *ova (recte)* || 4 minutatim *a* || 5 frustor *o* frustro *v* || 6-7 Sed — ostendimus *add. in mg. dextr. U<sup>2</sup>* || 7-8 friuola — quo *om. ova* || 9,2 effractio *om. ova* || 3 omnia *om. ova* || 3-6 Infractionem — transuersa *add. in mg. dextr. U<sup>2</sup>* || 3 corpore *va* || 5 transuerso *ov -a est a* || 10,2 existimant *v* || minus *a* || 3 frangant *ova* || 4 φρύγιων *U<sup>2</sup>* *v* φρύγιον *o* || 4-6 Et puls — appellant *add. in mg. dextr. U<sup>2</sup>* || 6 *post* que *add. et ova* || φρύπτω *U<sup>2</sup>a.c.* || 7 frigum *Ua.c.* || 8 á quo frigidule *add. in mg. sin. U<sup>2</sup>*



**Idem:** “At sceleratum exquirere frigus Difficile est”. Sic frigare aliquando ponimus pro eo quod est segnem esse. **Plautus:** “Frigent omnes. Nemo se mouet”. Et frigidum pro segnem. **Virgilius:** “Largus opum et lingua melior, sed frigida bello Dextra”. Interdum etiam pro nocentem et perniciosum, eo quod frigida naturae mortalium perniciosa sunt. **Idem:** “Frigidus, ó pueri fugite, latet anguis in herba”. Item pro mortuum. **Idem:** “Voluitur ille uomens calidum de pectore flumen Frigidus”. Item á frigeo **fringilla** deducitur, auis uulgo nota, quod frigore cantet et uigeat; á qua fit **frigutio** uerbum, quod est cum sono eriger atque exilio. **Plautus:** “Nam quid frigitis? Quid istuc tam cupide cupis?” Item **frigefacio** et **frigefio** notae significationis. Et **frigero** pro frigefacio, á quo **refrigero**, quod proprie significat ‘rem calidam frigidiorum facio’; ponitur tamen pro subleuo, recreo, unde **refrigerium** subleuatio et quasi recreatio mentis. Item **refrigeratio**, tractum ab aestuantibus qui flabellis et frigida aura recreantur. Et **frigesco** uerbum, á quo **refrigesco**. Et **infrigido**, quod est frigidum reddo, á quo **infrigidatio**. Et **frigorificum**, sicut á calore **calorificum**. Et **frigidarium**, sicut caldarium et tepidarium, de quibus superius diximus. Apud ueteres **fiuere** aliquando legitur pro frigere.

11 Frango autem facticium esse putant, á sono quem res fracta reddere conueuit, sicut **frendo** quod ipsum quoque frango significat, unde **fabam fresam** dicimus mola leuiter fractam. Frendere tamen aliquando accipimus pro eo quod est cum gemitu siue iracundia uocem emittere. **Virgilius:** “Luminis effossi fluidum lauit inde (c. 898) cruorem Dentibus infrendens”. Differt que á **fremere** quod et ipsum facticium est et significat immaniter sonare. **Idem:** “Fluctibus et fremitu assurgens”. Á fremo enim **fremitus** deducitur, (f° 575v) hoc est immanis sonitus; et **infremo** compositum, sicut á frendo **infrendo**, hoc est frendo, et **nefrendo**, non frendo. Vnde **nefrendes** dicuntur arietes quia dentibus frendere non possunt. Quidam etiam putant nefrendes infantes dici non dum frendentes. Praeterea á frango composita fiunt efringo, infringo, confringo eiusdem ferè significationis. Item praefringo, quod significat ante frango. Praefractum tamen pro duro autores usurpant. **Cicero:** “Nimis mihi praefractum uidebatur aerarium, uectigalia que defendere, omnia publicanis negare”. Tractum ab eo quod quae dura sunt ante frangi solent quam apponantur.

12 SERVANTVR MAGNIS CERVICIBVS. Tenentur pro magnis ceruicibus siue custodiuntur pro magnis ceruicibus nec teruntur in paruis. **Seruare** enim pro-

(georg. 2,256) | 10,14-15 Plaut. ? fr. inc. 192 | 15-16 Non. 310\* (Verg. Aen. 11,338) | 16-17 et 18 Philarg.\* et ecl. 3,93 ex Non. 310 | 18-19 Non. 310\* (Verg. Aen. 11,414) | 19-20 P. Fest. 90\* | 21 Plaut. Cas. 267 | 28 2,165 et 349 | 29 P. Fest. 92\* | 11,2 P. Fest. 91\* | 3 ex Isid. orig. 17,4,4 uel 20,16,1 ? | 3-7 Non. 447\* (Verg. Aen. 3,663-4; georg. 2,160) | 9-10 P. Fest. 163\* | 12-14 Non. 155\* (Cic. off. 3,88\*) | 12,1 Mart. 1,22,3\*

10,16 et melior v || dextera a dextram v || 18 post fugite add. hinc ova || 19 frigo ov || 20 Frigatio v || 21 Num o Nun- v || 22 frigerio v || 25-26 tractum — recreantur add. in mg. sin. U<sup>2</sup> || 27 frigidatio ova || 28 Trepidarium o || 28-29 Apud — frigare add. in mg. sin. U<sup>2</sup> || 29 fiuere] fruere ova || 11,5 fluidum U<sup>2</sup>p.c. || 5-6 quod est et i. f. ova || 7 enim om. ova || 8 frendo] frenda v || 8-15 hoc — apponantur add. in mg. dextr. et inf. U<sup>2</sup> || 12 praefingo v

prie significat custodire ac tueri. **Virgilius**: “Dii patrii, seruate domum, seruate nepotem”. Ponitur etiam, ut supra diximus, pro tenere. **Idem**: “Curuam seruans sub imagine falcem”.

13 TANTA SITIS. Tanta auiditas. **Sitis** proprie est bibendi appetitus, á quo fit **sitio** uerbum. Ponitur tamen pro nimia auiditate cuiuscunque rei. **Plancus**: “Cupio te amplecti neque aliter sitim iam diu conceptam sedare possum”. **Iustinus**: “Satiare, inquit, sanguine quem sitisti cuius que insatiabilis semper fuisti”. Ab hoc fit **sitibundus**, hoc est sitiens; et **siticulosus**, qui semper sitit; et **situla** uas ad hauriendam aquam, quod aquam sitiati. **Plautus**: “Si hanc situlam accepero, omnem illi puteo animam intertraxero”. Et **sitibunde** aduerbium, hoc est cum siti.

14 TENVI. Paruuo, exiguo. **Tenuē** proprie exile significat et á tendo dicitur, quod quae extenduntur exilia fiunt. **Cicero**: “Reticulum sibi ad nares admouebat tenuissimo filo”. Ponitur tamen aliquando pro paruo atque exiguo, quoniam quae tenuia sunt etiam parua sunt. **Virgilius**: “Ni refugis tenuis que piget cognoscere curas”. Non nunquam pro uehementi quod quae tenuia sunt uehementius penetrant. **Idem**: “Tenuis que lageos, Tentatura pedes olim uinctura que linguam”. Est enim **lageos** uuae genus quae latine **leporaria** dicitur: quippe Graeci λαγῶδον leporem uocant. Quandoque pro infecundo, quoniam terra et alia eius generis quae tenuia sunt etiam infecunda esse solent. **Idem**: “Tenuis ubi argilla”. Ab hoc **tener** deducitur, de quo cum eius deriuatiuis superius locuti sumus. Et **tenuitas** exilitas, et **tenuiter** exiliter. Et **attenuo** atque **extenuo** composita, quae significant comminuo, detraho, exilius facio; á quibus **attenuatio** et **extenuatio** deducuntur. Et **praetenuē** ualde tenue.

15 VASTOS HIATVS. Magnorum animalium ora. **Hiatus** enim oris apertio dicitur, ab **hio** uerbo, quod significat propria siue externa aliqua ui discindor, ut tellus aestu, lingua nimia ariditate aut nimio calore hiare dicuntur. Hinc fit **hisco** uerbum, quod proprie significat submisce loquor siue os ad loquendum aperio. **Plautus**: “Ne hiscere quidem audet”. **Virgilius**: “Vix pauca furenti subicio et raris turbatus uocibus hisco”. Ponitur etiam aliquando (f° 576r) pro stupeo, miror, dubito, quemadmodum **hio**. **Neuius**: “Hiscit, dubius est quid agat”. **Virgilius**: “Hinc plausus hiantem Per cuneos geminatus enim plebis que patrum que”. **Idem**: “Incertus clamor frustratur hiantis”. Reperitur tamen **hisco** aliquando pro aperior, sicut compositum eius **dehisco** pro eo quod est deorsum aperior. **Ouidius**: “Hiscere nempe tibi terra neganda foret”. **Virgilius**: “Sed mihi uel tellus optem prius ima dehiscat”.

12,3-5 Non. 387-8\* (Verg. *Aen.* 2,702; 7,179) | 13,1 Mart. 1,22,4 | 1-2 et 5-6 Balb. *sitis, sitio*\* | 2-3 Planc. ? [Ol. Plaut. frg. 45] [ex Ou. *met.* 3,415?] | 4 Iust. 1,8,13 | 5-6 ex P. Fest. 176 | 6-7 Plaut. *Amph.* 671-3\* | 14,1 Mart. 1,22,4 | 2-6 et 8-9 Non. 411\* (Cic. *Verr.* II,5,27; Verg. *georg.* 1,177; 2,93; 2,180) | 6-7 Seru. *georg.* 2,93\* | 9-10 23,1 | 15,1 Mart. 1,22,5\* | 2-4 Vall. *eleg.* 5,15\* | 5 Plaut. ? fr. *inc.* 193 [ex Ou. *met.* 13,231-2, ex Vall. ?] | 5-6 Verg. *Aen.* 3,313-4 | 6-7 et 7-9 Non. 318\* (Verg. *georg.* 2,508-9\*; *Aen.* 6,493) | 7 Naeu. ? fr. *inc.* 12 | 10-12 Vall. *eleg.* 5,15\* (Ou. *epist.* 6,144; Verg. *Aen.* 4,24).

12,3 seruare v || 13,4 insatiabilis perfuisti v || 14,2 ex illa v || 8 Quando v || 12 et extenuatio om. ova || 15,6 turbatis v || 8 Hunc v (= Verg.) || 9 aperio v || 10 operior v || 11 opem v || 12 imo o

16 Hinc dicti sunt Palici, quasi Palisci. Hi gemini fratres fuerunt Iouis filii et Thaliae nymphae siue, ut alii uolunt, Aetnae. Tradunt enim hanc nympham á Ioue in Sicilia iuxta Simethium fluuium non longe á Catina urbe compressam, metu Iunonis optasse ut sibi terra deluisceret et ita factum (c.899) esse. Sed, qum tempus maturitatis infantium quos aluo illa gestauerat aduenisset, rursus terram hiasse duos que infantes de aluo nymphae progressos emersisse appellatos que fuisse Palicos, uel quod  $\pi\acute{\alpha}\lambda\iota\nu$ , hoc est rursus, hiante terra emersissent, uel  $\acute{\alpha}\pi\omicron\ \tau\omicron\upsilon\ \pi\acute{\alpha}\lambda\iota\nu\ \acute{\iota}\kappa\acute{\epsilon}\sigma\theta\alpha\iota$ , quoniam prius in terram mersi, denuo inde reuersi sunt. Nec longe inde breues lacus sunt, sed mirae profunditatis quos incolae crateras uocant et nomine Dellos appellant, fratres que eos Pallicorum existimant et habentur in cultu maximo propter iusiurandum. Nam, qum rei negatae fides quaeritur et iusiurandum á suspecto petitur, uterque ab omni contagione mundi ad crateras accedunt, accepto prius fideiussore ab eo qui iuraturus est de soluendo eo quod petitur si ita euentus adduxerit. Deinde loci nomine inuocato iurabat. Quod si fideliter fiebat, discedebat illesus; si uero male iuratum esset, mox in lacu amittebat uitam falsus iurator. Magna praeterea in ueneratione erat Palicorum templum quod, qum Siciliam sterilis annus arefecisset, diuino Palicorum responso admoniti Siculi certum sacrificium fecerunt post quod statim reuersa est ubertas. Quapropter Siculi omne genus frugum congresserunt in aram Palicorum, quae ob id pinguis uocitata est. **Virgilius**: “Stabat in egregiis Arcentis filius armis, Pictus acu chlamydem et ferrugine clarus Hibera, Insignis facie, genitor quem miserat Arcens Eductum matris luco Simethia circum Flumina, pinguis ubi et placabilis ara Palici”.

17 Ab hio et **hiatio** deducitur et, aspiratione detracta, **Ianus**, quod primus omnium fuerit cui supplicarint ueluti parenti, á quo putabant rerum omnium factum esse principium. Quippe primam illam confusam ab initio unitatem hiantem patentem que in profundum **chaos**, hoc est hiatus, uocauere  $\acute{\alpha}\pi\omicron\ \tau\omicron\upsilon\ \chi\acute{\alpha}\sigma\kappa\epsilon\iota\nu$ , quod est hiare, quamuis aliqui et  $\chi\acute{\alpha}\sigma\kappa\epsilon\iota\nu$  et hiare á chaos potius deducta esse arbitrentur. Ab hio fit compositum inhio, quod significat habere desydero, quoniam in iis quae cupimus hiare frequenter soleamus. **Virgilius**: “Et uarios inhiant pulchra testudine postes”. Item ab hio **hecta** dicitur, quasi hieta, res minimi pretii, quasi hiatus et oscitatio hominis. Item pustula quae in coquendo pane solet assurgere, quod sit quasi panis hiatus, á quo res minimi pretii hecta uocatur. **Pomponius**: “Hic homo hectae me facit et multibibulam uocat”. **‘Hectae me facit’**, inquit, hoc est ‘parui me facit’. Item **hiulcus**, hoc est fissus, fatiscens.

16,1-2 Tort. *Palisci\** ex Bocc. *gen.* 11,10 ex Macr. *Sat.* 5,19,16 et 18 | 2 Seru. *Aen.* 9,581\* [ex Tort.?] | 2-3 Macr. *Sat.* 5,19,18\* [ex Tort.?] | 3 Seru. *Aen.* 9,581\* | 3-7 Macr. *Sat.* 5,19,18\* ex Tort. | 7 Tort.\* | 7-19 Macr. *Sat.* 5,19,18-22\* | 20-22 Verg. *Aen.* 9,581-5 uar. ap. Macr. *Sat.* 5,19,15 | 17,1-6 P. Fest. 52\* ex Hes. *theog.* 116 | 5-6 ? | 6 et 7-8 Seru.\* et *georg.* 2,463 | 8-11 P. Fest. 99\* | 11 Pomp. ? ex P. Fest. 99 ? | 12-13 Seru.\* et *georg.* 2,353

16 *add. in mg. inf.* (Hinc — fideiussore, in *arae modum praeter duas partes additas*) et *dextr.* (ab eo — Palici)U<sup>2</sup> || 1 Palici] Palisci U<sup>2</sup>a.c. || quasi palisci *add. in mg. inf. sin.* U<sup>2</sup> om. v || 3 Semethium U<sup>2</sup>a.c.? Simethum v || non — urbe *add. in mg. inf. dextr.* U<sup>2</sup> || 8  $\acute{\iota}\kappa\epsilon\sigma\theta\alpha\iota$  U<sup>2</sup>  $\acute{\iota}\kappa\epsilon\lambda\alpha\acute{\iota}$  o(v)  $\acute{\iota}\kappa\epsilon\sigma\theta\alpha\iota$  a || 9 sunt om. ov || 11 queritur o || á om. v || 14 *post* deinde *del.* testato U<sup>2</sup> || numine ova (= Macr.) || 19 Ara ova || Paliscorum ov || est om. v || 22 Martis ova || Semethia U<sup>2</sup>a.c.? || Palisci o || 17,1 Lanus v || 4 parentem- v || 6-16 Ab — deseram *add. in mg. sin.* U<sup>2</sup> || 7 his a || solemus a || 9 Postula v || 11 multibulam a

**Virgilius:** “Hoc ubi hiulca situ findit canis aestifer arua”. Item ab hisco fit **fatisco**, quod proprie significat ‘fatim hisco’, hoc est ‘abundanter aperior’. **Idem:** “Rimis que fatiscunt”. Ponitur tamen aliquando pro deficio. **Pacuius:** “Sed mihi prius quicquid in uita dulce est fatiscat quam hanc deseram”.

**18 VASTOS.** Magnos, quemadmodum superius diximus. **NON TIMEAT DACVS CAESARIS ARMA PVER.** Ascribit gloriae Caesaris quod illius exemplo leo non saeuat in leporem, quemadmodum ipse in hostem imbellem atque infirmum non saeuit. **PVER.** Infirmas atque imbecillae aetatis.

**19 DACVS. Geta,** hostis scilicet Romani imperii. Getae populi sunt Thraciae, natura et moribus feroces, é montibus alias ac saltibus expulsi á Sarmatis ad **Pathissum** amnem qui **Amoros** siue **Duria** dicitur, dirimens eos á Sueuis regno que Vanniano. Á Romanis Daci uocantur. De his loquitur **Ouidius** quum inquit: “Nulla toto gens est truculentior orbe”. Quidam tamen Getas á Dacis ita distinguunt ut Getae sint qui ad Pontum in orientem uergunt; Daci, qui in oppositum uersus Germaniam et ad Istri fontes, quos olim **Dauos** uocatos non nulli putant, ex quo apud Athenienses Dauorum et Getarum seruilia nomina in usu maxime fuerunt. In hos igitur duas expeditiones suscepit **Domitianus**. Primam dedit Opio Sabino consulari. Secundam Cornelio Fusco, praefecto cohortium praetorianarum, (c. 900) cui belli summam commiserat. De his et **Cathis**, qui et ipsi interioris Germaniae populi sunt, post uaria praelia, duplicem triumphum egit. De Sarmatis tantum lauream Ioui Capitolino retulit. **Gesa** uero hastae sunt uiriles. **Virgilius:** “Duo quisque alpina coruscat Gesa manu”.

17,14-15 Seru.\* et *Aen.* 1,123 | 15 Non. 307\* | 15-16 Pacuu. ? *fr. inc.* 19 [Prete 19] [ex *trag.* 154 ?] | 18,1 (1,293) Mart. 1,22,5 | 1-2 Mart. 1,22,6 | 2-4 Cald.\* | 4 Mart. 1,22,6 | 19,1 Mart. 1,22,6 | Cald.\*? | 2-4 Plin. *nat.* 4,80\* | 5 Ou. *Pont.* 2,7,31\* ap. Tort. *Getae* | 5-8 Strab. [G.G.] 7,3,12\* | 8-11 et 12-13 Suet. *Dom.* 6\* | 11 Strab. [G.G.] 7,1,4\* | 13 Seru. *Aen.* 8,660\* | 14 Verg. *Aen.* 8,661-2

18,3 imbellem *U<sup>2</sup>p.c.* || 4 Infirmas *ov* || imbecille *o* || 19,1 Geta] gesta *v* || 2 ac s.] saltibus *v* || 3 Parthissum *a* || amores *v* || 4 Vanniano *ova* || 5 post Nulla *add.* quidem *ova* || á *om.* *v* || 7 Dauos *a* || 9 dedit *U<sup>2</sup>p.c.* || 13 rettulit *o* || 13-14 Gesa — manu *add. sub lin. U<sup>2</sup>*

## AD COTTAM. EPIGRAMMA LII.

1 INVITAS NVLLVM. Detestatur foedissimam (f° 576v) libidinem Cottae cinaedi, qui in balneis Draucos perquirebat quos inuitaret.

2 LAVARIS. Ablueris in balneo scilicet. **Lauare** interdum abluere est. **Plautus**: “Consedimus, manus lauimus”. Interdum pro balneare et madefacere accipitur. **Virgilius**: “Lauit ater uulnera sanguis”. Ab hoc **lotum** deducitur, quod significat ablutum, mundatum; et **lautum**, cuius diminutiuum est lautulum, á quo **laute** et **lautule** aduerbia. Hoc modo lotum significat. **Terentius**: “Te ne ad symbolum uenire unctum atque lautum é balneis”. Modo pro mundo accipitur. **Apuleius**: “Vir probus, purus, lautus, simplex”. Modo pro eleganti. **Terentius**: “Facete, lepide, laute ut nihil supra”. **Cicero**: “Comites istius atque amici, homines lauti atque urbani”. Non nunquam pro copioso, magnifico, abundanti. **Martialis**: “Ista quidem lauta est, dapibus que instructa superbis”. Quod tractum est á lauatione, quoniam apud ueteres non erant elegantiae quae nunc sunt et raro aliquis lauabatur. Hinc laucia epularum magnificentia appellata est.

3 Item á lauo **lauator**, **lauatrix**, **lauatio** notae significationis. Item **lauatrina** locus in quem lotura et sordes iaciuntur. Et **Lautulae** locus extra urbem ad Ianum geminum. Quo loco, quia aquae calidae erant, lauandi usum exercebant. Et **labrum**, **labium**, **labellum**, á quo **collabello**, et **labrusca**, de quibus superius disseruimus. Et **lauacrum** piscina ubi homines lauantur.

4 Item composita **alluo**, quod modo pro lauo accipitur, modo pro madefacio. **Curtius**: “Montem leniter alluit praeteriens amnis”. Ab hoc fit **alluuius** et **alluuius**. **Seneca**: “Vix unquam tantam alluuiem experta Aegyptus”. **Circunluo**, circunfluo siue circum madefacio. **Pomponius**: “Quem undique stagnum circunluit et militi inaccessum facit”. **Interluo**, interfluo. **Plynius**: “Medium campum leui murmure riuus interluit”. **Virgilius**: “Arua que et urbes Littore deductas angusto interluit aestu”. **Pelluo**, perfecte lauo, quod et **perluo** dicitur, á quo **peluis**, de quo supra diximus, et **pelluuium** uas quo lauantur pedes et **malluuium**, quo lauantur manus. **Abluo**, lauo, á quo **ablutio**. **Deluo**, modo lauo, modo madefaciendo aliquid deleo. **Varro**: “Obortae que inter legendum lachrimae litteras deluebant”. Hinc delubrum, secundum quosdam, ut superius diximus.

1,1 Mart. 1,23,1 [ap. Cald.?] | 1-2 ex Cald. ? | 2,1 Mart. 1,23,1 | ex Non. 466? et al. | 2 Plaut. ? fr. inc. 194 [ex Titin. com. 86 ap. Non. 504?] | 3 Verg. georg. 3,221 [ap. Non. 466 potius quam 337?] | 5-6 Non. 337\* (Ter. Phorm. 339 mss.) | 7 Apul. ? fr. inc. 155 | 7-9 Non. 337\* (Ter. Eun. 427\*; Cic. Verr. II,1,17\*) | 10 Mart. 3,45,3 mss. | 10-12 P. Fest. 117\* | 3,2-3 P. Fest. 118\* + Varr. ling. 5,156\* | 4-5 18,7 [et 2,201; 3,147 et 11,27] | 4,2 Curt. ? ex 5,4,8 ? | 3 Sen. ? fr. inc. 61 | 4-5 Pompon. ? | 5-6 Plin. ? | 6-7 Verg. Aen. 3,418-9 mss. | 8 4,139 et 28,20 | 8-9 P. Fest. 160\* + 247\* | 10-11 Varr. ? fr. inc. 44 | 11-12 (1,87; 29,2) Cinc. frg.\* Seru. Aen. 2,225 et 4,56 uel Isid. diff. 1,407 uel orig. 15,4,9

EPIGRAMMA. LII. AD COTTAM a || 1,1 NVITAS o || 2,5 lautule] laule v || lutum v || 5-6 Tente ad symbola v || 12 aliqui lauabantur a || 3,2 Lautulae v || 4 collabello U<sup>2</sup>p.c. || 5 hominem a || 4,3 illuuiem v || 4 Qum o cum v || 6 interfluit Ua.c. || 6-7 Virgilius — aestu add. in mg. dextr. U<sup>2</sup> || 7 dicitur] deducitur ov || 11-12 Hinc — diximus add. in mg. dextr. U<sup>2</sup> || 11 Delubrium v

5 **Eluo**, lauo seu lauando exhaurio; á quo **heluo** heluonis dicitur, uorax et immoderate bona sua ingurgitans, quasi omnia luens. **Cicero** 'Heluo librorum' per metaphoram dixit, quasi gulosus, hoc est nimium auidus librorum. Scribitur autem cum aspiratione siue ut ab eluo suo uerbo primogenio differat, (f° 577r) siue ut ingluuies illa magis exprobetur: fit enim addita aspiratione uox concitator.

10 Item ab eodem **elluuius** siue **elluuio**, elluuionis, quod usurpatur pro morbo pestifero et omnia corrumpente. **Cicero**: "Qui collectis caeteris causis elluuionis, pestilentiae, uastitatis". **Praeluo**, lauo siue ante lauo; á quo praelum, de quo superius dis- seruiimus. **Proluo**, lauo, balneo. **Virgilius**: "Proluit insano contorquens uertice siluas". Ab eo fit **proluuius**, hoc est immundicia et profluuium cuiuscunq; sordidae rei. **Idem**: "Foedissima uentris proluuius". Et **proluuium**, hoc est profusio et prodigalitas. **Terentius**: "Quae res tam repente mores mutauit tuos, quod proluuium, (c. 901) quae ista subita est largitas?" **Illuo**, intus lauo siue lauo, á quo **illuuius**, eiusdem cum proluuie significationis. **Idem**: "Pannis obsita, neglecta, immunda illuuii".

15 **6 Diluo**, modo lauo, purgo. Vnde per metaphoram diluere etiam crimina dicimus, hoc est purgare, refellere. Modo aquam misceo, tempero. Hinc **dilutus** uinum dicimus lymphatius, sicut é contrario **meratius**, quod minus dilutum siue lymphatum est. **Virgilius**: "Cui tu lacte fauos et miti dilue Baccho", hoc est misce, tempera. **Ausonius**: "Et tu sic Meroe: non quod sis atra colore, Vt quae Niliaca nascitur in Meroe; Infusum sed quod iam uinum diluis undis, Potare immistum sueta merum que merum". Hinc **luter** appellatur uas quo uinum diluitur, hoc est aqua miscetur. Nam et **luto** et **loto** pro diluo ueteres usurparunt. Vnde **lotium** urina á diluendis corporibus appellata, et **lutra**, notum animal in aquis ferè uiuens, Castori simile, nisi cauda differret. Vtrique pilus pluma mollior quod se frequenter in aquis lutet, hoc est diluat. Et **lura** os culei siue utris, á quo **lurcones** gulosi et bonorum suorum consumptores dicuntur. **Plautus**: "Perennis herbae, lurco, edax, furax, fugax". **Lucillius**: "Edite lurcones, comedones; uiuite, uentris". Et **lurcare**, cibum cum auiditate consumere. **Pomponius**: "Lardum lurcabat libens". **Luridum** uero supra modum pallidum dicitur, quod quidam quasi loridum dictum existimant á loro, quasi loro percussum et liuidum factum. Item dilutus color dicitur qum ueluti aqua adhibita minus intensus est. **Gellius**: "Luteus color rufus est dilutior". **Plynius**: "Boletorum quorundam facile noscuntur uenena diluto rubore, rancido aspectu, liuido intus colore, rimoso et pallido

5,1-2 P. Fest. 99\* | 2 ex Cic. *fin.* 3,7 | 3-5 P. Fest. 99\* | 6 et 7-8 Non. 104\* (Cic. *off.* 2,16) | 8-9 2,166 | 9-10 Verg. *georg.* 1,481 | 10 Non. 373\* | 10-11 ex Seru. *Aen.* 3,217 ? | 11 Verg. *Aen.* 3,216-7 ap. Non. 373 | 12 Non. 373\* | 12-13 Ter. *Ad.* 984-5 mss. ex Non. 373 | 14-15 Non. 373\* (Ter. *Haut.* 294-5) | 6,2-3 ex Cels. 1,3,32 | 4-5 Verg. *georg.* 1,344 et Seru. | 5-7 Auson. *epigr.* 41,9-12\* | 7 ex Pap. uel Balb. ? | 8 ex Non. 131 | 9 ex Varr. *ling.* 5,97 uel Pap. uel Hug. *lauo* uel Balb. ? | 9-10 Plin. *nat.* 8,109\* | 11-12 P. Fest. 120\* | 12-15 Non. 10-11\* (Plaut. *Pers.* 421 uar.; Lucil. 75\*; Pompon. *Atell.* 169) | 15-16 ex Isid. *orig.* 10,162 et al. | 18 Gell. 2,26,15\* | 18-20 Plin. *nat.* 22,92\*

5,2 sua bona ova || luens *U<sup>2</sup>p.c.* || 3 dicit v || 8 uestitatis o || praelium v || de] a v || 6,1 Vnde *om. ov* || 3 et 4 lymphatius... lymphatum *Ua.c.* || 7 immixtum v || merum<sup>2</sup> *om.* v || luter *U<sup>2</sup>p.c.* || 7-8 unum diuitur v || 9-16 et lutra — factum *add. in mg. inf. U<sup>2</sup>* || 11 lurca a || 12 *post* dicuntur *del. unam uocem U<sup>2</sup>* || 14 uentres a || cibum *add. s.l. U<sup>2</sup>*



per ambitum labro". **Dilutum** etiam neutro genere uocamus id liquidum in quo aliquid certo tempore infusum fuit, ut si in uas uini impositum absinthium fuerit, deinde post interiectum tempus extractum, id uinum absinthii dilutum dicitur. **Plynius**: "Bibitur et madefacti absinthii dilutum: ita enim appellatur hoc genus".

7 Praeterea á diluo deducitur **diluuium**, quod terras diluat. Est enim diluuium quando immodicis imbribus uel uexatur terra uel prorsus obruitur, quae etiam **inundatio** uocatur, sicut qum totus mundus flammis exuritur **conflagratio** nuncupatur, quod philosophi quidam caelesti prouidentia fieri putauerunt, quando scilicet (f° 577v) Deo uisum est meliora ordiri, uetera finire. Nam, qum ex integro generatur animal, datur terris homo inscius scelerum et melioribus natus auspiciis, quamquam non diu innocentia duret, nec nisi dum noui sunt: cito enim subrepunt uitia et scelera sine praepceptore discuntur. Alii cursu haec syderum fieri arbitrantur, adeo huic opinioni inhaerentes ut conflagrationi atque diluuium certum etiam tempus assignent, quemadmodum superius de unda disserentes ostendimus.

8 Praeter haec **reluo**, quod modo significat rursus lauo, modo soluo, repignero. **Plautus**: "Oppignerat, reluit, uendit". Item **colluo**, lauo. Sed hoc ferè ad os et ea quae in ore sunt pertinet. **Plynius**: "Prodest etiam gingiuis si eo saepius os colluatur". **Idem**: "Medetur dentibus et fabrile glutinum in aqua decoctum illitum que et mox paulo detractum, ita ut confestim colluantur uino in quo decocti sint cortices mali Punicis". **Idem**: "Efficax habetur et caprino lacte collui dentes". **Idem**: "Nitrum exulcerationi gingiuarum prodest ex uino si cum pipere os colluatur". Á colluo fit **colluuius** siue **colluuium**, quod significat labem atque immunditiam quae ex concursu alicuius rei contrahitur. **Cicero**: "Antequam ex hac turba et colluuiione discedam". Hinc **colluuiaris porcus** dictus qui cibo permisto et colluuiie domi nutritur. Et cloaca, de qua superius diximus, quasi colluaca. Á qua **Cato** cloacale flumen dixit pro cloacarum omnium colluuiie. Et **colina** secundum quosdam, quae postea **culina** et á coquendo **coquina** est dicta. Et **collutilo** uerbum, quod ueteres pro dede- (c. 902) coro usurparunt. **Plautus**: "Haec famigeratio te honestet et me collutilet, et si sine dote duxeris".

9 Item á lauo **lues**, ut non nulli putant, declinatur, quod omnia diluat et usque ad nihilum redigat. Hoc enim differt lues á peste quo genus á spetie. Est enim lues qum in urbe aut in agro febris aliud ue morbi genus siue homines siue pecora siue

6,23 Plin. nat. 27,46\* | 7,1 Pap.\* uel Hug. luo\* uel Balb.\* | 1-2 Sen. nat. 3,28,1\* | 3 et 4-5 Sen. nat. 3,28,7\* | 5-8 Sen. nat. 3,30,8\* | 8-10 Sen. nat. 3,29,1\* | 10 1,421 | 8,1-2 P. Fest. 280\* = Fest. 281\* | 2 Plaut. ? fr. inc. 195 | 3-4 ex Plin. nat. 34,120 | 4-6 Plin. nat. 28,182 | 6-7 Plin. nat. 28,182 | 7-8 Plin. nat. 31,117\* | 8-9 et 9-10 Non. 82\* (Cic. Cato 84\*) | 10-11 P. Fest. 57\* | 11 (1,176) Mar. Victorin. gramm. VI,25,9\* | 12 P. Fest. 59\* (Cato) | 12-13 Non. 55\* | 13 Pap. colina\* | 14-15 Non. 84\* (Plaut. Trin. 692-3 uar.) | 9,1-2 P. Fest. 120\* | 2-5 Vall. eleg. 4,72\*

6,21 appositum ova || 7,3 torus o || 5 finiri v || 8 dicuntur v || 8,3 pertinent a || 5 sit Ua.c. || 6 colui v || 9 eo trahitur v || 10 Colluuiacis o Colluuiacis v || 10-11 permixto v || 11-12 Et cloaca — colluuiie add. in mg. dextr. U<sup>2</sup>

5 utrunque corripit, interdum etiam arbores et sata. **Pestis** uero, quae aut cito occidit aut cito abit ab eo quem inuasit. Vnde tales morbi pestiferi siue pestilentes uocantur. **Pestiferum** etiam siue **pestilens** dicitur quicquid saluti aduersum est, unde pestiferum siue pestilentem aerem, pestiferum siue pestilentem annum dicimus et similia. Non nunquam tamen pro lue ponitur pestis. Saepe etiam ad animi uitium transfertur. Vnde et pestiferas leges et pestiferos hominum mores dicimus.

10 Á pestis pestilentia deriuatur, quae lue potius quam pestem significat, quum morbus contagio quodam quam plurimos inficit et statim enecat, nec inuenire adhuc ei morbo remedium medici potuere, imo ueneno potius quodam naturae quam morbo.

10 **Item** á luo **polluo**, quasi porro lauo; unde **pollubrum** uas dicitur trulleum quo manus lauamus. **Fabius pictor**: “Aquam manibus dato, pollubrum sinistra manu teneto, dextra uasum cum aqua”. **Trua** (f° 578r), cuius diminutium est **Trulla**. Vas est rotundum, semicauum, in quod aqua ex **urceolo manuali** siue alio uase superne demittitur. Vnde et uas stercoarium in quod feces superne defluunt Trulla uocatur. **Iuuenalis**: “Si trulla inuerso crepitum dedit aurea fundo”. Á trulla deducitur **trulleum**, quod ad trullae similitudinem factum est, quale est pollubrum. Vas uero ex quo aqua in pollubrum demittitur, hoc est manalis urceolus á manando ita dictus, **gutturium** uocatur, quod ex eo aqua in manus guttatim cadat. Gutta enim stilla aquae est, á qua gutto uerbum, quod est guttas emitto; et guttatus equus maculis quibusdam quasi guttis sparsus; et Guttus genus poculi in sacrificiis ueterum. Item Guttum, ubi odorifera unguenta seruantur quod inde guttatim unguenta sumantur. Polluo etiam interdum pro inquinare usurpatur, siue per antiphrasin, siue quod ea quae inquinantur madefieri necesse est.

5 **Ab hoc pollutio** deducitur, unde pollutionem nocturnam theologi genituram somno sparsam appellant. Item **pollinctor**, quasi pollutor, qui mortuos curat. **Plautus**: “Et qui curat pollinctorem accersere”. **Martialis**: “Iam scrobe, iam lecto, iam pollinctore parato, Haeredem scripsit me Numa: conualuit”.  
 5 Proprie tamen pol<l>inctor dicitur quicumque mercenarius operarius, praesertim que in pistrino. Vnde **pollincere** est farinam in pistrino lucrifactam diuidere; et pollinctio ipsa diuisio dicitur. Item pollincere est funus curare et **pollinctus** ipsa curatio funeris. **Plautus**: “Carthaginenses fratres duo fuere; eorum alter uiuit, alter est mortuus. Propterea apud uos dico confidentius, quia mihi pol<l>inctor dixit, qui eum pollinerat”.

9,8-9 Vall. *eleg.* 4,72\* | 10,1 ex Hug. *luo* uel Balb.? | 1 et 2-3 Non. 544\* (Fab. Pict.\*) | 3-4 ex Non. 19 ? | 4-5 ex Varr. ap. Non. 547 | 6 Iuu. 3,107 | 7 ex Varr. *ling.* 5,118 ? | 8-10 P. Fest. 98\* + Varr.\* ap. Non. 547 | 10-11 ex Schol. Iuu. 3,262 ? | 11 ex Pallad. 4,13,3 uel Isid. *orig.* 12,1,50 ? | 11-12 Varr. *ling.* 5,124\* | 12-13 ex Ps. *acr. sat.* 1,6,18 ? et al. | 13 ex Pap. *polluere* uel Hug. *luo* ? | 11,1-2 e.g. Thom. *Aq. summ. theol.* 2,2 *qu.* 154 *art.* 5 et al. | 2-3 Non. 157\* (Plaut. *Asin.* 910\*) | 3-4 Mart. 10,97,3-4 | 5 ex Cat. *agr.* 5,4 | 7 ex Cat. *agr.* 136 | 8-10 Plaut. *Poen.* 59-63\*

9,7 aerem — pestilentem *om. ova* || 9 uitium] ocium v || et<sup>2</sup> *om. ova* || 10-13 Á pestis — morbo *add. in mg. dextr. U<sup>2</sup>* || 11 quædam *ova* || 12 medici *om. ova* || immo *ova (recte)* || 10,1 Polluo a luo v || polubrum *Ua.c.* || 2 datum v || 3 uas *a* || est *om. v* || 7 Trulletum v || quale est *om. ova* || 8 manualis *Ua.c. ov* || 9 á manando ita dictus *add. in mg. sin. U<sup>2</sup>* || 10-13 Gutta — sumantur *add. in mg. dextr. U<sup>2</sup>* || 12 colorifera *ov* || 12-13 quod — sumantur *om. ova* || 11,2 polinctor *U et lemma a.c.* || 3 et 4 polinct- *Ua.c.* || 4-5 proprie *Ua.c.* || 5 polinctor *U* || 8-10 Plautus — polinberat *add. in mg. sin. U<sup>2</sup>* || 8 Carthaginensis *a* || 9 et 10 polin- *U<sup>2</sup>*



12 Item á lauo **luo** uerbum, quod est soluo, tam qum significat religo quam qum significat debitum reddo, quoniam lauando, hoc est madefaciendo, dura soluuntur, quamuis aliqui á graeco potius, quod est λύω, hoc uerbum declinari uelint. Á quo **lyenteria**, hoc est dissolutio intestinorum, dicitur. Ab hoc fit frequentatiuum **luto**, unde lutaui pro lui frequenter apud uetustissimos legimus. Hinc poenam luere dicimus, hoc est soluere, quoniam apud ueteres omnis poena pecuniaria erat. **Virgilius**: “Post mihi non simili poena commissa luetis”. Hinc **lutum** dictum, quod terra sit humore soluta; á quo fit uerbum **lutesco**. **Ennius**: “Sanguine luitur tellus, caua terra lutescit”. Et **luto**, á quo **deluto**, quod est luto circumlino siue luto tego. Vnde fit **lutamentum** et **delutamentum**. **Cato**: “Terram quam maxime cretosam amurca infundito, paleas indito. Sinito quadruiduum fracescat. Vbi bene fracuerit, rutro concidito. Vbi concideris, delutato. Ita neque aspergo nocebit, neque mures cauas facient, neque herba nascetur, neque lutamenta scindent se”. Item **lutosum** (c. 903) et **lutulentum**, hoc est plenum luto. Et **lutarius mullus**, de quo supra diximus, quod in luto pascatur. Et collutulo uerbum, quod significat foedo, dedecoro. **Pacuius**: “Haec famigeratio te honestet et me collutilet, etsi sine dote duxeris”.

13 Et **lustra** aprorum cubilia in siluis, quod sint lutosae lacunae. Á qua similitudine ii qui in locis abditis ac sordidis desidiae et uentri indulgent in lustris uitam agere siue lustrare dicuntur et **lustrati** (f° 578v) uocantur luxuriosi. **Plautus**: “Nihil est ubi lustretur, ubi bibatur”. **Lustrari** quoque deponens ueteres usurparunt pro scortari. **Plautus**: “Lustrantur, luxantur, comedunt”. Propter quod et lustra aliqui lupanaria dixere. É contrario uero **illustre** dicimus clarum et nobile, unde illustres uiiri et illustres meretrices dicuntur, á quo fit illustrior et **illustrissimus**; et **illustro** splendorem addo, illumino, unde illustratio. Quidam **collostrum** etiam hinc deductum existimant, hoc est primam illam post partum spongiosam densitatem lactis, quam supra diximus exitiosam esse infantibus. Sed nos á graeco potius deductum existimamus, hoc est ἀπὸ τοῦ κολλῶμαι, quod est haereo, quia huiusmodi lac haeret et instar glutini densatur. Lustrum quoque quinquennale tempus significat et á luendo, hoc est soluendo, deducitur, quod quinto quoque anno uectigalia et tributa soluebantur, siue quod singulis quinquenniis ciuitates lustrarentur. **Lustrare** enim expiare est, á luendo, hoc est soluendo et liberando. **Virgilius**: “Et qum solennia uota Reddemus nymphis et qum lustrabimus agros”. Aliquando tamen pro circumspectio ponitur. **Idem**: “Omnia

12,1 Varr. *Men.* 100\* ap. Non. 131; *ling.* 6,11\* et al. | 3 Gloss. IV, 112,10\* uel V, 464,12\* | 4 ex Cels. 2,1,8 ? | 5 Non. 131 | 6-7 Seru.\* (*Aen.* 1,136) | 8 P. Fest. 120\* | 8-9 Non. 133\* potius quam Gell. 18,11,3-4\* (Fur. Ant. [non Ennius] *carm. frag.* 1\*) | 11-14 Cato *agr.* 128\* | 15 (2,209) ex Plin. *nat.* 9,64 | 16-17 Non. 84\* (Plaut. [non Pacuu.] *Trin.* 692-3 uar.) | 13,1-3 P. Fest. 120\* | 3-4 Non. 135\* (Plaut. *Cas.* 245\*) | 4-5 Non. 335\* (Plaut. *Pseud.* 1107\*) | 6 Non. 333\* et al. | ex Seru. *Aen.* 1,607 = *Isid. orig.* 14,8,29 et al. | 9-10 (5,68) Plin. *nat.* 28,123\* | 12 ex Plin. *nat.* 28,123 ? | 12-14 Varr. *ling.* 6,11\* | 14-15 Seru. *Aen.* 1,283\* | 15 et 16-19 et 20 Non. 335\* (Verg. *ecl.* 5,74-75; *Aen.* 3,651-2) | 15 Varr. *Men.* 100\* ap. Non. 131; *ling.* 6,11\* et al.

12,1 uerbum Luo v || 4 Á quo — dicitur *add. in mg. sin. U<sup>2</sup> || lient-ov lynt-a || 6 Hinc*] hanc *ov || 7-8 utum hinc v || 9 diluitur a || 10 circumdo ov || 11 amurca U<sup>2</sup>p.c. || 11-12 quadruiduum v || 12 bene] pene o neue v || 15 lutorius Ua.c. || 15-17 Et collutulo — duxeris *add. in mg. sin. U<sup>2</sup> || 13,1* ustra v || 7-8 unde — *illustrissimus add. in mg. dextr. sine signo U<sup>2</sup> post illumino transt. ova || 7 ante fit del. d(e?) U<sup>2</sup> || 8 illustro U<sup>2</sup>p.c. || unde illustratio add. post illumino U<sup>2</sup> || 9 col(l)ustrum ova || 12 quia] quod ova || 14 uectigalia et om. v**

collustrans, hanc primum ad littora classem Conspexi uenientem”. **Idem**: “Lustrat Auentini montem”. **Idem**: “At mecum raucis, tua dum uestigia lustru”. Non nunquam etiam pro illustro. **Idem**: “Postera Phoebea lustrabat lampade terras”. Á lustru **lustratio** deriuatur, hoc est expiatio, qua quid soluitur et liberatur. Et **lustrici dies** infantium appellantur, puellarum octauus, puerorum nonus, quia iis infantes lustrantur et nomina eis imponuntur; et qui eos lustrant uocantur **lustratores**, et si feminae sint **lustratrices**. Qui uero lustrantur **lustrati** nominantur et actus ipse lustratio, quae aspersione aquae fieri solebat. **Ouidius**: “Inde ubi libatos irrorauere liquores Vestibus et capiti, flectunt uestigia sanctae Ad delubra deae”. **Armilustrum**, ut **Varro** existimat, ab ambitu lustru uocitatum est, locus in quo ludi fiebant, qui et Circus maximus. **Pompeius Festus** scribit festum fuisse quo Romani sacra facere armati et tubis canentes solebant.

**14** Item á luo **luma**, genus spinae quae in pratis nascitur, dicta quod agricolae eam é terra luunt, hoc est soluunt. Á quo **lumeta**, loca lumis plena; et **lumariae falces** quibus lumeta purgantur, hoc est lumae secantur.

**15** Item á luo **luteus** color, de quo et eius deriuatiuis superius locuti sumus, quod sit quasi dilutus, hoc est solutus, et decoloratus rufus. Item á luo **langor**, quod langore corpora soluantur. Est enim langor modo torpor et inertia. (f° 579r) **Cicero**: “Nihil autem magis cauendum est quam ne langori se desidiae que dedat”. Modo defectio et dissolutio corporis. Vnde **languo** et **languesco** pro deficio et dissoluo. **Virgilius**: “Purpureus ueluti qum flos succisus aratro Languescit moriens”. Hinc **languidus** deducitur et aduerbium **languide**. Nam **Langia** fons est in Nemaee silua, de qua superius diximus.

**16** Item á luo **lucto**, quod et **luctor** dicitur, hoc est conor, nitor, quia in huiusmodi conatu membra soluuntur, cuius compositum est **obluctor**, quod est acrius aduersum aliquem nitor. Hinc fit **lucta** siue **luctatio**, unus ex quinque ludis antiquorum, quo alius alium prosternere in terram nititur. Luctari tamen aliquando capitur pro eo quod est lucta ludere.

**17** Item **luxo**, quod similiter soluo significat; á quo **luxa luxata** ue **membra** dicuntur soluta et suis locis mota. Item **luxati**, quorum membra suis locis mota sunt. **Plynius**: “Alteae ra- (c. 904) dix decocta luxatis prodest”. Hinc **luxuriosi** dicti qui in re familiari profusi atque soluti sunt. Et **luxuria** siue **luxuries** siue **luxus** immoderata appetitio cuiuscunqre rei gratae, rationi non obtemperans. Capitur etiam pro immoderata profusione. **Cicero**: “Intelligimus quam sit turpe

(Verg. *Aen.* 8,231; *ecl.* 2,12) (Verg. *Aen.* 4,6) | **13**,20 Seru. *Aen.* 4,6\* | **21** P. Fest. 120 | **22-23** P. Fest. 120\* | **24** ex Mart. 8 *praef.* ? | **25-26** Ou. *met.* 1,371-3 | **27-28** Varr. *ling.* 5,153 Laet.\* | **28-29** P. Fest. 19\* | **14**,1 P. Fest. 120\* | **1-2** et **2-3** Varr. *ling.* 5,137\* | **15**,1-2 (2,600 et 602) Gell. 2,26,15\* | **3-5** et **6-7** Non. 338\* (Cic. *off.* 1,123\*; Verg. *Aen.* 9,435-6) | **7-8** (3,390) ex Stat. *Theb.* 4,775 [ap. Tort. *Archander* ?] | **16**,2-3 Seru. *Aen.* 3,38\* | **3-4** ex P. Fest. 211 ? | **17**,1-2 P. Fest. 119\* | **3** ex Plin. *nat.* 20,230 | **3-4** P. Fest. 119\* | **6-8** et **9-10** Non. 339-40\* (Cic. *off.* 1,106)

**13**,20 lustrat o || **21** deriuatur Lustratio v || **28** Pompo. v || **14**,3 falces *Ua.c.* || **15**,5 deficio] defio ov || **7-8** Nam — diximus *add. in mg. sin. U<sup>2</sup>* || **16**,1-**17**,1 lucto — Item *add. in mg. inf. U<sup>2</sup>* || **16**,1 Lucto a luo v || **1-2** quia — soluuntur *add. s.l. U<sup>2</sup>* || **3** post nitor *del. &* luctor siue *U<sup>2</sup>* || Lucta fit v || **17**,3 Altera v

difluere luxuria, delicate ac molliter uiuere". Et pro nimia cuiusque rei abundantia. Vnde **luxuriare** quoque modo profundere, modo nimium abundare significat. **Virgilius**: "Luxuriam segetum tenera depascit in herba". **Cicero**: "Germare uites, sitire agros, laetas segetes, luxuriosa frumenta". Reperitur etiam **luxurior** luxuriaris et **luxor**, luxaris in eadem significatione. Sunt qui putant lucem quoque, de quo et eius deriuatiuis superius locuti sumus, á luo siue luxo deduci quod **lux** tenebras diluat atque resoluat.

18 Item á luo **luctus** et **lugeo** uerbum, quod luctus uitam hominis soluat. Est autem proprie luctus dolor cum fletu, quem ex alicuius nobis carissimi morte concipimus. Et lugere est in luctu esse. Vnde secundo bello Punico post cladem illam Cannensem constituerunt Patres ne feminae ultra triginta dies in luctu essent, hoc est ne in lugubri habitu perseuerarent. Nam et á lugeo **lugubre** deducitur et aduerbium **lugubriter**. Et **luscinia**, de qua supra diximus, quod lugens canat. Et á luctu **luctifer**, qui fert luctum; et **luctuosus**, qui in luctu est; et **luctuose** cum luctu.

19 SCIO ME NVDVM DISPLICVISSE TIBI. Quia scilicet non sum aequo membrisior qualem tu quaeris.

(Verg. *georg.* 1,112; Cic. *or.* 81\*) | 17,10-11 ex P. Fest. 120 potius quam Non. 481 | 11-13 (24,7-20 [cf. 2,222]) ? | 18,1 ex P. Fest. 120 ? | 2 et 3-5 Vall. *eleg.* 4,60\* ex Liu. 22,56,5 | 2 ex Cic. *Tusc.* 4,18 ? | 6 (5,162 et 165) Varr. *ling.* 5,76\* | 19,1 Mart. 1,23,4 [ap. Cald.? ] | 1-2 ex Cald. ?

17,7 defluere ova || 9 Gemmare ova (= Cic.) || 18,4 tiginta Ua.c. || 7 luctu<sup>1</sup>] -o ova || 19 ante SCIO add. IAM a (= Mart.)

## AD DECIANVM. EPIGRAMMA LIII.

1 **ASPICIS INCOMPTIS.** In Cinaedum inuehitur qui, cum uitae turpissimae esset, se Stoicum simulabat. **INCOMPTIS.** Incompositis, inornatis, sine aliquo (f° 579v) ordine fluentibus, quales incedere philosophi solent. **Coma** Caesaries est et á graeco deducitur. Nam, quemadmodum nos Caesariem á caedendo, ita Graeci comam appellant ἀπὸ τοῦ κομῆν, quod caedere est. Á Coma uero fit **comatus**, qui longiorem comam habet; et á capillo **capillatus** deducitur. Item **como** uerbum, quod tam apud Graecos quam apud Latinos significat compono, orno, quoniam in capillo plurimum homini ornatus est. Vnde **Charilaus** interrogatus cur comam nutriet: ‘Quoniam, inquit, ex omni ornatu hic et pulchrior et quam minimi sump-  
5 tus est’. Hinc nomina data sunt **Capillatis** Alpium incolis et **Galliae comatae**. Coma per metaphoram etiam de arboribus, fruticibus, harundinibus atque etiam herbis dicitur.

2 Comae contrarium **caluities** est, et qui capillo carent **calui** dicuntur, et **caluere** est caluum esse. **Caluo** etiam pro eo quod est decipio, frustror; item passium eius **Caluor** pro eo quod est frustror (Siquidem actiue et passiuue frustror dicimus) ueteres usurparunt, tractum á caluis militibus qui omnibus solent esse derisui. **Pacuuus**: “Sentio, pater, te uocis calui similitudine”. **Plautus**: “Nam ubi domi sola sum, soror manus caluitur”. **Salustius**: “Contra ille calui ratus”.

3 Ab hoc **calumnia** deducitur, quae proprie est alicuius in litibus per fraudem et frustrationem uexatio. Á quo **calumnior** uerbum et **calumniator** et **calumniatrix**. **Caius** iuris consultus: “Si calumniatur, et moretur et frustretur. Inde calumniatores appellati sunt qui per fraudem et frustrationem alios uexarent litibus. Inde et **cauillatio** dicta est”. **Cicero**: “Existunt saepe iniuriae calumnia quadam et nimis callida atque maligna interpretatione iuris, ex quo illud summum ius summa iniuria”. Per metaphoram tamen calumniari aliquando accipitur pro eo quod est falsa crimina intendere, quod declaratur per illam legem duodecim (c. 905) tabularum: “Calumniator idem patiatur quod reus si conuictus esset”, ut **Martianus** iuris consultus testatur.  
5

4 Defluuium capilli in muliere rarum est, in Spadonibus nunquam uisum nec in aliquo ante ueneris usum, nec infra uerticem et circa tempora atque aures. Dicitur etiam neutro genere **caluitium** et uni tantum animalium homini est non innatum. Nam quaedam animalium naturaliter caluent, ut **Structiocameli**, de quibus supra-  
10

1,1 Mart. 1,24,1 [ap. Cald.?] | 2 Mart. 1,24,1 | 3-5 Isid. orig. 11,1,29-30\* | 6 et 7-8 Isid. orig. 10,56\* | 7 Gloss. IV,220,25\* et al. | 10 ex Plin. nat. 11,130 | 2,2 ex Plin. nat. 11,130? | Isid. orig. 10,42\* | 3 et 4-6 Non. 6-7\* (Pacuu. trag. 240; Plaut. Cas. 169 mss.; Sall. hist. frg. 3,109) | 3,1 Char. gramm. p. 72,29\* uel Prisc. gramm. II,506,14\* uel Isid. orig. 5,26,8\* et al. | 1-2 ex Gai. dig. 50,16,233 pr. | 2 et 3-5 Gaius dig. 50,16,233 pr.\* ap. Vall. eleg. 6,49 | 5-7 Cic. off. 1,33 ap. Vall. eleg. 6,50 | 7-10 Vall. eleg. 6,49\* (Marcian. dig. 48,16,1,1\*) | 4,1-3 Plin. nat. 11,131\* | 4-5 (2,306 [et 101,3]) Plin. nat. 11,130\*

EPIGRAMMA. LIII. AD DECIANVM a || 1,1 SPICIS o || 5 uero om. v || 9 et<sup>1</sup> om. ova || quam om. ova || 2,2-3,11 Caluo — testatur add. in mg. inf. U<sup>2</sup> || 2 et 3 et 3-4 frustror o || 3 quod est frustror U<sup>2</sup>p.c. || 3-4 (Siquidem — dicimus) add. in mg. inf. dextr. U<sup>2</sup> || 4 dicimus om. ova || 3,2 calumnior U<sup>2</sup>p.c. || 3 Si U<sup>2</sup>p.c. || 6 calida v || 9 XII a

diximus, et **corui aquatici**, qui propter hoc á Grecis φαλακροκόρακες uocantur: 5  
φαλακρὸν enim caluum dicunt, κόρακα coruum.

5 **Á** como fit **comptus**, hoc est ornatus, cuius contrarium est **incomptus**, et **compte** aduerbium, cuius diminutium est **comptule**; item **incompte**, **incomptule** et comparatiua superlatiua que eorum **comptior**, **comptissimus**, **comptius**, **comptissime**, **incomptior**, **incomptissimus**, **incomptius**, **incomptissime**. 5  
Comptum etiam genus libaminis erat quod farina conspersa faciebant. Item á Como comis, hoc est benignus, facilis, mansuetus; á quo comiter aduerbium, hoc est suauiter, mansuete, humaniter.

6 Item á coma **Cometes**, quam nostri **stellam crinitam** uocant, horrentem crine sanguineo et comarum modo in uertice hispidam. Plura autem genera sunt huiusmodi repente nascentium stellarum. **Pogonias** uocant, á barba quae graece πύγων dicitur, quibus inferiore ex parte in spetiem barbae iuba longe extenditur. 5  
**Acontias**, ἀπὸ τοῦ ἀκοντίου, hoc est á iaculo, quae iaculi modo uibrantur, ocissimo signficatu. De hac quinto consulatu suo **Tyberius** Caesar praeclaro carmine scripsit; postea usque ad hunc diem non uisa. **Xiphias**, iis breuiores et in mucronem fastigatas, quae sunt omnium pallidissimae et quodam gladii nitore ac sine ullis radiis, ἀπὸ τοῦ ξίφου, quod ensem significat. **Chryseos**, qui auro nomine similes, quod Graeci χρυσὸν uocant. Colore (f° 580r) autem electro radios per quam 10  
raros é margine emittunt. **Pithetas**, qui dolii figura, quod Graeci πίθον uocant, cernuntur in concauo fumidae lucis. **Cerantias** ἀπὸ τοῦ κέρατος, hoc est á cornu, quae cornu spetiem habent. Talis uisa fuit qum Graecia apud Salamina depugnauit. **Lampades**, quae ardentes faces imitantur. **Hippeos** ἀπὸ τοῦ ἵππου, hoc est ab equo, qui iubas equinas habent, celerrimi motus atque in orbem circa se euntis. 15  
Est et **candidus Cometes** argenteo crine ita refulgens ut uix contueri liceat. Visus etiam est hirtus, uillorum spetie et iuba aliqua circumdatus. Semel adhuc iubae effigies mutata in hastam est olympiade centesima octaua, urbis anno CCCXCVIII. Terrificum magna ex parte hoc sydus est perniciem que magnis uiris portendens. Breuissimum quo cernitur spatium septem dierum annotatum est, longissimum 20  
octoginta. Tot certe diebus ipsi durare animaduertimus Cometen sanguineo colore atrum anno Salutis MCCCCLXXI, Xysti Pontificis maximi anno primo, singulis noctibus supra **Bessarionis** nostri lares errantem maxima omnium admiratione, quo tempore designatus in Gallias legatus fuit. Vnde paucis interiectis mensibus rediens Rauennae morbo inopinato medici quem secum habebat opera correptus 25  
extinctus est et uná litterae atque omnium bonarum artium studia perierunt, quem admodum in illius uita latius á nobis perscriptum est. Item á coma **auricomus** dicitur, hoc est auream comam habens.

5,1 P. Fest. 63\*? | 2 Gloss. V,58,5? | 5 P. Fest. 40\* | 6 Vall. *eleg.* 4,38 ex Cic. *Balb.* 36 | 6,1 Isid. *orig.* 3,71,16\* et al. | 1-3 et 4-5 et 5-9 et 9-10 et 10-11 Plin. *nat.* 2,89v\* | 11-12 et 13-14 et 15-18 et 20-21 Plin. *nat.* 2,90v\* | 19 Plin. *nat.* 2,92\* | 21-27 Perott. *Bess. uit.* | 27-28 ex Mart. Cap. 1,12 ?

4,6 *φάλακρον U<sup>2</sup>a* *φάλαγρὸν o* *φαλαγρόν v* || 5,5-7 *Comptum* — humaniter *add. in mg. dextr. U<sup>2</sup>* || 6,2 sunt *om. ov* || 7-8 mucrones *ova* || 9 *ξίφους a (recte)* *ξίφῆς o* *ξίφοιο v* || 9-10 similis *ova* || 11 *εἰ* in *ova* || 17 est etiam *ova* || 18 398 v || 21 80 v || *cometem oa* *cometam v* || 22 1471 Sisti v || 27 *prescriptum ov*

7 **CAPILLIS**. Crinibus. Proprie enim **capilli** capitis sunt dicti quasi capitis pili. Vnde **capillati** dicuntur qui crines longiores habent. **Cicero**: “Capillatio solito”. Et **capillaris arbor** appellabatur in qua tonsum capillum adolescententes suspendebant quando deponebant comam, deo eam sacrantes. Eadem et **capillata** appellabatur. Erat et in urbe Roma arbor antiquissima quam supra trecentos et septuaginta annos durasse compertum est, quae **capillata** appellabatur quod uirginum Vestalium capillos ad eam deferre mos erat. (c. 906) Transfertur tamen capilli nomen etiam ad alios corporis pilos. **Virgilius**: “Quot sunt, mentula quos habet, capilli”.

8 **Pilus** generale nomen est, dicitur que etiam de capillo. **Plynius**: “In capite cunctorum animalium homini plurimus pilus”. Ab hoc **pilosi** dicuntur pilis per omne corpus scatentes. Pili longiores ac proni colla atque armos quorundam brutorum uestientes, quales sunt leonis et equi, **iubae** nominantur, ut superius ostendimus. Pili autem crassiores rigidi que atque erecti, quales suum sunt, dicuntur **setae**, unde **setosum** animal et **setigerum** uocatur, et á sue dictae sunt setae, quasi suetae. Á quo et suo uerbum deducitur, de quo atque eius deriuatiuis superius (f° 580v) locuti sumus. Setuosum uero ueteres obscurum dixere, á quo setuose obscure. **Liuius**: “Setuose abs te datur quod consecuta sapiens aegre contulit”. Setia urbs est Campaniae, á qua Setinum uinum. **Martialis**: “Pendula Pontinos quae spectat Setia campos, Exigua uetulos misit ab urbe cados.

9 **Caput** uero á quo capillus deducitur, id circo ita appellatum **Varro** existimat quod inde initium capiant sensus et nerui: in summo enim á natura collocatum est, ut in quo futurum erat regimen totius animantis. Alii á graeco deductum uolunt, hoc est ἀπό τῆς κεφαλῆς, quod caput significat, uel ἀπό τῆς κάρας eiusdem significationis. Vnde nucem iuglandem **κάρυον** nominant, á capitis grauedine, quod arborum ipsarum foliorum que uires in cerebrum penetrent. Caput habent animalia omnia quibus est sanguis, in quo **apex** nulli est, nisi solis auibus. Nam quod dracones cristatos esse quidam affirmant falsum opinor. Aues quoque non omnes, sed paucae id insigne habent. Phoenix plumarum serie é medio exeuntem apicem habet, Pauo ueluti crinitas arbusculas, Stymphalide cirrum, Phasianae cornicula. Alauda ueluti galerum, unde **galerita** dicta est primo, postea gallico uocabulo **alauda** appellata. Á Graecis **Corydalis** dicitur: **κόρυς** enim galea est. Gallina plicabilem cristam per medium caput; gallinaceus erectam, quod nec caro nec cartilago nec callum est, sed quidam peculiare. **Fulica** quoque cirros habet,

7,1 Mart. 1,24,1 | Varr. ap. Aug. *dialect.* 6,1\* uel Isid. *orig.* 11,1,28\* et al. | 2 ex Cic. *leg. agr.* 2,13 | 3-4 et 4 P. Fest. 57\* | 5-7 Plin. *nat.* 16,235\* | 8-9 Ps. Verg. *Priap.* 45,7\* | 8,1-2 Plin. *nat.* 11,130\* | 3-5 (3,39 et 16,15) ex Plin. *nat.* 11,229 ? | 5-6 ex Pap. *setas* ? | 6 ex Verg. *ecl.* 7,29 ? | ex Verg. *Aen.* 12,170 ? | 6-7 Isid. *orig.* 12,1,26 et al. | 7-8 (12,29; 18,6) ex Isid. *orig.* 12,1,26 uel 19,34,1 ? | 8-10 Non. 170\* (Pacuu. *trag.* 5-6 potius quam Liu. Andr.) | 10 ex Plin. *nat.* 3,60 ? | 10-11 Mart. 13,112 | 9,1 et 1-3 Lact. *opif.* 5,6\* ex Varr. | 1 Varr. ap. Aug. *dialect.* 6,11\* uel Isid. *orig.* 11,1,28\* et al. | 3-5 P. Fest. 48\* | 5 Plin. *nat.* 15,86-87\* | 6-7 Plin. *nat.* 11,121\* | 8 ex Plin. *nat.* 11,122 | 9-12 Plin. *nat.* 11,121\* | 12 ex Marcell. *med.* 29,30 [et al.] ? | 13-15 ex Plin. *nat.* 11,122

7,5-7 Erat — erat *add. in mg. inf. U<sup>2</sup>* || 8 Quot] Quam a (= Ps. Verg.) || 8,5 que *add. s.l. U<sup>1</sup>* || sunt om. ova || 6 unde *U<sup>2</sup>p.c.* || 8-11 Setuosum — cados *add. in mg. dextr. U<sup>2</sup>* || 9,1 iccirco va || 4 *κάρως U<sup>2</sup>o* *κάρως v* || 5 in glandem o || 12 *κορύς U<sup>2</sup>* *κορίς ov* || 14 quiddam ova (*recte*)



nigra auis aquatica uulgo nota, Picus martius et grues antias. **Antiae** enim proprie dicuntur muliebres capilli in frontem demissi. 15

10 Á capite fit **capitulum** diminutiuum, quod aliquando significat paruam caput. **Plautus**: "Meum capitulum, meus ocellus". Modo initium sententiae, quod principia sententiarum per metaphoram etiam capita uocantur. Á capitulo fit **capitulatum**, quod ueluti capitulum quodam in summo habet; et **capitulo** capitulum appono, cuius passiuum est **capitolor**. **Plynius**: "Folia bouis linguae similia, minora, subcandida et in cacumine capitulata". Capitulare etiam est per capita distinguere et capitulata dicuntur scripta quae per capita distincta sunt. Vnde fit **recapitulare**, quod est ea quae dicta sunt breuiter et per capita recensere; á quo **recapitulatio**, quae á Grecis dicitur **anacephaleosis**. Item á capitulo fit aliud diminutiuum **capitellum**, quod modo **epistylum** significat, hoc est caput columnarum. Sic enim epistylum superior pars, quemadmodum **basis** inferior dicitur, quae interpretari substentaculum potest; epistylum uero, quod supra columnam est. Nam ἐπὶ supra significat, στῦλος columnam. Quidam tamen Epistylum dixerunt trabem esse qui supra columnas imponitur. Aliquando capitellum significat paruam caput, hoc est grossiorem summitatem cuiuscunque rei. 15  
**Idem**: "Herba impia uocatur roris marini aspectu, thyrsi modo uestita atque capitata. Inde alii ramuli assurgunt sua capitella gerentes. Ob id impiam appellauere quoniam liberi super parentem excellant".

11 Item á capite **capitosus**, hoc est magnum caput habens, interdum etiam duri capitis, qui et **ceruicosus** (f° 581r) dicitur. Et **capital**, quod modo linteolum significat quo sacerdotulae in sacrificiis capita tegebant; modo capitis periculum siue faci- (c. 907) nus quod capitis poena luitur. **Plautus**: "Nunquam hercle effugiet, tametsi capital fecerit". Et **capitium** capitis tegmen, quamuis **Varro** á capiendo hoc dictum existimat quod id genus indumenti usque ad pectus capiat. Et **capistrum**, capitis uinculum quod mulis, iumentis, bobus et cuiuscunque animali adhibetur ne fugiant. **Martialis**: "Paret purpureis aper <capistris>". Item quod circa os inuoluitur ne cibos decerpant. Á quo fit uerbum **capistror**. **Plynius**: "Si inter arbores uites que aretur, fiscellis capistrari boues oportet ne germinum tenera praecerpant". Et **Procapis** progenies quae ab uno capite procedit. Et **capidulum**, genus uestimenti quo etiam caput tegebatur. Et **capitale**, quod capitis supplicium meretur uel ciuitatis ammissionem. Hinc capitale odium, capitale supplicium, capitalem morbum appellamus quod caput et uitam hominis petant. **Capitalis** uero 10

9,15-16 P. Fest. 17\* | 10,1 ex Varr. *ling.* 8,14 uel 79 ? | 2 ex Plaut. *Asin.* 664 uel *Most.* 325 uel *Poen.* 366 ? | 2-3 Balb.\* et al. | 5-6 Plin. *nat.* 27,61v | 9 Fortun. *rhet.* 2,31\*, Gloss. IV,18,39 et al. | 9-10 ex Varr. *ling.* 8,79 ? | 10-11 et 12-13 Isid. *orig.* 15,8,15\* uel 19,10,24\* [et al.] ex Eucher. *instr.* 2 p. 148,9 | 14 P. Fest. 82\* | 16-18 Plin. *nat.* 24,173\* | 11,2-3 P. Fest. 57\* + Varr. *ling.* 5,130 | 3 Non. 38\* | 4 P. Fest. 48\* | 4-5 Plaut. *Men.* 92 ap. Non. 38 | 5-6 Varr. *ling.* 5,131\* | 6-7 ex Isid. *orig.* 20,16,4 ? | 8 Mart. 1,104,7 | 9-11 Plin. *nat.* 18,177\* | 11 P. Fest. 225 | 11-12 P. Fest. 48\* | 12-13 ex P. Fest. 48 ? | 13-16 Vall. *eleg.* 4,109\*

10,4 capitulatim ova || quoddam ova (recte) || 8-9 á quo *U<sup>2</sup>p.c.* || 10 epistillium *Ua.c.* || 11-15 post columnarum del. modo et add. sic — significat in *mg. dextr.* *U<sup>2</sup>* || 13 στῦλος *U<sup>2</sup>* a στολος v || 14 quae a (recte) || 17 alii om. ova || 11,1 capitosus *U<sup>2</sup>* lemma ova : -os *U* || 2 linteola v || 5 tegmen capitis ova || 6 existimet a (recte) || 6-11 Et capistrum — procedit add. in *mg. inf.* *U<sup>2</sup>* || 8-9 ne fugiant — inuoluitur add. in *mg. inf. sin.* *U<sup>2</sup>* || 8 patet a || capistris om. *U<sup>2</sup>* || 10-11 decerpant ova || 11 uno] imo ov (et *U<sup>2</sup>* ?)



15 **homo** et capitale peccatum dicitur non quod petat alterius caput, sed cuius caput, uel per quod committentis caput peti debeat ad poenam. Hinc capitalem fraudem admittere est, ut **Vlpianus** inquit, tale aliquid committere propter quod capite puniendus sit qui committit; et **capitalis locus** appellabatur ubi si quid uiolatum erat capite uiolatoris expiabatur. Et **capitatum**, quod caput habet; unde capitatum  
20 porrum dicimus quod in caput latius crescit, sicut sectium porrum, cuius folia ut profundius crescat, saepius secantur.

12 Et **Capitolium**, quod hic, qum fundamenta aedis Iouis qui ob hoc **Capitolinus** dictus est foderentur, humanum caput inuentum est. Ante enim hic mons **Tarpeius** dicebatur á uirgine Vestali Tarpeia quae ibi á Sabinis necata sepulta que est, é cuius nomine monumentum relictum quod Ciceronis quoque  
5 temporibus **rupes Tarpeia** et **Tarpeium saxum** uocitabatur. Eundem montem antea **Saturninum** produnt appellatum fuisse et ab eo late **Saturniam terram**.

13 Et **princeps**, primus, quasi primum caput. Item dominus, quod qui dominatur primus est; á quo **principatus** et **principium**. Et **biceps**, duorum capitum; et **triceps**, trium capitum. Et **sinciput** atque **occiput**, de quibus superius disseruimus. Et **Capito**, cognomen eius qui magno capite fuit, á quo postea tota  
5 familia eodem nomine usa est. Et **centum capita** herba quam Graeci **hecatoncephalum** nominant, ex aculeatarum genere, et alio nomine **Eryngé alba** siue **Eryngium** dicitur, caule et radice in cibos á Graecis recepta, siue coquere libeat, siue crudam sumere. Radix eius alterutrius sexus similitudinem aliquando refert; rara inuentu uiros que, si eis mas contigerit, amabiles facere dicitur. Ob hoc et  
10 **Phaonem** et **Lesbium** á **Sappho** mirifice dilectos fuisse.

14 Et **deinceps** deincipis, proximus qui<s>que capitum. Capitum etiam aduerbiallyter significat que per ordinem siue gradatim. **Cicero** (f° 581v): “Sed tamen tres fratres summo loco natos promptos, non indisertos, quos uideo deinceps tribunus plebis per triennium fore, nolo habere contrarios”. Et **anceps**, quasi dubii capitus.  
5 Est enim anceps proprie duplex. **Lucillius**: “Nemo hos ancipites ferro efferri cardines”. **Varro**: “Quo se coniceret Pompeius, ut ancipiti urgeretur bello”. Ponitur tamen aliquando anceps pro eo quod est ex utraque parte acutum. **Lucillius**: “Vecte atque ancipiti ferro effringam cardines”. Aliquando pro ambiguo. **Virgilius**: “Anceps pugna diu”.

15 Et **cepe**, quod capitis similitudinem habeat uel quod in caput crescat. Nam, quae carent capitis forma, non proprie cepe dicuntur, sed alterum genus **Ascaloniam** uocamus ab **Ascalo**, Iudaeae oppido, ubi praestantissimae nascuntur. Alte-

11,16-18 Vlp. *dig.* 21,1,23,2\* | 18-19 P. Fest. 66 mss.\* | 19-21 Colum. 11,3,30-31\* | 12 Varr. *ling.* 5,41-42\* | 13,2 ex Prisc. *gramm.* II,280,13-15 et al. | 3-4 12,19 | 4 ex Prisc. *gramm.* II,121,16 | 5 et 7-10 Plin. *nat.* 22,20v\* | 6-7 Plin. *nat.* 22,18\* | 14,1 P. Fest. 75 mss.\* | 2-4 Vall. *eleg.* 2,56\* (Cic. *fam.* 2,18,2,11\*) | 4 ex Prisc. *gramm.* II,280,13-15 uel P. Fest. 19 | 5-9 Non. 245\* (Lucil. 840\*; Varr. mss.; Lucil. 839; Verg. *Aen.* 10,359) | 15,1 ex Isid. *orig.* 17,10,12 | ex Plin. *nat.* 19,102 | 2-3 Plin. *nat.* 19,101\* et ? Isid. *orig.* 17,10,13\*

11,20 latius] alterius v || 21 crescant v || 12,4 monimentum a || 6 late *U<sup>2</sup>p.c.* || 13,5-6 hecatoncephalon va || 8 crudum v || 10 et om. v || 14,1 qui que *U oa* quinque v || 4 dubii *U<sup>2</sup>p.c.* || 6 coiceret a || 15,2 cepae ov

rum, cui acutus sapor et lachrimosus **Genon** siue nostra lingua **pallacanam**. Cepis omnibus odor lachrymosus est. **Columella**: "Atque oleris pulli radix lachrimosa que cepa". Corpus earum pinguitudinis cartilagine tutum est. Quae minima est **Setania** uocatur. Scirtam hyeme cum coma sua relinquunt; uere folia detrahunt et alia subnascuntur iisdem diuisuris. Vnde et nomen sibi asciuerunt. (c. 908) Á scindo enim dicta est **Scirta**. Cepas inter deos habent Aegyptii eas que inter iurandum inuocant.

16 Item á capite **Capitis diminutionem** iurisconsulti appellant status permutationem. Haec triplex est: maxima, media, minima. Maxima capitis diminutio est qum libertatem, Ciuitatem et familiam simul ammittunt. Media, qum ammittunt ciuitatem et libertatem retinent. Minima, qum libertas et ciuitas retinetur tantum que mutatur familia. Hinc **capite diminuti** appellabantur qui ex alia in aliam familiam adoptati essent; qui, qum liberi forent, alteri mancipio dati fuissent; qui in hostium potestatem uenissent et quibus aqua igni que interdictum esset. Item **Capitecensi** á censione capitum appellati sunt, quod solis capitibus censerentur, non bonis siue pecunia, quibus carebant, quemadmodum superius ostendimus.

17 **Capita deorum** antiqui fasciculos uocitabant de uerbenis factos. **Caput facere** de suppurationibus medici dicunt qum apostemata acuminata franguntur. **Plynius**: "Passim et in quacunque parte ac maximo incommodo nascuntur qui furunculi uocantur, maximum aliquando malum confectis corporibus. Remedio sunt quae diximus folia trita cum polenta, si non caput fecerint".

18 **TRISTE**. Graue, seuerum. **SUPERCILIVM**. In quo animi indicia sunt, ut superius diximus. **QVI LOQVITVR CVRIOS**. Cuius sermo semper est de uiris magnis et grauibus. **CVRIOS**. Pluratiuo numero propria nomina expressa maiorem in oratione uim habent; quippe non ii tantum significantur quorum illa nomina sunt, sed (f° 582r) etiam alii qui similes illis fuere. **M. Curius**, magnae uir integritatis, constantiae ac seueritatis fuit. Hic primo de Samnitibus triumphauit, mox de Sabinis, tertio de Lucanis. Pyrrhum Epirotarum regem ex Italia pepulit. Quaterna dena agri iugera uiritim populo diuisit sibi que tantum constituit, *dicens* neminem esse debere cui non tantum sufficeret. Qum legati Samnitum aurum ei afferrent et ipse rapas in foco torreret: 'Malo', inquit, 'in fictilibus meis haec esse quam aurum habentibus imperare'. Qum uero interuersae pecuniae accusaretur, cadum ligneum quo uti ad sacrificia solebat protulit iurauit que se nihil amplius de praeda hostili in usum suum conuertisse.

15,4 Plin. nat. 19,105\* | 5 Plin. nat. 19,102\* | 5-6 Colum. 10,123 | 6 Plin. nat. 19,101\* | 7-8 Plin. nat. 19,102\* | 9-10 Plin. nat. 19,101\* | 16,1,2 Gaius inst. 1,159\* | 2-5 Paul. dig. 4,5,11\* potius quam Gaius inst. 1,159-62\* | 5-7 P. Fest. 70\* | 8-9 (5,125 et 33,15) Gell. 16,10,10-11\* | 17,1 P. Fest. 64\* | 3-5 Plin. nat. 26,125v\* | 18,1 Mart. 1,24,2 | Mart. 1,24,2 | 1-2 (33,5) Plin. nat. 11,138\* | 2 Mart. 1,24,3 | 3 Mart. 1,24,3 | 5 et 6 Vir. ill. 33,1\* | 7-13 Vir. ill. 33,3-8 mss. D\*

15,4 Paliancana v pallacanon a || 16,5-7 Hinc — esset add. in mg. inf. U<sup>2</sup> || 5 Hic v || 17,2 postemata v || 18,1 iudicia a || 5 Curtius v || 6 Hinc ov || 8 decens U || 10 afferrent o || 10-11 aurum h. i. quam in f. m. h. e. v || 11 quam] et a

19 ASSERTORES. Vendicadores libertatis, quemadmodum superius diximus.  
 CAMILLOS. **Furius Camillus** simili modo integritate, constantia ac grauitate  
 excelluit. Qum Faliscos obsideret et litterarii ludi magister optimatum filios ad eos  
 adduxisset, uinctum eisdem pueris tradidit uerberandum. Falisci se illi repente ob  
 5 tam singularem iustitiam dederunt. Veios hyeme obdomuit de iis que triumphauit.  
 Actus in exilium quod praedam inique diuisisset et Ardeae moram trahens,  
 urbem á Gallis captam Capitolium iam obsidentibus liberauit dictator que absens  
 dictus, collectis reliquiis Gallos ex improuiso adortus cecidit. Populum Romanum  
 Veios migrare uolentem retinuit. NVPSIT HERI. Muliebria passus est; praecisus  
 10 siue pedicatus fuit. Rem turpem honestis uerbis expressit.

19,1 Mart. 1,24,3 | 12,94 | 2 Mart. 1,24,3 | 2 et 3-6 Vir. ill. 23,1-3\* | 6 ex Vir. ill. 23,4 | 7-9  
 Vir. ill. 23,8-10\* | 9 Mart. 1,24,4

19,3 optimarum v ll eos] eum *a* (*recte*)

## AD FAVSTINVM. EPIGRAMMA LIII.

1 AEDE TVOS TANDEM. Hortatur Faustinum ut libros á se scriptos aedat et  
famae suae uiuens consulat: nihil enim ad nos attinere gloriam quae post cineres  
uenit. Cuius sententiae etiam Aristoteles fuit, ad Nicomachum de moribus scri-  
bens. Existimarunt enim animam in uniuersum quidem immortalem esse, sed pri-  
uatim singulis quasque animas cum corporibus interire nullum que iis post mor-  
tem sensum esse. Falsa esse quae (c. 909) de animae immortalitate, de Manibus, de  
diis dicuntur et á blandientibus sibi ac nunquam desinere audis mortalibus ficta.  
POPVLO. Multitudini. Qum **populum** singulari numero dicimus, unius Ciuitatis  
multitudinem significamus; qum uero pluratiuo numero utimur, diuersas ciuitates  
intelligimus. PECTORE. Ingenio, cuius sedes in pectore, (f° 582v) hoc est in  
praecordiis est, ad quae refertur accepta subtilitas mentis, ut superius diximus.

2 QVOD NEC CECROPIAE DAMNENT PANDIONIS ARCES. Sensus est:  
quod opus nec Graeci damnent nec Latini sine laude praetereant. ARCES. Allusit  
ad altitudinem aedificiorum. CECROPIAE. Athenienses á Cecrope conditore, ut  
superius diximus. PANDIONIS. Regis Athenarum, de quo iam disseruimus.  
DAMNENT. Reprehendant. NOSTRI SENES. Latini. Ideo autem senes dixit quia  
in iis maior est grauitas et doctrina.

3 DVBITAS. Ambigis. Quemadmodum enim ab ambo ambiguum dictum non  
nulli existimant quod in ambas agi partes possit, ita **dubium**, quod duas uias  
habeat. Vnde dubius dictus quasi duas uias habens et utram eligat nesciens. Ab  
hoc fit **dubio** uerbum, cuius frequentatiuum est **dubito**; et aduerbia **dubie** et  
**dubitanter**, quorum contraria sunt **indubie** et **indubitanter**. Item **dubitatum**.  
Cecilius: "Imperator conclamat de medio ut é sinistro cornu uelites remoueantur  
et Gallis non dubitatum immittantur". **Sisenna**: "Quod hostem non dubitatum cum  
pluteis ac scalis iter facere cernebat". Et **indubium** certus; et **proculdubio** aduer-  
bium certe; et **dubitatio** incertitudo, cuius diminutiuum est **dubitatiuncula**. Et  
**subdubius** parum dubius, á quo **subdubito**, **subdubitanter**, **subdubitatio**.  
ADMITTERE. Intromittere.

4 FAMAM. Deam quae Terrae filia fuisse proditur. Nam, qum bellum ob reg-  
ni cupiditatem inter Gigantes, Titani ac Terrae filios, et Iouem esset exortum iam  
que passim Terrae filii á Ioue ac caeteris diis trucidarentur, percita nimio dolore  
Terra, qum sibi aduersus hostes tam potentes arma deessent, ulcisci tamen quacun-

1,1 Mart. 1,25,1 | 1-2 Cald.\* | 2-4 ex Aristot. *Nic.* 3,6,8-9 1115A | 5-6 ex Cic. *Tusc.* 1,82 uel  
88 uel *Lael.* 14 [et al.] ? | 8 Mart. 1,25,1 | 8-10 Seru. *Aen.* 1,225\* = Isid. *diff.* 1,450\* | 10 Mart.  
1,25,2 | 11 42,24 | 2,1 Mart. 1,25,3 | 2 ex Cald. ? | Mart. 1,25,3 | 3 (2,332; 5,168; 6,295) Mart.  
1,25,3 | 4 (5,162) Mart. 1,25,3 | 5 Mart. 1,25,3 | Mart. 1,25,4\* | 5-6 ex Porph. *epod.* 13,5 ? | 3,1  
Mart. 1,25,5 | 1-2 P. Fest. 17\* | 2-3 Isid. *orig.* 10,77\* et al. | 5-8 Non. 98-99\* (Coel. [non  
Caecil.] *hist.* 30\*; Sisenn. *hist.* 75) | 11 Mart. 1,25,5 | 1,1 Mart. 1,25,5 | 1-4 Bocc. *gen.* 1,10\*

EPIGRAMMA LII [sic!]. AD FAVSTINVM a || 1,1 EDE o || 5 his a || 7 diis iis v || 2,3  
CECROPIAS ova || 3,2 inde v || 4 fit om. ov || 7 immittantur Ua.c. || 9 dubitaciuncula U, sed  
-tiuncula U<sup>2</sup> lemma ova || 11 ante Intromittere add. et v

5 que uia posset illatam sibi iniuriam cogitans, coacta utero Famam enixa est, quae  
 Superum scelera per orbem terrarum disseminaret. Hanc praeclare atque eleganter  
 descripsit **Virgilius** Coei atque Encheladi Gigantum sororem appellans: "Fama,  
 malum quo non aliud uelocius ullum: Mobilitate uiget uires que acquirit eundo;  
 10 Parua metu primo, mox sese attollit in auras Ingreditur que solo et caput inter  
 nubila soluit. Illam Terra parens ira irritata deorum Extremam, ut perhibent, Coeo  
 Enchelado que sororem Progenuit, pedibus celerem et perniciousis alis, Monstrum  
 horrendum, ingens, cui quot sunt corpore plumae, Tot uigiles oculi subter  
 (mirabile dictu), (f° 583r) Tot linguae, totidem ora sonant, tot subrigit aures. Nocte  
 uolat caeli medio terrae que per umbram Stridens nec dulci declinat lumina  
 15 somno. Luce sedet custos aut summi culmine tecti, Turribus aut altis, et magnas  
 territat urbes, Tam ficti prauis que tenax quam nuntia ueri". Sed non infacunde  
**Ouidius** quoque eandem describit longiore contextu: "Orbe locus medio est inter  
 terras que fretum que Caelestes que plagas, triplicis confinia mundi. Vnde quod  
 est usquam, quamuis regionibus absit, Inspicitur penetrat que cauas uox omnis ad  
 20 auras. Fama tenet summa que locum sibi legit in arce. Nocte die que patet, tota est  
 ex aere sonanti, Tota fremit uoces que refert iterat que quod audit; Nulla quies  
 intus nulla que silentia parte. Non tamen est clamor, sed paruae murmura uocis,  
 Qualia de pelagi si quis procul audiat, undis Esse solent, qualem ue sonum qum  
 25 Iupiter atras Increpuit nubes, extrema tonitrua reddunt. Atria turba tenet; ueniunt  
 leue uulgus eunt que Mista que cum ueris pariter commenta uagantur. Milia rumo-  
 rum confusa que uerba uoluntant Ex quibus hi uacuas replent sermonibus au- (c.  
 910) ras. Hi narrata ferunt aliis mensura que ficti Crescit et auditis aliquid nouus  
 adiicit autor. Illic credulitas, illic temerarius autor Vana que Laetitia est consterna-  
 ti que Timores Seditio que recens dubio que autore Susurri. Ipsa, quid in caelo  
 30 rerum pelago que geratur Et tellure, uidet totum que inquirat in orbem".

5 **5 PIGET TE.** Tardas, differs. Ita enim ueteres usurpabant uel **piget**, hoc est  
 pudet. **CVRAE.** Studii uel **curae**, idest operis ab eo quod praecedat id quod se-  
 quitur. Sic alibi: "Secreta quaero carmina et rudes curas", idest opera imperfecta.  
**CINERI GLORIA SERA VENIT.** Postquam in cinerem redactum est corpus,  
 5 nihil prodest gloria, nihil sentienti. Hinc **Aristoteles** mortem omnium malorum  
 terribilissimum scribit nihil que praeterea esse homini bonum uel malum, ideo que  
 gloriam quae é praeclaro aliquo mortis genere sequitur nihil ad defunctos, sed  
 duntaxat ad superstites pertinere.

4,5-6 Bocc. *gen.* 1,10\* | 7-16 Verg. *Aen.* 4,173-88\* ex Bocc. *gen.* 1,10\* | 17-30 Ou. *met.*  
 12,39-43 mss.\* et 46-63\* ap. Bocc. *gen.* 1,10\* | 5,1 Mart. 1,25,6\* | P. Fest. 212\* | 1-2 ex Non.  
 423 ? | 2 Mart. 1,25,6 | 3 Mart. 1,66,5\* | 4 Mart. 1,25,8 | 5-7 Aristot. *Nic.* 3,6,6 1115A\* | 8-9 ex  
 Aristot. *Nic.* 3,6,8-9 1115\* uel 1,10,3 1100A ?

4,9 motu v || 10 soluit] condit a (= Verg.) || 16 Tam — ueri om. ova || 23 audiebat a || 25  
 mixtaque v || 28 Vana] Vna a || 5,5 maiorum v

## IN SEXTILIANVM. EPIGRAMMA LV.

1 SEXTILIANE BIBIS. Rursus in Sextiliani hebrietatem inuehitur. QVINQVE SVBSELLIA. Homines sedentes in quinque subselliis. **Subsellia** enim sunt, ut superius diximus, humiliores sedes in (f° 583v) quibus equites considebant. Nam Senatores sellis utebantur. Sicut enim subsipere dicimus quod non plane sapit, sic quod non plane est sella subsellium, et ubi duos tantum modo capit, **bisellium**.

2 **Quinque** primogenia uox est, á qua deriuata sunt **quindecim, quinquaginta, quingenti, quinquies, quindecies, quinquagies, quingenties, Quintus, quintus decimus, quinquagesimus, quingentesimus, quinus, quindenus, quinquagenus, quingentenus, quinarius, quindenarius, quinquagenarius, quingentarius, Quincuplex, quindecuplex, quincuplus, quindecuplus, quinquangulus, quinquennis, quinquennium, quinquennale** adiectiuum. **Quincunx** unciae quinque; item mensurae genus paulum supra dimidium heminam continens. **Martialis**: "Hesterna tibi nocte dixeramus Quincunx puto post decem peractos". **Quinqueuir**, sicut triumuir; á quo **quinqueuiratus** et **quinqueuiralis**. **Quintilis** mensis Iulius, de quo superius diximus.

3 **Quinquatrus** dies festus, quod post diem quintum iduum celebraretur, et festa ipsa **Quinquatria** dicuntur Mineruae sacra Martio mense. **Iuuenalis**: "Eloquium ac famam Demosthenis aut Ciceronis Incipit optare et totis Quinquatribus optat Quisquis adhuc uno partam colit asse Mineruam". Hinc **minusculae quinquatrus** appellabantur Idibus Iuniis quod is dies festus erat tibicinum qui Mineruam colebant.

4 **Quintus** ac **Quintius** cognomina, et **Quintia prata** trans Tyberim, á Quintio Cincinnato cuius fuerat appellata. Et **Quintana porta** in castris post praetorium, ubi uenaliū rerum forum solebat esse. Et **Quintipor**, seruire nomen frequens apud ueteres, ut superius ostendimus. **Quinquertium**, quod Graeci **pentathlum** appellant, ludi genus quod his quinque artibus constabat: iactu disci, de quo inferius dicemus (Graeci **δίσκον** appellant); cursu, quem **δρόμον** nominant; Saltu, quem dicunt **ἄλμα**; luctatione et pugno, quae **πάλη** et **πυγμα** ab illis appellantur. Vnde nos quoque **Palem** dicimus, á quo **palestra** luctatio, qui ludus ab Atheniensibus institutus fuisse dicitur. **Virgilius**: "Pars in gramineis exercent membra palestris". Hinc **Palestritae** dicuntur qui sese pale siue palestra exercent. Hi et **palestrici** á ueteribus dicti sunt. **Afranius**: "De- (c. 911) pellis mihi manum

1,1 Mart. 1,26,1 [ap. Cald.?] | Cald.\* [?] ex Mart. 1,11 | 1-2 Mart. 1,26,1\* | 2-3 (2,797) ex Tort. s.d. B sub ex Ps. Ascon. diu. in Caec. 48, p. 118 | 4-5 Varr. ling. 5,128\* | 2,8-9 Mart. 1,27,1-2 | 10 10,13 | 3,1 P. Fest. 255\* | 2 P. Fest. 148\* | 2-4 Iuu. 10,114-6 mss.\* | 4-6 P. Fest. 148\* [ap. Tort. pentathlum ?] | 14,1-3 P. Fest. 256\* | 3-4 (2,783 ?) P. Fest. 256\* | 4-5 (2,739 ?) et 6 et 7 P. Fest. 211\* + 256\* | 8-10 Tort. palaestra\* ex Seru. georg. 2,531\* [= Isid. orig. 18,24\*] + Aen. 3,281 (Verg. Aen. 6,642) | 10 ex Non. 154 ? | 11-12 Non. 154\* (Afran. com. 154\*)

EPIGRAMMA LV. IN SEXTILIANVM a || 1,1 EXTILIANE o || 5 Bissellum o || 2,3 quinus] quintus a || 9 ducent a || 3,4 esse a || 4 minusculae] -i- Up.c. || 5 idibus Iuniis Up.c. || 4,1 prata] porta U<sup>2</sup> lemma a.c. ova || 3 folebar [!] v || 4 Quinquartium v || 5 πένταθλον a || iis ova || 7 πηλη on πύχου a || 8-12 Vnde — palestricos add. in mg. dextr. U<sup>2</sup> || 8 Palen o



per palestricos". Pentathlum itaque uocatum est á πέντε, quod significat quinque. Vnde **pentarchus**, qui quinque uiris praest; **pentacontarchus**, qui quinquaginta; **Pentecoste** quinquagenaria; **Pentateuchus** quinque librorum uolumen dicuntur. Et ἄλλος, quod est certamen. Nostri á quinque artibus quinquentium dixere et qui his quinque artibus se exercebant á Graecis **pentathli** uocitati sunt. **Plynius** de Myrone: "Hic fecit Delphicos pentathlos". Á nostris uero **Quinquentiones** sunt dicti.

**5 Quinquepartior**, (f° 584r) á quo **quinquepartitus**, **quinquefolium** quod Graeci **pentaphyllon**, quinquereimis, quindecireimis, de quibus superius diximus. **Quintam** **declinationem** Grammatici uocant, cuius genitiuus in es et in e et in ei et in ii prolatus apud ueteres inuenitur. **Cicero**: "Equites non daturos illius dies poenas". **Virgilius**: "Libra dies somni que pares ubi fecerit horas". Dies in genitiuo dixerunt pro diei. **Idem**: "Munera laetitiam que dii". **Cicero**: "Quorum nihil pernicii causa á diuino consilio, sed in ipsa et magnitudine rerum factum putamus". Dii et pernicii dixerunt pro diei et pernicii. **Salustius** uero die in genitiuo protulit: "Vix decima parte die". Et **Caesar** in libro quem de Analogia scripsit die in genitiuo pronuntiandum affirmauit. **Quinque signorum genera** apud antiquos augures obseruabant: ex caelo, ex auibus, ex tripodibus siue cortinis, ex quadrupedibus, ex diris.

**6 TOTIENS**. Bibendo subintelligendum est. **HEBRIVS**. Mente ob nimium potum alienatus. Is enim proprie **hebrus** dicitur qui nimio uini potu non est mentis compos. Vinum enim mentem hominis mutat ac furorem gignit. Ex hebrietate uero milia scelerum gignuntur. Propter quod non immerito hoc uitium frequentissime carpit **Martialis**, cui tanta dulcedine aetate eius dediti homines erant ut magna pars non aliud uitae praemium quaerere uideretur. Quaerebant sanè alia sitis irritamenta ut largius biberent et bibendi causa etiam uenena conficiebant. Quidam praesumebant cicutam, ut bibere mors ipsa compelleret; alii pumicis farinam hauriebant; non nulli balneis coqui et ex iis exanimes ferri patiebantur. Plures statim euomebant rursus que hauriebant, iterum idem ac tertio facientes, quasi ad perdenda uina geniti forent, et tanquam effundi illa non possent, nisi per corpus humanum. Ad hoc pertinebant peregrinae exercitationes et uolutatio in coeno et pectorosa ceruicis repandae ostentatio. Item pilae, trigones, harpasta. Per haec enim omnia nihil aliud quam sitis quaerebatur. Quin etiam praemio inuitabatur hebrietas, multis tantum bibentibus quantum amica quaesuisset. Tunc auidi matronam licebantur oculi, tunc graui prodebantur marito, tunc animi secreta profe-

4,12-14 Tort. *pentathlum*\*?, *pentarchus*, *pentacontarchus*, *pentecoste*, *pentateuchus*\* | 15-16 ex P. Fest. 256 | 17 Plin. *nat.* 34,57\* | 17-18 P. Fest. 256\* ex Liu. Andr. *trag.* 41 | 5,1-2 2,608; 29,42 et 51,5; 6,240 | 3-6 Gell. 9,14,7-9 (Cic. *Sest.* 28\*; Verg. *georg.* 1,208; *Aen.* 1,636) | 6-8 Gell. 9,14,19\* (Cic. *S. Rosc.* 131\*) | 8-9 Gell. 9,14,26\* (Sall. *Iug.* 97,3) | 9-10 Gell. 9,14,25\* (Caes. *anal. frg.* 2) | 10-11 et 11-12 P. Fest. 260\* | 6,1 Mart. 1,26,2 | Mart. 1,26,2 | 2-3 ex Sen. *epist.* 83,10 ? | 3-4 Plin. *nat.* 14,137\* | 4-5 Mart. *passim*, e.g. 2,40 | 5-6 Plin. *nat.* 14,137\* | 6-9 Plin. *nat.* 14,138\* | 9-12 Plin. *nat.* 14,139\* | 12-13 et 13-15 Plin. *nat.* 14,140\* | 15-18 Plin. *nat.* 14,141\*

4,14 *pentateucus* *Ua.c.* || 15 ἄλλος *U<sup>2</sup>* ατλός ο ατλος ν || 16 πένταθλοι α || 5,2 *pentaphilon* ν πεντάφυλλον α || 4 non] uero α (= *Cic.*) || 11 siue *om. on* || 6,1 *TOTIES* α || 10 ac] at ν || 12 *cœna* ν || 13 *ilæ* ν || 16 oculi licebantur *oua*



rebantur. Alii testamenta sua nuncupabant; alii mortifera loquebantur iam que uulgo ueritas attributa uino erat. Hinc pallor et genae pendulae et ulcera oculorum et tremulae manus plena uasa effundentes et furiales somni ac inquieti (f° 584v) nocturna et, summum hebrietatis praemium, libido portentosa ac iucundum nefas; foetidi praeterea sequenti die ex ore halitus et rerum omnium obliuio mors que memoriae. 20

7 **Tyberius** princeps in iuuenta ad merum pronior fuit, unde per iocum dictus est **Biberius** et ob eam causam **L. Pisonem** Urbis Romae curatorem ab eo dilectum putant quod biduo duabus que noctibus apud ipsum principem potationem continuasset. **M. Antonius** etiam uolumen de hebrietate sua aedit, hebrus iam sanguine ciuium Romanorum et tanto magis eum sitiens: habet enim et hoc uitium hebrietas quod bibendi consuetudo auget audiatem. Vnde est illud prouerbi- 5  
um: quanto plus biberint, tanto magis sitire Parthos. Hebrum ab hauriendo potu dictum existimant, ponitur que aliquando pro pleno et abundant. Vnde et uestes ostro seu purpura hebras dicimus et hebriam coenam, hoc (c. 912) est abundanter et opipare paratam. **Plautus**: "Facite coena mihi ut hebra sit". 10

8 **NVMISMATA VICINA**. Nummos uicinorum, hoc est eorum qui propè te sedent. **AERA**. Nummos. Veteres enim signatam pecuniam ex aere habuerunt. Vnde **aera** pro pecuniis usurparunt. **Cato**: "Fundum aeribus suis emptum possidebant". Hinc **aeruscare** ueteres dixerunt pecunias undique colligere. Et **aerarium** locus in quo publica pecunia custodiebatur, quod Romae in aede Saturni erat, ut superius diximus. Et **aerarii tribuni**, de quibus disseruimus. Et **aes alienum**, quod nos aliis debemus, sicut **aes nostrum** siue **aes suum**, quod alii nobis uel ei de quo loquimur debent. Et **aere diruti** milites uocabantur, quibus propter ignominiam stipendium, hoc est merces debita, subtrahebatur. Item **obaerati** milites aere dato iam obligati. Ob id **Varro** aes ab asse dictum existimat. Nullus enim apud ueteres auri aut argenti signati usus erat. Libralis tantum et dipondius appendebatur assis: quare **aeris grauis poena** dicta. Seruius Rex primus aes signauit. Nota aeris fuit ex altera parte Ianus geminus, ex altera rostrum nauis. 5

9 Ab aere **aerosus** deducitur. Vnde Cyprum insulam ueteres aerosam appellauerunt quod in ea prima fuerit aeris inuentio. Item aerosum lapidem, ex quo aes fit, quem alio nomine **Cadmiam** nuncupant. Fit que ex alio lapide quem **Chalciten** uocant in eadem Cypro insula. Sed uilitatem ei induxit repertum in aliis terris praestantius quod ab auro et aere **aeri-** (f° 585r) **chalcum** uocatur, uix iam longo 5

6,18-22 Plin. *nat.* 14,142\* | 7,1 Plin. *nat.* 14,145\* | 1-2 Suet. *Tib.* 42,2\* | 2-4 Plin. *nat.* 14,145\* | 4-7 Plin. *nat.* 14,148\* | 8-9 e.g. Mart. 14,154,1... | 10 Plaut. *Cas.* 747 ms. | 8,1 Mart. 1,26,3\* | 2 Mart. 1,26,4 | ex Macr. *Sat.* 1,7,22 uel Plin. *nat.* 33,43 ? | 3-4 Cato ? ex P. Fest. 27 ? | 4 P. Fest. 24\* | 4-6 (2,148 et 779; 6,41) ex Isid. *orig.* 15,5,3 [potius quam Varr. *ling.* 5,183] + P. Fest. 2 potius quam Macr. *Sat.* 1,8,3 | 6 48,20 | 6-8 Vlp. *dig.* 50,16,213,1\* | 8-9 Non. 532\* ex Varr. | 9-10 ex Varr. *ling.* 7,105 ? | 10 ex Varr. *ling.* 5,169 ? | 10-12 Plin. *nat.* 33,42\* | 12 Plin. *nat.* 33,43\* | 13 Plin. *nat.* 33,45\* | 9,1-2 P. Fest. 20\* | 2-7 Plin. *nat.* 34,2\*

6,17 alii<sup>2</sup>) alia *Ua.c.* || 7,3 principem *om. ova* || 7 magis *U*: plus *ova* || Partos *Ua.c.* || 10 mihi *cœna ova* || 8,1 prope te *Up.c.* || 3 pecunias *a* || 4 et *om. v* || 10 asse] esse *va* || existimant *o* || 12 quare *U*: quando *ova* || 13 ex<sup>2</sup> *om. v*

tempore inuentu facile effoeta, ut putant, tellure, arte naturalem illius bonitatem imitantur. Ex eo fit aes coronarium, de quo superius diximus. Item ab aere **aerificium**, quod ex aere fit. **Varro**: "Politae enim quasi aerificio uidebantur". Item ab aere **aero** aeras, idest aere commisceo siue aere adultero; á quo fit **subaero** compositum. **Persius**: "Nequa subaerato mendosum tinniat auro".

10 **10** Item **aereus** et **aeneus** eiusdem significationis, idest ex aere. Item **aenus**, quod modo adiectiuum est et idem significat quod aereus. **Virgilius**: "Et luce coruscus aena". Modo substantiuum est et significat uas in quo calefieri aqua consuevit, quod uulgo caldarium uocant. **Idem**: "Aut foliis undam tepidi despumat aeni". **5** Quidam inter a et e aspirationem interponunt aiuntque uisum fuisse librum Aeneidos antiquissimum quem ipsius Virgilii fuisse constabat in quo illud "Et luce coruscus aena" quod sine aspiratione scriptum fuerat manu ipsius poetae emendatum fuerat et aspiratio addita. Item **aenulum** paruum uas ex aere factum, diminutiuum ab aeno.

**11** Item **aestimo**, quod significat appetitio, quasi aere taxo, á quo **aestimator**, **aestimatrix**, **aestimatio**, pro qua ueteres etiam **aestimiam** dixerunt; et **aestimata poena**, quia aere censebatur, utputa ouis decussis, bos centussis, hoc est decem et centum assibus. Et **aestimabile**, quod aestimari facile potest, sicut é **5** contrario **inaestimabile**, quod propter magnitudinem aestimari non potest. Quoniam uero aestimatio sine spetiali consyderatione fieri non potest, aestimare aliquando etiam pro consyderare accipitur. **Ouidius**: "Haec quicumque leget, si quis leget, aestimet ante". Existimare uero putare et iudicare est. Prius enim rem aestimamus, hoc est consyderamus; deinde existimamus, hoc est iudicamus, et ab **10** aestimo fit **existimo**, diphthongo in i longam conuersa, quasi ex aestimatione statuo atque decerno. Ab hoc **existimatio**, quod ferè semper passiuè capitur, ut 'homo magnae existimationis', idest de quo omnes bene opinantur et quem magnum existimant. **Autumo** quoque P. Nigidius ex ab et existimo compositum putat. Significat autem modo opinor, modo censeo, modo affirmo. **Plautus**: "Nisi hoc ita factum est perinde ut factum esse autumo, non causam dico eum quin **15** simules probri".

**12** Aes etiam aliquando pro cornu tuba que accipimus quia haec ex aere fiunt. **Virgilius**: "Aere ciere uiros Martem que accendere cantu". Hinc **aenatores** á ueteribus comices siue tibicines (c. 913) appellabantur. Item **Aenobarbus**, hoc est rutilam et quasi aeneam barbam habens. Fuit hoc cognomen Domitorum, ex **5** qua familia **Nero** fuit. Autorem autem originis pariter que cognominis habuerunt

9,7 2,18 et 27,15 | 7-8 Non. 69 mss.\* (ex Varr. *Men.* 201) | 9,et 10 Prisc. gramm. II,433,7 et 9\* (Pers. 5,106) | 10,2-3 Verg. *Aen.* 2,470 | 3 Tort. *diphthongus, aenum\** | 4-5 Verg. *georg.* 1,296 mss. ap. Gell. 2,3,6 ap. Tort. | 5-8 Gell. 2,3,5\* (Verg. *Aen.* 2,470) | 8 P. Fest. 28\* | 11,1 Vall. *eleg.* 5,20\* uel Tort.\* ex P. Fest. 24 | 2 P. Fest. 26\* | 3-4 P. Fest. 24\* | 4-5 ex Cic. *fin.* 3,20 ? | 6-9 Vall. *eleg.* 5,20\* uel Tort.\* (Ou. *trist.* 3,14,27\*) | 9-10 Tort.\* ex P. Fest. 82 et s.d. X\* | 11-13 Vall. *eleg.* 3,86\* = Tort. s.d. X\* | 13 Nig. ap. Gell. 15,3,4\* | 14 Gell. 15,3,6\* | 14-16 Plaut *Amph. fr.* 13\* ap. Non. 237 | 12,2 Verg. *Aen.* 6,165 | 2-3 P. Fest. 20\* | 3-5 ex Suet. *Nero* 1 | 5-10 Suet. *Nero* 1\*

9,7 imitatur v || 10,1 aenus] -eus va || 4 dispumat a || 7-8 manu — fuerat om. ova || 11 add. in mg. inf. U<sup>2</sup> || 11 taxo U<sup>2</sup>p.c. || 6 aestimari ov || 8 Existimare] aest- oa || 11 passiuè v || 12 opinatur v || 15 proinde U<sup>2</sup>a.c. || ante ut del. ut ego U<sup>2</sup> || eum U<sup>2</sup>p.c.? || quin U<sup>2</sup> p.c. || 12,1 haec a || 2 aenatores a

L. **Domitium**, cui rure quondam reuertenti iuuenes gemini augustiore forma apparuerunt iusserunt que nuntiaret Senatui ac populo Romano uictoriam de qua adhuc incertum erat atque in fidem maiestatis adeo permulsisse malas, ut é nigro rutilum aeri que assimilem capillum redderent, quod insigne mansit et in posteris eius ac magna pars rutila barba fuerunt. Vnde **CN. Domitium** Neronis attauum, qui in tribunatu suo pontificibus offensior fuerat quod alium quam se in patris sui locum cooptassent, ius sacerdotum surrogandorum á collegiis ad populum transtulerat ac in Consulatu Allobrogibus Aluernis que superatis elephanto uectus fuerat, turba militum quasi inter solennia sacrificii prosequente. **Licinius Crassus** orator dixit non esse mirandum quod aeneam barbam haberet cui os ferreum, cor plumbeum esset.

13 Item **aerugo**, de qua superius disseruimus, á quo **aeruginosum**, sicut á rubigine **rubiginosum**. Sunt qui **aerumnam** quoque ab aere, hoc est á pecunia, deductam uelint quod aeris gratia labores curas que subeamus. **Virgilius**: "Quid non mortalia pectora cogis, Auri sacra fames?" Quippe (f°585v) aerumna laborem onerosum curam que ac solitudinem significat. Sed nostra sententia est aerumnas et per diminutionem **aerumnulas** proprie uocari furcinulas, quibus uiatores sarcinas suas religatas tabella interposita ferre consueuerunt quae, quoniam á **C. Mario** institutae sunt, **Muli Mariani** uocantur, dictas autem aerumnas esse ἀπὸ τοῦ αἴρω, quod est leuo, tollo. Hinc uero tractum esse ut labores onerosi aerumnae uocentur. Ab aerumna **aerumnosus** deducitur, laboribus ac miseriis afflictus. Aes á ueteribus raudus dictum est, á quo Rauduscula porta Romae appellata, quod aerata esset.

14 **VLTERIORA**. Á Cuneis ulterioribus, hoc est magis ultra ad spectandum constitutis. Á **CVNEIS**. Á spectatoribus qui in cuneis stabant. **Cuneus** proprie uocatur instrumentum quod ad scindendum omnem materiam adhibetur; á quo **cuneatum** dicitur quod ad cunei similitudinem formatum est. Hinc cuneus etiam multitudo peditum dicta quae cuncta cum acie primo angustior, deinde latior procedit; á quo **cuneatim** aduerbium deducitur, hoc est per cuneos. Ab huius etiam similitudine cunei uocitati sunt loca in theatro in quibus uulgo spectatores stabant inter sedentium subsellia. **Iuuenalis**: "Cuneis habeant spectacula totis, Quod securus ames".

15 **NON HAEC PELIGNIS**. Magis inquit tolerabile foret si quaecumque uinum potares, sed tu praetiosiora eligis eo magis detestandus. **PELIGNIS PRAELIS**. Hoc est in Peligno agro. **Pelignum** oppidum Sabinorum est Marsis uicinum, in

12,10-16 Suet. *Nero* 2\* | 13,1-2 1,156 | 2-3 ? | 3-4 Verg. *Aen.* 3,56-57 | 4-5 P. Fest. 24\* | 6-10 P. Fest. 24\* (ex Plaut. *frg. inc.* 11) | 10-12 Varr. *ling.* 5,163\* potius quam P. Fest. 275\* | 14,1 Mart. 1,26,4 | 2 Mart. 1,26,4 | 2-3 ex P. Fest. 50 | 4-6 Veg. *mil.* 3,19\* | 7-9 Cald.\* (Iuu. 6,61-62\*) | 15,1 Mart. 1,26,5 | 2 Mart. 1,26,5\* | 3 Ps. *Ac. carm.* 3,19,8\*

12,7 nuntiare a || 9 imposteris o || 12 surrogandorum] -o- *Up.c.* || 14 quasi] quam se v || 13,7 religatas *Up.c.* || 9 αἰρωῦ *U*<sup>2</sup> a αἴρω o αἰρωῦ v || esse] est a || 10-12 Aes — esset *add. in mg. dextr. U*<sup>2</sup> || 11 randus... Randuscula *ova* || 14,1 Á *om.* a || 2 stabat v || 3 scindendum *U*<sup>2</sup>*p.c.* a scrib. *ov* || 4 est *U*<sup>2</sup>*p.c.*

5 cuius agro pessima oriuntur uina. Ab eo fit **Pelignus**, Peligna, Pelignum adiectiuum. **Martialis**: “Marsica Peligni mittunt turbata coloni: Non tu, libertus sed bibat illa tuus”. Peligni ex Illyrio profecti sunt ductu Volsini regis, cui cognomen Lucullo fuit et partem Italiae occuparunt quam diximus. Ei duo nepotes fuerunt: Pacinus, á quo **Pacinales**, et Pellicus, á quo **Peligni**.

16 VVA. Fructus uitis **uua** dicitur. Ponitur etiam aliquando pro uite. **Virgilius**: “Et turpes auibus, praedam fert uua racemos”. Item uua dicitur in apibus quando examen congregatum ad similitudinem botri dependet. **Iuuenalis**: “Examen que apium longa consederit uua”. Item uua appellatur in homine quae inter tonsillas ultimo palato dependet, sub qua est **minor lingua** quae dicitur **epiglossis**, ita uocitata quod aliquando ad similitudinem uuae intumescat cum uehementi inflammatione ac dolore. IN IVGIS THVSCIS. In Collibus (c. 914) Vaticanis in quibus mala nasci uina superius diximus.

17 TESTA. Amphora. Proprie **testas** figulina (f° 586r) uasa appellamus, quasi tostas, quod é molli creta fabrefactae torreantur, deinde coquantur. Excogitatae autem á ueteribus figulinae amphorae fuerunt ad uina tenenda. **Martialis**: “Hanc tibi Cumano rubicundam puluere testam Municipem misit casta Sibylla suam”. 5 Graeci testam **ceramion** uocant. Vnde Athenis locus in quo Calcosthenis figuli officina fuit **Ceramicos** est appellatus. Item **ostracon**, á quo **ostracites** lapis dictus est testae similitudinem habens, cuius usus pro pumice est ad leuigandam cutem. Potus sanguinem sistere dicitur et cum melle illitus ulcera ac dolores mammarum sanare. **Ostreacius** piscis est quem aliqui **Onychen** uocant. Hunc suffitum uuluae poenis mire aiunt resistere. Á testa **testaceum** deducitur, quod ex testis constat. Vnde **mons** in urbe **Testaceus** nunc uocatur qui ex figlinorum fragmentis constat collectorum ibi, ut ego quidem arbitror, quando purgatus est Tyberis.

18 FOELIX. Quia tam praetiosum liquorem continet. **Foelix** enim proprie dicitur qui prosperitatem recipit. **Virgilius**: “Viuite foelices, quibus est fortuna peracta iam sua”. Interdum tamen ponitur pro eo qui dat. **Idem**: “Sis foelix nostrum que leues quaecunque laborem”. Foelix inquit, hoc est prospera et benigna. 5 Nonnunquam pro utili, commodo. **Martialis**: “Illa manus quondam studiorum fida meorum Et foelix domino nota que Caesaribus”. Quandoque pro pingui, fecundo. Cuius contrarium est **infoelix**. **Virgilius**: “Infoelix lolium ac steriles dominantur auenae”. Vnde foelices arbores dicuntur quae et seruntur et fructum ferunt; infoelices uero quae nec seruntur unquam nec fructum ferunt. Ab his **foeli-**

15,4 Cald.\*? | 5-6 Mart. 13,121 ap. Cald. | 6-8 P. Fest. 222\* | 16,1 Mart. 1,26,6 | 1-2 Seru.\* et georg. 2,60 | 2-3 ex Seru. georg. 4,557 + ? Plin. nat. 11,55 | 4 Iuu. 13,68 | 4-5 Plin. nat. 11,175\* | 5-6 Plin. nat. 1,11,66\* | 6-7 ex Cels. 7,12,3 ? | 7 Mart. 1,26,6\* | 7-8 47,1 | 17,1 Mart. 1,26,7 | 1-2 Isid. orig. 20,4,4\* | 2-3 ex Plin. nat. 35,159 | 3-4 Mart. 14,114 | 5-6 Plin. nat. 35,155\* | 6-9 Plin. nat. 36,139\* | 9-10 Plin. nat. 32,134v\* | 11-12 Tort. *plastice*\* | 18,1 Mart. 1,26,7 | 1-2 Vall. eleg. 4,87 | 2-3 Verg. Aen. 3,493-4 | 3-4 Vall. eleg. 4,87 (Verg. Aen. 1,330) | 5-6 Mart. 1,101,1-2 | 7-8 Verg. georg. 1,154\* | 8-9 P. Fest. 92\* ex Cat. inc. libr. frg. 27 + Plin. nat. 16,108\*

15,6 Volsinii ova || 16,4 apicem U || concederit a || 17,9-10 Ostreacius — resistere add. in mg. sin. U<sup>2</sup> || 11 figulinorum ova || 18,2 qui U<sup>2</sup>p.c. || 4 leces o || 4-7 Nonnunquam — fecundo add. in mg. dextr. U<sup>2</sup> || 7 Cuius] Eius Ua.c. || 7-8 Virgilius — auenae add. in mg. dextr. U<sup>2</sup> || 9 quae om. ova || unquam om. ova || iis ova

**cior, foelicissimus, foelicitas, foeliciter, foelicus, foelicissime** deducuntur et eorum contraria **infoelicior, infoelicissimus, infoelicitas, infoeliciter, infoelicus, infoelicissime**. Item **foelicito** uerbum quod est foelicem et beatum facio; á quo **infoelicito**, quod est infoelicem et miserum facio. **Cecilius**: “Vt te dii omnes infoelicient cum male monita memoria”. **Plautus**: “Dii illum infoelicient omnes”. Veteres **infoelico** quoque usurpauere. **Idem**: “Dii illum infoelicient omnes, qui post hunc diem ullam Veneri imolauerit hostiam”.

**19 Filix** uero herba est uulgo nota nec florem ferens nec semen, folia habens utrisque lateribus pinnata, propter quod Graeci **Pterim** uocant. Nam  $\pi\tau\epsilon\rho\nu$  penam nominant. Nascitur ubique, sed maxime frigido solo. Huius radices pellunt interaneorum animalia. Duo filicis genera sunt. Alterum **blachnon** uocant, cuius ex una radice quam plures exeunt filices, bina etiam cubita excedentes; hanc marem existimant. Alterum genus **Thelypterin** Graeci nominant, hoc est feminam filicem; alii **nympheopteris**; est autem singularis neque fruticosa. Vtriusque radice sues pinguescunt. Neutra danda feminis quoniam grauidis abortum, caeteris sterilitatem facit. Farina earum ulceribus tetrus inspergitur, (f° 585 v mg. inf.) iumentorum quoque ceruicibus. Folia cimicem necant, serpentem non recipiunt. Ideo substerni utile est in locis suspectis. Vstae etiam fugant nidore. Á filix **Felicones** dicti mali et nullius usus homines. Item **Felicata patera**, quae ad filicis herbae similitudinem caelata est. (f° 586r)

**20 OPIMI.** Opimiani, eo anno quo Gracchi popularibus seditionibus interierunt. **L. Opimio** Consule fulsit ea caeli temperies quam **cocturam** uocant, á perfecta fructuum decoctione, calore solis nimio hoc faciente. Magna igitur uini copia et uina ipsa praestantia fuere in omni uitium genere; durarunt ducentis et ultra annis in spetiem ferè mellis redacta nec nisi dilutius bibi id unum ob uetustatem poterat; tantae autem aestimationis fuit ut amphora centenis numis ueniret. Á Consule igitur Opimio uinum hoc **Opimum** siue **Opimianum** uocitatum est. **Martialis**: “Foelix autumnus Opimi”.

**21 SICCATVR.** Ita (c. 915) exhauritur ut prorsus sine humore remaneat. **Siccum** proprie dicitur aridum et sine humore. **Virgilius**: “Summa petit scopuli sicca que in rupe resedit”. Per metaphoram tamen siccum pro exercito accipimus, quasi nimio labore exhaustum. **Plautus**: “Sic siccum, frugi, continentem, amantem uxoris maxime”. Ab hoc fit **sicco** uerbum, hoc est arefacio, á quo **subsiccio**, (f° 586v) **exiccio, desiccio** eiusdem significationis. Item **praesiccio**, ante sicco. Et sic-

**18,12-13 Hug.** uel **Balb. felix\*** | 13 et 13-15 Non. 126 mss.\* (Caecil. com. 114\*; **Plaut. Pseud.** 449\*) | 13 Gloss. V,28,36\* uel 642,77 et al. | 15-16 **Plaut. Poen.** 449-50\* | **19,1-2 Plin. nat.** 27,78-79\* | 3-4 **Plin. nat.** 27,79\* | 4-6 et 7 **Plin. nat.** 27,78v\* | 7-8 27,79 | 8-11 **Plin. nat.** 27,80v\* | 11-13 P. Fest. 86 mss.\* | **20,1 Mart.** 1,26,7 | 1-2 et 3-5 et 6-8 **Cald.\*** ex **Plin. nat.** 14,55 (Mart. 13,113,1) | **21,1 Mart.** 1,26,7 | 2-5 Non. 394\* (Verg. **Aen.** 5,180; **Plaut. Asin.** 857\*) | 5 ex **Colum.** 6,14,5 uar.? | 6 ex **Ps. Apul. herb.** 124 ? | 6-7 **Pap. siccitas\*** uel **Hug. sagio\*** ?

**18,10 felicissime Ua.c. a** || **12-19,13 Item** — est *add. in mg. inf. U<sup>2</sup>* || 15 infoelico] infelicio a || quoque infoelico v || 16 infoelicit ov infeliciant a || **19,2 Pterin ov** || 2-3 pena v || 3 radice a || 4 blachtron a || 5 radices ov || hac a || 6 thelypterim a || 7 nympheopterim a || fructuosa v || 8 quoniam] qu(a)e pro v || 11 nidorem ov || 12 nullius] nonnullius a || homine v || **20,2 Opimio U<sup>2</sup>.p.c.** || 4 uina om. v || 5 millis a || 6 ueneret v || **21,3 exercitio** v

**citas ac siccitudo.** Siccum autem á succus deductum est per antiphrasin, quasi sine succo. **Succus** autem á sugo deriuatur, á quo **suctus** ipsa, ut ita dicam, sorbitio humoris. Á succo **succulentus**, hoc est succi plenus. Á sugo uero **Sugillo** quod est percussu liuorem et quasi succum excito, quemadmodum superius ostendimus; et **exugo**, hoc est succum omnem extraho.

22 **CELLA.** Vinaria scilicet. **MASSICA.** Massicae regionis Falernae conterminae. **EGERIT.** Producit. **NIGROS CADOS.** Nigro uino plenus: tale est enim Falernum et Massicum. **Niger** proprie fuscus dicitur. Per metaphoram tamen aliquando pro noxio ponitur. **Virgilius:** "Et nigris exesa chelydri Creta". Aliquando pro mortuo. **Iuuenalis:** "Instituit que rudes melior Locusta propinquas Per famam et populum nigros efferre maritos". Á niger fit **nigellus** diminutium et **nigredo** et **nigreo**, hoc est niger fio, á quo **nigresco**. **Pacuius:** "Solis que exortu capessit candorem, occasu nigret". **Actius:** "Splendet saepe, ast idem nimbis interdum nigret". Et **nigrico** niger sum; et **nigrefacio** ac **nigrefio** notae significationis; et **nigror** ac **nigerrimus**; et **nigror** pro nigredine. **Plinius:** "Et pennarum nigror hanc á caeteris distinguit". Et **subniger** ex parte niger. Et **denigro** quod est offusco.

23 Á **COPONE TIBI FEX LALETANA PETATVR.** Sensus est: Postquam tantum deuoras uini, non petantur á te rara et praetiosa uina, sed uilia atque uulgaria. **FEX.** Vinum ignobile. Fecis enim uocabulum usurpamus quotiens alicuius rei ignobilitatem uolumus exprimere. Vnde et temporum fecem dicimus. **LALETANA.** Ex **Laletania** Hispaniae regione. Laletania enim maritima regio est Hispaniae uersus Galliam ad **Emporium** urbem pertingens non longe á Taracone. Haec bonitate agri excellit et inprimis uino abundat, sed ignobili. **Plinius:** "Hispaniarum Laletana copia nobilitantur; elegantia uero Taraconensia atque Lauronensia".

21,7 Balb. *sicco*\* | 7-8 Isid. *orig.* 10,262\* et al. | 8 Don. *Eun.* 318\* | 9 Balb. *suculentus*\* | 10-11 6,50 | 11 Balb. *sucus*\* ? | 22,1 Mart. 1,26,8 | Mart. 1,26,8 | ex Cald. ? | 2 Mart. 1,26,8 | Mart. 1,26,8\* | ex Plin. *nat.* 14,80 ? | 4 Seru. *auct.\* et georg.* 2,214 | 5 ex Seru. *ecl.* 5,56 ? | 5-6 Iuu. 1,71-72 mss. | 7-9 Non. 144\* (Pacuu. *trag.* 88; Acc. *trag.* 260) | 11 Plin. ? | 12 ex Balb. *niger* ? | 23,1 Mart. 1,26,9 | 3 Mart. 1,26,9 | 4 e.g. Hier. *uita Malchi* 1 | 5 Mart. 1,26,9 | 5-6 ex Plin. *nat.* 3,21-22 + Cald. ? | 8-9 Plin. *nat.* 14,71 ms. ex Cald.

21,7 est *om. a* || 22,8 *capescit v* || *ast*] est *v* || 23,3 *quoties a* || 8 *nobilitatur a* || 9 *Lauronensia Ua.c.*



## AD PROCILLVM. EPIGRAMMA LVI.

1 HESTERNA TIBI. Ex persona sua carpit Martialis et facilitatem promissorum in hebris, et artes eorum qui uino et conuiuiis haereditates captant, et testamentorum falsas (f° 587r) signationes. PERACTOS. Perfecte et in totum exhaustos.

2 COENARES. Discumberes. Coenam ueteres id dicebant quod nunc prandium dicimus, et quam nunc coenam dicimus, illi **uespernam** uocauerunt. Est autem graecum uocabulum: quippe Graeci κοινήν communem dicunt. Nam plures coenare communiter solebant. Á coena fit **coeno** uerbum, cuius frequentatiuum est **coenito**; et **coenula** diminutiuum; et **coenatio** ac **coenaculum**, de quibus superius diximus; et **incoenis** sine coena. **Plautus**: “Cupiunt extrudere incoenam ex aedibus ut ipsae solae uentres distendant suos”. Et **incoenatus**, qui non coenauit. **Idem**: “Incoenatum senem foras extrudunt mulieres”. Et **domicoenium**, coena quae domi fit. **Martialis**: “Si tristi domicoenio laboras”. Et **Coenipeta**, qui coenas aliorum captat nec coenat domi libenter. Et cenaticus, ad coenam atti- (c. 916) nens. **Varro**: “Erat inter adolescentes sermo coenaticus”. **Plautus**: “Est illic mihi una spes coenatica; si illa decollabit, redibo huc ad coenam asperam”. Et coenatoria uestes, de quibus superius locuti sumus.

3 NON SOBRIA. Non sobrii hominis, hoc est hebrei. EXEMPLO NIMIVM PERICVLOSO. Quia nimis periculosum esset exigere ab hebreo promissa, qum hebrei facile omnia promittant. MISO MNEMONA SYMPOTEN PROCILLE. Graeca uocabula sunt: μισώ μνήμονα συμπότην, Πρόκιλλε. Hoc est: ‘odi memorem comptorem, Procille’.

1,1 Mart. 1,27,1 | 2-3 Cald.\* | 3 Mart. 1,27,2 | Cald.\*? | 2,1 Mart. 1,27,3 | 1-2 P. Fest. 54 mss. | 2-4 Isid. orig. 20,2,14 [ex Plut. quaest. conu. 8,6,5 ?] | 5-6 1,95; 2,161 | 6-7 Plaut. Cas. 776-7 ms. | 8 Plaut. Cas. 788-9 | 9 Mart. 5,78,1 | ex [Mart.] 2,37 lemma | 11 Varr. ? fr. inc. 45 | 11-12 Plaut. Capt. 496-7\* | 12-13 (2,426) ex Capitol. Maximin. 30,5 ? | 3,1 Mart. 1,27,5 | 1-2 Mart. 1,27,6 [ap. Cald.?] | 2 Cald.\*? | 3 Mart. 1,27,7\* | 4 Mart. 1,27,7\* | 4-5 Mart. 1,27,7\* [ap. Cald.?] |

EPIGRAMMA. LVI. AD PROCILLVM a || 1,1 ESTERNA o || 2 haereditatem ova || 2,5 coenula a || 10-13 Et — sumus add. in mg. dextr. U<sup>2</sup> || 10 ante Varro del. unde U<sup>2</sup> || 12 decolabit ova (fort. recte) || uestis ova (recte) || 3,2 ante esset add. etiam a

## IN ACERRAM EPIGRAMMA LVII

HESTERNO FOETERE MERO. Lepidissimum distichon contra Acerram qui totam noctem bibendo trahebat insomnem. IN LVCEM. Vsque ad lucem.

1 Mart. 1,28,1 | 2 Mart. 1,28,2

EPIGRAMMA LVII. IN ACERRAM a || 1 ESTERNO o



## AD FIDENTINVM. EPIGRAMMA LVIII.

FAMA REFERT. Facete Fidentinum reprehendit quod eius carmina quasi propria recitet. HAEC EME NE MEA SINT. Eodem ioco utitur inferius qum inquit: "Nam quod emas possis dicere iure tuum".

1 Mart. 1,29,1 | 1-2 ex Mart. 1,29,1-2 [ex Cald.?] | 2 Mart. 1,29,4 var. | 2-3 Cald.\* (Mart. 2,20,2 mss.)

EPIGRAMMA. LVIII. AD FIDENTINVM a || 1 AMARE FERT ov || 2 loco v

## DE DIAVLO CHIRVRGO. EPIGRAMMA LVIII.

1 CHIRVRGVS FVERAT. Ex persona Diauli qui ex medico factus erat cadauerum funerator; deridet medicos ignaros et rudes, quorum supercilio nihil profecto impudentius est. (f° 587v) Qum primum enim exiguum aliquod uanum que experimentum didicerunt, uitae nostrae ac necis imperatores sese constituunt et medicinae famam aucupantes animas nostras negociantur. Sic medicinae ars in nequissimum  
5 atque indocile genus hominum saepe que in leuissimas mulierculas transfertur.

2 CHIRVRGVS. Medicus uulnerarius: á manuum enim operatione ita uocatur, si quidem Graeci χείρα manum uocant, ἔργον opus. Ars ipsa **chirurgia** dicitur. Primum Romae chirurgum tradunt fuisse **Archagathum** Lisaniae Peloponnensis filium L. Emilio M. Liuio consulibus anno Vrbs quingentesimo trigesimo quinto ei  
5 que ius Quiritium datum et tabernam ab eo in urbe emptam, ob id que publice **uulnerarium** fuisse appellatum, mire gratum omnibus initio, mox uero á saeuicia secandi urendi que carnificem nominatum artem que eius in tedium uersam.

**VESPILLO.** Cadauerum funerator, quemadmodum superius diximus.

3 COEPIT QVO POTERAT CLINICVS ESSE MODO. Solebant, ut nunc quoque fit, chirurgi aegrotantibus assistere quo medendi artem á medicis discerent et ipsi ita fierent medici. Est ergo sensus: Diaulus, qui solebat esse Chirurgus, factus est uespillo et coepit esse medicus, hoc est curare corpora eo modo quo poterat.  
5 **Medici** uiuorum corpora curant, Vespillones defunctorum. Idcirco inferius quoque inquit: "Nuper erat medicus, nunc est uespillo Diaulus: Quod uespillo facit, fecerat et medicus", hoc est: curabat prius corpora uiuorum, nunc curat defunctorum.

1,1 Mart. 1,30,1 [ap. Cald.?] | 2,1 Mart. 1,30,1 | Cald. | 1-2 Isid. *orig.* 4,9,2\* potius quam Seru. auct. *Aen.* 12,396\* [et al.] | 3-7 Plin. *nat.* 29,12-13\* ex Cass. Hem. | 8 Mart. 1,30,1 | (3,105) P. Fest. 368\* uel Seru. auct. *Aen.* 11,143\*? | 3,1 Mart. 1,30,2 [ap. Cald.?] | 2-3 ex Cald.? | 6-7 Mart. 1,47 [ex Cald.?] |

1,1 HIGURGVS [!] o || 2 nil ova || 2,2 χείρα U<sup>2</sup> χείρα ov || 4 quinquagesimo a || 5 Quiritum ov || que om. ova || 3,2 et] ut a || ipsi om. ov || 5 Iccirco va

4 CLINICVS. Medicus. Tria enim medicinae genera ueteres fecere: **Empiricen**, quae nullis rationibus, sed solis experimentis constat: ἐμπειρίαν enim Graeci experientiam uocant. **Iatrolepticen**, quae unguentis et perfrictioni- (c. 917) bus curat, quasi medicinam unguentariam: ιατρικὴ enim medicina dicitur, ἀλείπτῃς unctor ἀπὸ τοῦ ἀλείφειν, quod ungere est, unde huiusmodi artifex **Iatroleptes** dicitur. **Cornelius Celsus**: “Sanus homo qui et bene ualet et suae spontis est, nullis obligare se legibus debet ac neque medico neque Iatrolepta egere”. Et **clenicen**, quae uictu et uenenis corporibus medetur, quamuis sunt qui clenicen rursus in duas partes diuidant, unam διαιτηκὴν, hoc est diaeticecen, quae uictu medetur. Alteram φαρμακευτικὴν, hoc est pharmaceuticem, quae medicamentis curat. Vnde medici huiusmodi **Clinici** appellantur á lectis aegrotantium quos frequentant, quasi lecticularii: κλίνη enim lectus est. Ad quod uocabulum uidetur etiam poeta alludere qum inquit: “Coepit quo poterat clinicus esse modo”, quasi dicat ‘ubi studebat clinicus’, hoc est **lecticularius** esse uiuorum, factus est lecticularius defunctorum, quia scilicet mortuos effert. Clinici etiam dicuntur qui ita morbo affecti sunt (f° 588r) ut surgere é lecto non possint nulla que amplius de eorum salute spes est, quos latine **deploratos** uocamus.

4,1 Mart. 1,30,2 | 1-2 et 3 et 7 ex Plin. nat. 29,4-5 | 6-8 Cels. 1,1,1 | 8-10 ex Cels. pr. 9 ? | 10-12 ex Cald. potius quam Pap. *cline*, *clinici* uel Balb. *cline*, *clenicus* ? | 13 Mart. 1,30,2 | 16-17 Gloss. V,180,3\* ?

4,3 Iatrolepticen] Iatro- *Ua.c.*? || 4 uictor v || 5-7 unde — egere *add. in mg. dextr. U<sup>2</sup>* || 5 iatroleptes v || 8-10 quamuis — curat *add. in mg. inf. U<sup>2</sup>* || 8 sint a || 9 διαιτηκὴν o διαιτηκηνη v διαιτηκηνη a || diaetecen *Ua.c.*? diaetitecen ova || Alterum ova || 10 pharmaceuticem ova || 15 affert v || 16 electo o || est *om. v*

## DE ENCOLPO. EPIGRAMMA LX.

1 HOS TIBI PHOEBE VOVET. Stultitiam uotorum et lasciuam sui temporis notat. Aulus Pudens Centurio puerum habuit Encolpum, quem amabat. Hic uotum fecerat se crines suos Phoebō sacratum quum primum dominus suus ad primipilatum prouheretur. Optat per iocum poeta ut puer quam primum comam deponat, hoc est ut Pudens mox promoueatur, sed tarde fiat uir, ut Pudens diutius aetate illius tenera perfruat. AMOR DOMINI. Plus est quam si dixisset: amatus á domino.

2 VOVET. Dicat, consecraturum se promittit. Vouere proprie est aliquid deo sancte promittere; unde promissio huiusmodi uotum dicitur, quod aliquando sine aliqua conditione fit, aliquando addita conditione. Quoniam uero ea uehementer desyderamus quae uoto á deo poscimus, fit ut aliquando uotum pro desyderio accipiatur. Vnde uoti **comptem** dicimus eum qui desyderium suum assecutus est; et **pro uoto** nobis succedere, idest pro desyderio et uoluntate nostra. Á uotum uotium deducitur; hinc uotiuua uerba dicimus, quibus in faciendis utimur uotis, et uotiuas preces, quibus aliquid cum uoto poscimus. Item á uoueo **deuoueo**, quod est destino, imprecor; á quo **deuotor** et **deuotrix**, qui aliquid imprecantur, et **deuotum** destinatum, quod modo ad prosperum, modo ad aduersum refertur. **Virgilius**: “Deuotum hostiles Decium pressere cateruae”. **Idem**: “Praecipue Infoelix pesti deuota futurae”. **Varro**: “Tu deuoto tibi animo utere”. **Conuoti** uero dicebantur iisdem uotis obligati. Item **uoto** frequentatium, et ab eo aliud frequentatium **uotito**. Veteres etiam **uotitum** usurparunt pro eo quod est religione aliqua et quasi uoto prohibitum atque interdictum. **Plautus**: “Nolo illum habere causam et uotitam dicere”. Quidam tamen uotitum á uetando quasi uetitum dictum arbitrantur.

3 CRINES. Adolescentes apud ueteres Romanos comam nutrire mos erat quandiu imberbes essent. Alioquin deformes habebantur. Adulti uero, quum primo tondebant barbam, etiam crinium longitudinem deponebant eos que in **arbore** quam ex argumento **capillatam** siue **capillarem** nominabant; suspensos dicabant deo, quasi depo- (f° 588v) sitis adolescentiae illecebris iam uirilitem ingredi uiderentur. Simili modo et primam barbam consecrabant, quemadmodum **Neronem** barbam suam aurea pyxide praetiosissimis margaritis adornatam Capitolino Ioui dicasse **Suetonius** refert; quandoque etiam adole- (c. 918) scentes, ut muneris aliquid á diis consequerentur, etiam ante tempus comam deo uouebant, ueluti rem magnam atque difficilem. Quippe deposita coma ornatum omnem adolescentiae uidebantur ammittere, quod nunc Encolpus facit nimio desyderio primipilatus in persona domini á quo amabatur. De quo etiam inferius scribit poeta: “Quid non cogit amor? Secuit nolente capillos Encolpus domino, non prohibente tamen. Sed tu ne propera, breuibus nec crede capillis, Tarda que pro tanto munere, barba, ueni”.

1,1 Mart. 1,31,1 | 2-6 ex Mart. 1,31 | 6 Mart. 1,31,2\* | 2,1 Mart. 1,31,1 | ex Seru. *Aen.* 10,774 ? | 8-9 Pap.\* | 9 Seru. *Aen.* 4,607\* | 9-10 et 11-12 Non. 460-1\* (*Verg. Aen.* 1,712) | 11 Lucan. [non Verg.] 2,308 | 12 Varr. ? *fr. inc.* 46 | 12 et 13 P. Fest. 42 | 13-14 ex Hug. *uoueo* ? | 14 et 15-16 Non. 45\* (*Plaut. Asin.* 789 uar.\*) | 16 ? | 3,1 Mart. 1,31,1 | ex Plin. *nat.* 22,82 uel 23,148 uel 24,140 ? | 3-4 P. Fest. 57\* | 6-7 Suet. *Nero* 12,4\* | 12-14 Mart. 5,48,1-2 + 7-8

EPIGRAMMA LX. DE ENCOLPO a || 1,3-4 primilatum *Ua.c.* || 2,5 capiatur *ova* || 9 et<sup>1</sup> *om. ova* || 11 hostilis *ov* || 12-13 Conuoti — obligati *add. in mg. sin. U<sup>2</sup>* || 3,1 CHRYNES v || 4 dicebant a || 11 Enclopus v || 13 capillo v || Enclopus v

4 TOTOS Á VERTICE. Nimium adolescentis desyderium ostendit, qui non breuiore facere crines uouit, ut mos erat, sed prorsus abscindere, quasi non curaret domino suo amplius placere, dummodo ille optatum honorem assequeretur. TVLERIT. Consecutus fuerit. PRIMIPILI. Vt sit primus Centurio primae cohortis, quemadmodum superius, dum de pilo loqueremur, ostendimus. Quippe uetus ac laudatissimus Romanorum mos fuit ut Centuriones uirtutis ergò á decima cohorte promouerentur ad nonam, á nona ad octauam, et sic deinceps usque ad primam. Cuius primam centuriam **primum pilum** uocabant, quod circa signa grauis armatura constituebatur in qua inter caetera armorum genera hastile erat pedum quinque semis, quod **pilum** uocabatur.

5 DVM NVLLA TENERI SORDENT LANVGINE VVLTVS. Ante quam sit tempus tondendae barbae aut comae deponendae. SORDET. Squallet, horret. Sordes enim squallor est et omnis immunditia. Ab eo fit **sordeo**, á quo **sordesco** et **obsordeo** compositum, quod modo pro **sordeo** accipitur, modo pro **obsoleo**. Cecilius: "Obsorduit iam hic in me erumna miseriae". Quod inde tractum est quia quae frequenti in usu sunt sordescere consueuerunt. Et **sordidus**, squalidus, immundus; et **sordide** aduerbium immunde; et comparatiua ac superlatiua eorum **sordidior**, **sordidissimus**, **sordidius**, **sordidissime**; et **sorditudo** pro **sorde**. Plautus: "Vt mihi abstersere omnem sorditudinem". Et **surdus**, qui aures habet obtusas ab aurium sordibus, quae in duritiem uersae **marmora aurium** dicuntur nec sinunt audire. Ab eo **surdeo**, hoc est **surdus** fio. Á quo **surdesco** et **obsurdeo** á quo **obsurdesco**. Item **surditas**, **surde** aduerbium et **surdaster** diminutiuum, hoc est ex parte **surdus**. Et **absurdum**, quod proprie significat ineptum ac rationi repugnans, (f° 589r) quasi non audiens rationem; á quo **absurdior**, **absurdissimus**, **absurde**, **absurdus**, **absurdissime**.

6 LANVGINE. Pilatione. Lanugo enim tenera pilatio dicitur ad lanae similitudinem, qualis et in adolescentium genis et in pomis quibusdam cemitur. Lana quid sit manifestum est. Hanc á laniando dictam putant: **laniare** enim scindere est. Scinditur enim nunc lana quae uelli quondam solebat. Vnde á uellendo **uellus** dicebatur. Á laniando **Lanii** dicti qui carnes uendunt, quod laniant pecora. Vnde **lanium**, **laniena**, **lanionia** mensa, **lanista**, de quibus superius diximus. Et **dilanio** quod est discindo. Á lana uero fit **lanicium** pro ipsa lana. Virgilius: "Si tibi lanicium curae". Et **laneum**, quod ex lana est; et **lanificium**, lanae opificium; et **lanificus**, qui lanae artem exercet. Et **lanugo** á lanae similitudine, á quo **lanuginosus**, plenus lanugine. Et **laneolus**, qui lana oculi uitium tegit. Et **lanerum** uestimentum é lana succida factum. Et **lanisci** fasciolae de quibus locuti sumus, é coronis dependentes. Et **delanico** uerbum, quod est discedo, á **pecudum** discessu.

4,1 Mart. 1,31,1 | 4 Mart. 1,31,3 | Mart. 1,31,3\* | 4-5 3,380 | 5-7 Veg. 2,21\* + ? 2,8\* | 8-10 Veg. 2,15\* | 5,1 Mart. 1,31,5 | 2 Mart. 1,31,5\* | 3 ex Eutychn. gramm. V,488,6 ? | 4 et 4-5 Non. 147\* (Caec. com. 86\*) | 8-9 Non. 173 (Plaut. Poen. 970\*) | 9-10 ex Isid. orig. 10,261 et al. | 10 ex Plin. nat. 28,75 mss. et v | 11-12 Hug. sorbeo\* potius quam Balb. surdus\* | 12-13 ex Vall. eleg. 1,5 ? | 13-14 ex Don. Ad. 376 et al. | 6,1 Mart. 1,31,5 | 1-2 Gloss. V,306,25\* et 39\* uel IV,104,6\* et al. | 3-5 Isid. orig. 19,27,1\* [et Varr. ling. 5,54 uel 130 ?] | 5 Don. Eun. 257\* potius quam P. Fest. 117\* | 5-6 2,134 et 359 | 6-7 P. Fest. 73\* | 7-8 ex Seru.\* et georg. 3,384 | 9 Gloss. V,306,25\* et al. | 10-11 P. Fest. 118\* | 11-12 (27,3) P. Fest. 115\*

4,4 sis ov || primus om. v || 9 constituebatur v || 5,1 SORDET a || 4-6 et obsordeo — consueuerunt add. in mg. inf. U<sup>2</sup> || 4 pro<sup>2</sup> om. v || 7 sordidæ o || 11-12 et — obsurdesco add. in mg. inf. U<sup>2</sup> || 14 absurdissima v || 6,4-5 dicebatur uellus v || 7 lanium v || 11 effectum v || lanisci Ua.c. || 12 Et — discessu add. in mg. dextr. U<sup>2</sup>

7 IVBAE. Capilli. Metaphorice enim hoc uerbo usus est. FVSAE. Sparsae. LAC-  
TEA. Candida. LONGVM. Longo tempore, ut superius diximus. TONSVM. Sine  
capillis. **Tondere** proprie abscindere et decutere est. Hinc (c. 919) **tonsus** homo  
dicitur cui coma abscissa est; et é contrario **intonsus** capillatus. Hinc etiam tonsi  
montes et tonsae ualles dicuntur quam siluis carent, et é contrario intonsi siluosi. 5  
**Virgilius**: “Tonsis in uallibus”. **Varro**: “Intonsi montes et feris pleni”. Aliquando  
etiam tonsus pro minutus ponitur. **Virgilius**: “Tonsis que ferunt mantilia uillis”. Et  
tonsa oliua dicitur quae minutis frondibus compta est, quasi á tonsore composita.  
Tonsus etiam quandoque quartae declinationis est et tonsuram significat. **Actius**:  
“Sed quae nam haec est mulier funesta ueste, tonsu lugubri?” Item á tondeo **tonsor** 10  
deducitur notae significationis, cuius femininum est **tonstrix**, á quo diminutiuum  
est **tonstricula**; et **tonstrina** officina tonsoris; et **tonsa** remus, uel á tondendis, hoc  
est decutiendis, fluctibus uel quod ferro tondeatur. **Virgilius**: “Et in lento luctantur  
marmor tonsae”. Et **tonsilla** palus dolatus et in acumen ac cuspidem praeferratus,  
qui nauis causa in littore figitur, de quo superius diximus. **Toles** tamen et etiam 15  
tonsillae in homine sunt quae in sue glandulae dicuntur, hoc est tumor quidam in  
guttore maxime proueniens instar glandis et interdum mouens se, interdum prorsus  
immobilis, (f° 589v) sed haec á tollo potius deduci non nulli arbitrantur, ut superius  
disseruimus. Item á tondeo **tonsorius**, unde culter tonsorius et ferramenta tonsoria  
dicuntur; et composita **circuntondeo**, **pertondeo**, **detondeo**, **praetondeo**, 20  
**subtondeo**, **retondeo** notae significationis. SERO VIRVM. Vt sero barbatus sit.

7,1 Mart. 1,31,6 | Mart. 1,31,6 | 1-2 Mart. 1,31,6 | 2 Mart. 1,31,7 | 15,10 | Mart. 1,31,8 | 3 [et  
10?] ex Seru. *Aen.* 7,28\* = *Isid. orig.* 19,2,6 ? | 5-6 ex Seru. et *georg.* 4,277 (ex Verg. [non Varr.]  
*ecl.* 5,63) | 7 Verg. *georg.* 4,377 | 9-10 Non. 179\* (Acc. *trag.* 86) | 10-12 Hug. *tondeo*\* | 12-13 et  
13-14 Seru.\* [= *Isid. orig.* 19,2,6] et *Aen.* 7,28 | 13 P. Fest. 357\* | 14-15 (1,222) P. Fest. 357\* |  
15-17 P. Fest. 357\* = Fest. 356\* + *Plin. nat.* 11,175\* | 18-19 (1,222) ex Hug. *tollo* uel Balb. | 19-  
20 e.g. *Cic. off.* 2,25 | 20 Mart. 14,36 lemma | 21-22 Mart. 1,31,8

7,3 decurere o -rrere v || 5 cluosi v || 7 et om. v || 13 lectantur a || 14 ac] et ova || cuspidē a || 16  
suæ o

## IN SABIDIVM. EPIGRAMMA LXI.

NON AMO TE SABIDI. Graui aculeo pungit Sabidium. Hic gulae deditus plus  
uorabat quam posset concoquere. Quo circa ita fetebat eius anima ut nemo posset  
cum eo loqui. Est igitur sensus poetae: non amare se Sabidium nec posse se ob  
grauolentiam oris tam diu cum eo manere ut causam cur non amet possit  
exprimere. Voracitatem eius et fetorem animae altero epigrammate non minus salse 5  
indicat **Martialis**: “Circunlata diu mensis scriblita secundis, Vrebat nimio saeua  
calore manus; Sed magis ardebat Sabidi gula: protinus ergo Sufflauit buccis ter que  
quater que suis. Illa quidem tepuit digitos que admittere uisa est, Sed nemo potuit  
tangere: merda fuit”. HOC TANTVM. Vix tantum possum tecum manere ut haec  
tria uerba exprimam: “Non amo te”. 10

1 Mart. 1,32,1 | 1-3 ex Mart. 3,17 | 6-9 Mart. 3,17 Cald. | 9 Mart. 1,32,2 | 10 Mart. 1,32,2

EPIGRAMMA LXI. IN SABIDIVM a || 1 ON o || pung v punget a || 2 ferebat ov || 4 graue o.  
o grauem o. va || 6 Vribat v

## DE GELLIA. EPIGRAMMA LXII.

1 AMMISSVM NON FLET. Gelliam carpit quae, ut pietatem in defunctum patrem simularet, presentibus testibus illius mortem deflebat, alioquin nullo defuncti desyderio mouebatur. NON FLET. Non emittit lachrymas. **Flere** enim est lachrymas fundere ideo que solius hominis est et á graeco deducitur, quod est κλαίω. Á fleo fit **fletus** quod aliquando substantiuum est quartae declinationis. **Ennius**: “Nemo me lachrymis decoret nec funera fletu”. Interdum adiectiuum, quando scilicet participium est. **Virgilius**: “Hic multum fleti ad superos bello que caduci”. Multum fletos pro nobilibus atque conspicuis posuit, quorum mortem magna lamentatio sequitur. Item **flebilis**, dignus qui fleatur; et **flebiliter** aduerbium, cum fletu. Item á fleo fit compositum **defleo** eiusdem cum suo simplici significationis.

2 LA- (c. 920) CHRYMAE. Humor ex oculis flentium manans **lachryma** dicitur deriuatur que á graeco δάκρυον, unde frequentissime apud **Liuium dacronas** pro lachrymas legimus; usus tamen obtinuit ut lachryma cum aspiratione scribatur. Á lachryma fit diminutiuum **lachrymula** et **lachrymor** uerbum, á quo **illachrymor** et **collachrymor** et **lachrymabilis** flebilis et **lachrymabundus** flens et **lachrymabiliter** flebiliter. Item **illachrymabile**, quod significat fletu indignum. **IVSSAE**. Non sponte fluentes, hoc est non prouenientes ex animi dolore, sed ui extortae. Est enim plerisque ac praesertim mulieribus humor ille tam (F° 590r) fecundus semper que in promptu ut ubertim quotiens libuerit defluat.

3 NON LVGET. Non dolet. **Lugere** proprie est dolorem animi cum uoce proferre quod, quia in obitu defunctorum qui nobis cari sunt facere solemus, introductum est ut **luctus** capiatur pro habitu illo et uultu et ueste quibus eo tempore uti consueuimus. Vnde post cladem illam Cannensem constituerunt Patres ne feminae ultra triginta dies in luctu essent. Á lugeo fit **lugubre**, unde lugubrem habitum, lugubrem orationem, lugubres uestes dicimus; á quo **lugubriter** aduerbium et **luscinia**, de qua superius diximus, quod lugens canat. Et á luctu **luctifer**, qui alicui luctum affert; et **luctuosum**, plenum luctu, á quo **luctuose** aduerbium, cum luctu. Et prolugeo compositum, quod significat solito diutius lugeo. **Lucta** uero genus ludi est quum duo sese mutuo apprehendentes ad terram nituntur affligere, quod **luctari** et **colluctari** dicitur; á quibus **luctatio** et **colluctatio** deducuntur, quo genere ludi in palestra utebantur athletae; et qui se ita exercebant **luctatores** uocabantur, á luendo, hoc est soluendo, quod uterque sese ab altero soluere niteretur. **Luctare** quoque et **luctari** pro contendere usurpamus.

1,1 Mart. 1,33,1 | 1-2 ex Cald. ? | 3 Mart. 1,33,1 | 3-4 Vall. *eleg.* 5,52\* uel Pap.\* aut Balb.\* ex Isid. *diff.* 1,227 | 5-6 Enn. *frg. uar.* 17 ap. Cic. *Tusc.* 1,117 uel *Cato* 73 | 7-9 Verg. *Aen.* 6,481 et Seru.\* | 2,1 Mart. 1,33,2 | 2-3 P. Fest. 68\* (Liu. Andr. *car. frg.* 19\* [17]?) | 3 contra Cic. *orat.* 160; ex Gell. 2,3,3 ? [ex Tort. *lac\*hryma* ?] | 4-5 ex Hug. *lacero* uel Balb. *lacrima* ? | 7 Mart. 1,33,2 | 3,1 Mart. 1,33,3 | 3-5 Vall. *eleg.* 4,60 ex Liu. 22,56,5 | 7 (5,162 et 165; 52,18) Varr. *ling.* 5,76\* [et al. ?] | 8 Vall. *eleg.* 1,21 | 9-10 P. Fest. 227\* | 11 et 12 ex Isid. *orig.* 18,23 ? | 14 ex Non. 472 ? et al.

EPIGRAMMA. LXII. DE GELLIA a || 1,1 MMISSVM o IMmissum v || 4 est om. o || 9 Item — fletu *add. in mg. dextr. U<sup>2</sup>* || 9 cum] in v || 10 fit om. v || 2,1-6 LACHRYMAE — indignum *add. in mg. inf. U<sup>2</sup>* || 3 lachrymis a || lachryma *add. in mg. inf. dextr. U<sup>2</sup>* || 6 illachrymabi *U<sup>2</sup>a.c.* || 8 *post tam del. alter.* tam *U* || 9 prompto v || quoties a || 3,9 aduerbium om. v || 9-10 Et — lugeo *add. in mg. sin. U<sup>2</sup>* || 12 ludi genere ova



## IN LESBIAM. EPIGRAMMA LXIII.

1 INCVSTODITIS. In Lesbiam inuehitur, cui non satis erat adulterari, nisi id etiam in propatulo faceret gauderet que in adulterio deprehendi ac conspici. In quo temporum suorum lasciuiam notat, quibus nullus pudori aut uerecundiae locus erat relictus.

2 PECCAS. Cum adultero cois. Peccare enim proprie est adulterium committere, dictum quasi pellicare, hoc est cum pellice coire; et peccatus ipsum adulterium, quasi pellicatus. Á ueteribus enim non peccatum neutro genere et secunda declinatione, sed peccatus masculino genere et quarta declinatione proferebatur, quod usque ad Ciceronis aetatem durauit. Cicero: "Nemo ita uiuebat ut nulla eius uitae pars summae turpitudinis esset expers, nemo ita in manifesto peccatu tenebatur ut, quum impudens fuisset in facto, tum impudentior uideretur si negaret". Postea inualuit usus ut peccatum tantum neutro genere proferatur et tam peccatum quam pecco generaliter de omnibus delictis atque erroribus dicantur. Á pecco fit peccator et femininum eius peccatrix.

3 LIMINIBVS. Hostiis. (f° 590v) Limen enim omnem ingressum significat, ut superius diximus. INCVSTODITIS. In quibus nemo obseruat ne quis repente ingrediatur aut uideat quae intus geruntur. FVRTA. Adulteria. VELO QVE SERA QVE. In Lupanaribus mos est, postquam fornicator introiit, hostium cludere et post hoc uelum extendere ne quid per rimulas etiam uideri extrinsecus possit.

4 RIMA. Fissura. Proprie rimae dicuntur exiguae distantiae tabularum in iuncturis, á quo tractum est ut omnes fissurae rimae dicantur, unde rimas age- (c. 921) re est findi. Ab hoc rimula parua fissura et rimosus plenus rimis et rimari, quod est diligenter quaerere et scrutari et quasi rimulas quasque perquirere, quod non nulli á subibus tractum putant qui glandes per rimas terrae perquirunt. Virgilius: "Dulcibus in stagnis rimantur prata Caystri", hoc est: pascuntur in pratis et cibum per omnes rimas terrae perquirunt. Idem: "Et partes rimantur apertas", hoc est inuestigant. Aliquando tamen rimari pro explicari accipitur. Idem: "Rimatur que epulis habitat que sub alto Pectore". Item pro eo quod est scindere et quasi in rimas agere. Idem: "Ergo aegre rastris terram rimantur". Á rimor rimator et rimatrix uerbalia nomina deducuntur.

5 FORNICE. Arcu, testudine. Fornix proprie arcum significat et quodcunque opus concameratum, á furuo hoc est obscuro, quod eiusmodi opera obscura sint. Virgilius: "Cyclopum obducta caminis Moenia conspicio atque aduerso fornice

1,1 Mart. 1,34,1 | 1-2 ex Mart. 1,34 | 2,1 Mart. 1,34,2 | 1-3 ex Isid. orig. 10,228? et al. | 3-8 Gell. 13,21,17\* (Cic. Verr. II,2,191) | 9 ex Isid. orig. 10,228? et al. | 3,1 Mart. 1,34,2 | 1-2 (31,9) Non. 336\* | 2 Mart. 1,34,1 | 3 Mart. 1,34,2 | Mart. 1,34,5 | 4,1 Mart. 1,34,6 | 1-2 ex Pap. ? | 3 e.g. Cels. 8,4,2 | 3 et 4 Non. 382\* | 4-7 Seru.\* et georg. 1,384 ap. Non. 382 | 7 et 8-9 Non. 382\* (Verg. Aen. 11,748; 6,599-600) | 9-10 Seru.\* et georg. 3,534 | 5,1 Mart. 1,34,6 | 1 et 3-5 Seru.\* et Aen. 6,630-1 [potius quam Non. 424-5 uel Isid. orig. 15,8,9 uel al.] | 2 ex P. Fest. 84?

EPIGRAMMA LXIII. IN LESBIAM a || 1,1 N CVSTODITIS o || 2,1 et 3 adulterum o || 4 quartae declinationis v || 7 peccatum v || in om. v || 3,4 claudere v



portas". Cicero: "Videt ad ipsum fornicem Fanianum". Quoniam uero meretrices in huiusmodi locis, hoc est sub fornicibus, habitare consueuerunt, **fornicariae** sunt appellatae; et **fornicari** est cum meretrice coire, quod et meretricari dicitur; et **fornicator**, qui fornicatur; et **fornicatio**, ipsa congressio. Á furuo etiam, hoc est obscuro, **furnus** deducitur locus in quo panis decoquitur, differt que á **clibano** quod **clibanus** mobilis est et quasi paruus furnus testu que aliquando tegitur et ferè é metallo fit; interdum tamen et lapide constat, non tam pani quam aliis dapibus coquendis seruiens. Furnus uero ex cemento et calce constat magnus que et immobilis est ad usum ferè panis coquendi. **Plynius**: "Cortices quoque decussi lini clibanis et furnis praebent usum".

6 SVMMEMI. **Summemium** dicebatur locus lupanaris, quod ferè sub moenibus esset, quasi summoenium. Hinc **summemianae** uxores meretrices dicuntur. **Martialis**: "Conuiua quisquis Zoili potest (f° 591r) esse Summemianas coenet inter uxores". **DISCE**. Apprehende, assequere. **Discere** enim proprie est rem ignotam assequi, quod uel meditando fit, uel ab alio docendo. Vnde qui docet **doctor**, qui discit **discipulus** dicitur. Á quo **disciplinae** ipsae artes appellantur et disciplinosi qui tam bonas quam malas artes facile discunt. **Cato**: "Ipse gladiator disciplinosus". Á disco composita fiunt **edisco**, quod est memoria complector. **Addisco**, perfecte disco. **Condisco**, simul disco. **Dedisco**, quod didici obliuiscor.

7 Á CHIONE SALTEM VEL AB LAIDE. Á uulgatissimis meretricibus. **CHIONE**. Nobile scortum fuit nomen habens á candore niuis quae graece χεῖων dicitur, qum tamen fusca esset. **Martialis**: "Alba es et fusca es, es et non es Chione". **Iuuenalis**: "Et dubitas alta Chionem deducere sella". **LAIDE**. Haec quoque nobilissima meretrix fuit Corinthia, quae ob elegantiam ac uenustatem formae grandem pecuniam demerebat conuentus que ad eam ditiorum hominum ex omni Graecia celebres erant nec admittebatur nisi qui daret quod illa poposcisset. Poscebat autem nimis grandem pecuniam. Vnde natum est frequens illud apud Graecos **prouerbiu**m: οὐ παντὸς ἀνδρὸς ἐς Κόρινθον ἐσθ' ὁ πλοῦς, quod apud nos est ita interpretatus **Horatius**: "Non cuius homini contingit adire Corinthum", quasi frustra adiret Corinthum qui non posset dare quod posceretur. Ad hanc fertur **Demosthenes** aliquando se clanculum contulisse et, ut sui copiam faceret, petiisse; á quo qum **Lais** petiisset **μυρίας δραχμὰς**, quod faciebat numi nostratis denarium decem milia, mulieris petulantia ac pecuniae magnitudine obstupefactus retrocessisse et inter discedendum dixisse οὐκ ἄνωμαί μυρίων δραχμῶν μεταμέλειαν. Hoc est:

(Cic. Verr. 1,19\*) | 5,4-6 ex Isid. orig. 10,110 [+ diff. 1,263?] et al. | 6 ex Balb. fornicor ? | 7-8 ex P. Fest. 84 potius quam Porph. epist. 1,11,13 | 12-13 Plin. nat. 19,18\* | 6,1 Mart. 1,34,6 mss. | 3-4 Mart. 3,82,1-2 | 4 Mart. 1,34,7 | 4-5 Non. 286\* | 6 Isid. orig. 1,1,1\* et al. | 6-8 Non. 463 (Cato mil. frg. 14\*) | 8-9 Hug. disco\* uel Balb. disco\* + Vall. eleg. 5,1\* | 7,1 Mart. 1,34,7 mss. | 2 Mart. 1,34,7 | 3-4 Mart. 3,34,2\* | 4 Iuu. 3,136 | Mart. 1,34,7 mss. | 5-9 Gell. 1,8,3-4\* ex Sotione | 10 Hor. epist. 1,17,36 | 11-16 Sotion ap. Gell. 1,8,4-6\*

5,4 fauianum v || 6 quod — dicitur add. in mg. dextr. U<sup>2</sup> || 9 textu a || 6,1 SVMMEMI ov SVMMOENI a || Summ(o)enium ova || 2 Summemium o submoenium va || summ(o)enian(a)e ova || 3 quisque va || Summ(o)enianas oa Summenias v || 6 appellatur v || 6-8 et — disciplinosus add. in mg. sin. U<sup>2</sup> || 8 complecto a || 7,1 uulgarissimis v || 2 χῆων ο χῆων v χῆων a (recte) || 3 Candida est et fusca es, non es et es a || 7 admittebantur ova || darent va || poposcisse v || 9 post nos add. est in mg. dextr. U<sup>2</sup> om. ova || 10 interpretatur Ua.c. ova || 13 petisset v || 14 decem Up.c. || millia Ua.c.

‘Equidem poenitere decem Drachmarum milibus non emo’. **Drachmam tres oboli**, hoc est **siliquae** decem et octo, constituebant: singuli enim oboli sex siliquas habebant, unde duodecim oboli tres denarius, hoc est quatuor dra- (c. 922) chmas constituebant, quum essent quatuor et septuaginta siliquae. Erat enim **denarius** nummus argenteus unius librae, hoc est uiginti quatuor siliquarum. Sex uero oboli, hoc est denarius unus et dimidius, **didrachmam** faciebant. Ab obolo **Diobolares** meretrices dictae sunt quae duobus obolis conducebantur. **MONVMENTA**. Cellae meretricum, quod ad sepulchrorum similitudinem factae sint. **LVPAS**. Meretrices, quemadmodum superius diximus.

8 **NVNQVID**. An forte. **Num** idem penè significat quod an et subintelligitur negatio, ut ‘num ego te spoliaui?’, quasi dicat non spoliaui, sicut quotiens per negationem interrogamus, subintelligitur affirmatio, ut ‘**non** ego te spoliaui?’, quasi dicat ‘ego te spoliaui’. Affirmatiua responsio est proprie **etiam**. **Plynius** iunior: “Studes? inquam. Respondit: etiam. Vbi? Mediolani”. Vulgo autem respondemus ita, quod etiam non caret autoritate. **Terentius**: “Mihi ne?” Respondit: “Ita”. Á num fit **nunquid** (f° 591v) compositum. Item aliud compositum nunquidnam.

9 Non uero proprie negandi aduerbium est, quemadmodum haud, haud quaquam, nequaquam, nec, ne, minus et similia. Duae negationes plerunque affirmant, ut si dicam ‘Nemo non legit’, idem est quod ‘omnis homo legit’, et non nullus, idem quod aliquis. Tres uero negationes aliquando non plus faciunt quam duae, ut 5 ‘nunquam mihi nec profuisti nec obfui’, quod idem planè est ac si dicamus ‘Mihi quidem nec profuisti unquam nec obfui’. Item ‘Nescis nec domi nec foris uiuere’ idem est quod ‘Nec domi nec foris scis uiuere’. Timeo, uereor, metuo et similia idem cum negatione quod sine negatione significant, ut ‘uereor ne ueniat’ et ‘uereor ut ueniat’ et ‘timeo ne moriatur’ et ‘timeo ut moriatur’; et more Ciceronis ac 10 probatissimorum ueterum ‘metuo ut ne moriatur’. **Terentius**: “Apprime in uita esse utile ut nequid nimis”. Illud praeterea animaduertendum, ubi debeat geminari negatio, ubi non debeat, quod hoc exemplo demonstratur: ‘Non modo stellae, sed ne luna quidem ad solem seruat splendorem suum’ recte dicitur. Item hoc modo: ‘Non modo nullae stellae, sed ne luna quidem’. At quotiens dictionibus adest quaedam 15 contrarietas, non potest altera negatio tolli, ut hoc modo: ‘non modo stellae non ap-

7,16-20 Prisc. gramm. III,409,19-22\* et 15-16\* | 21-22 P. Fest. 74\* | 22 Mart. 1,34,8 | 23 Mart. 1,34,8 | 23-24 2,218 | 8,1 Mart. 1,34,9 | 1-6 Vall. *eleg.* 2,50\* (Plin. *epist.* 4,13,3; Ter. *Andr.* 849) | 9,4-22 Vall. *eleg.* 3,27\* (Ter. *Andr.* 61)

7,16-22 Drachmam — conducebantur *add.in mg. inf. U<sup>2</sup>* || 18 habebant *U<sup>2</sup>p.c.* || 19 et *om. a* || 20 nummus] minimus *ova* || 21 drachmam *ova* || *ante* Diobolares *del.* Dyobolares *U<sup>2</sup>* || 22 **MONIMENTA** *a* || 23 sunt *ova* || 8,1 et] vt *ov* || 2 quoties *a* || 5 in quam v || 9-10 *add. in mg. inf. U<sup>2</sup>* || 1 *post* quemadmodum *add.* est *ova* || 3-4 idem quod] idest *ova* || 4 ut *om.* v || 6 unquam *om. ova* || 8 significat *o* || ne ueniant *o* || 9 ut<sup>2</sup> *om.* v || 12 debeat v || 14 modo *om. ova* || quoties *a*

parent sed etiam luna ad solem obscuratur'. Sine negatione geminata non recte loquaris. Item 'Non modo non absoluo hunc, sed ne leui quidem poena cum eo transigendum puto'. Errant é diuerso quidam qui ad illud non modo applicant sed etiam, qum deberent applicare sed saltem aut sed certe aut sed uel, ut (f° 592r mg. inf.) est illud: 'quis enim mentis emotae non modo futura praedicere, sed etiam cohaerentia loqui possit?' Dicendum erat 'sed uel cohaerentia' aut 'Sed certe cohaerentia' aut 'sed saltem cohaerentia loqui possit'. Illud uero de negatione ad solam elegantiam pertinet, quod subiectis exemplis adducam. **Quintilianus**: "Non est difficile ut maritum uxor occidat, si non est difficilius ut filius patrem". **Idem**: "Atque eo causam dimittimus ut sit absolendus adolescens, nisi etiam laudandus". **Idem**: "Quare non petit ut miserum putetis, nisi etiam innocens fuerit; non petit ut afflictum alleuetis, nisi et probauerit sese infoeliciorum quod patrem ammisit quam quod oculos". **Salustius**: "Parcite dignitati Lentuli, si ipse pudicitiae, si famae suae, si diis aut hominibus unquam pepercit".

10 Veteres pro non **Noenon** dixere. **Lucillius**: "Sed tamen hoc dicas si noenon quidem molestum est". **Varro**: "Si hodie noenon uenis, cras quidem si ueneris, dies est natalis Fortis Fortunae". Cognatio uocabuli nos admonet ut haec subiungamus. **Noes** fluuius est Thraciae in Istrum fluens. **Noegeum** amiculi genus candidi; item **Noegeum** pro candido ponimus. **Liuius**: "Lachrymas de ore noegeo tersit". **Nonealae** sunt papillae quae ex faucibus caprarum dependent. **Noricum** urbs est Macedoniae finitima Illyrio, unde fit adiectiuum **Noricus**, **Norica**, **Noricum**. **Normam** uocant fabri (c. 923) ad quam opus dirigunt, quae et **regula** á quibusdam dicitur; eius diminutiuum est **Normula**. **Notion** urbs est Etoliae. (f° 591v)

11 **CENSURA**. Lex, decretum, de quo superius diximus. Vel **censura** reprehensio, correctio.

(20-21: Lact. *inst.* 1,4,3\*) | 9,22-29 Vall. *eleg.* 3,29\* (Ps. *Quint. decl.* 2,8; 6,12\*; 1,1\*; Sall. *Cat.* 52,32\*) | 10,1-3 Non. 143-4\* (Lucil. 987\*; Varr.\*) | 4 Tort.\* ex Herod. 4,49 | 4-5 P. Fest. 175\* (Liu. Andr. *carm. frg.* 19\* [17]) | 6 P. Fest. 175\* | 6-7 ex Ptol. 2,14 potius quam Tort.\* ex Plin. *nat.* 3,146 | 8 Ps. Acr. *carm.* 2,15,12\* | 8-9 ex Porph. *carm.* 2,15,12 ? | 9 Tort.\* | 11,1 Mart. 1,34,9 | 33,12-13

9,16 ad solem] sole v || 18 transgrediendum ova || 24 patre v || 10,6 Noeale ov || 7 fiet v || 9 Notium U<sup>2</sup> lemma Notior ov

## AD CORNELIVM. EPIGRAMMA LXIII.

1 VERSVS SCRIBERE. Excusat lasciuam carminis simul que tempora sua notat in quibus libri nihil lasciuu habentes non poterant placere. Qua causa inductum fuisse hunc poetam existimandum est ut lasciuia operi suo frequenter insereret quo scilicet libentius legeretur et lectores pudore ducti á uitii se retraherent.

2 SCHOLA. Ludo litterario. **Schola** enim graeca uox est et significat locum in quo bonae artes discuntur, dicta ἀπό τοῦ σχολάζειν, quod uacare est, quod ommissis caeteris rebus uacare pueri bonis artibus debent. Á schola **scholasticus** dicitur quod ad scholam attinet. Vnde scholasticam disciplinam dicimus, scholasticos etiam uocamus discipulos qui discendi gratia scholas frequentant. Eundem locum etiam  
5 **Gymnasium** uocamus, quamuis proprie Gymnasium schola sit palestrarum, hoc est locus in quo athletae nudi exercebantur. Graeci enim γυμνὸν nudum dicunt. Á gymnasio **Gymnasiarches** dicitur qui gymnasio praeest.

3 MARITI. Viri. **Maritus** enim et uxor relatiua sunt. Deducitur autem maritus ab eo quod est **mas** maris, cuius diminutiuum est **masculus**; á quo apud grammaticos **masculinum** genus et **masculesco**, hoc est masculus fio. Á maritus uero **marito** uerbum deriuatur, quod est uiro trado. Inuenitur etiam feminino genere **marita**.  
5 Quippe maritam uel uelut dicimus cui uitis iungitur et quasi matrimonio copulatur. Masculum aliquando pro forti ac magnanimo usurpamus. **Varro**: “Si non plus testiculorum offenderis quam in castrato pecore in Apulia, uincor non esse masculum ad rem”. (f° 592r mg.dext.) Item á mas **Marius** deducitur proprium uiri nomen, cuius femininum est **Mária** quod penultima correpta cum accentu in antepenultima pronuntiarum debet, non ut uulgo facit in penultima. **Claudianus**: “Praeparat et pulchros Mariae, sed luce minores Eligit ornatus”. Quemadmodum é contrario **Iacobus** proprium nomen cum accentu in penultima pronuntiandum est, cum quadrisyllaba dictio sit et primas duas syllabas breuis, tertiam productam habeat. **Idem**: “Ne laceres uersus, dux Iacobe, meos”. Sic **ídolum** pronuntiandum est, non ídolum, **idololatría**, non idolátria, **herémus** herémi, non héremus héremi. (f° 591 v)  
10 SINE MENTVLA. Sine uerborum lasciuia quae propria est scribentium epigrammata. Hoc autem institutum fuit quo libentius legerentur.

4 QUID SI ME IVBEAS THALASSIONEM VERBIS DICERE NON THALASSIONIS. Sensus est: Quemadmodum absurdum uideretur si me iuberis nuptiales hymnos aliis uerbis quam nuptialibus exprimere, ita esset absurdum epigrammata aliis uerbis quam suis cantare. TALASSIONEM. Carmen nuptiale ita dictum á uoce

1,1 Mart. 1,35,1 | 1-4 ex Mart. 1,35,1 | 2,1 Mart. 1,35,2 | 1 et 2-3 Tort.\* ex P. Fest. 346 | 6-7 Tort.\* uel Gloss. IV,522,48\* uel 82,54\* uel V,205,21\* uel 106,13\* et al. | 8 Tort.\* uel Gloss. IV,241,38\* uel 589,1\* | 3,1 Mart. 1,35,4 | 1-2 Isid. orig. 9,7,2\* | 3 ex Plin. nat. 18,129 | 3-4 Prisc. gramm. II,433,23\* | 5-6 ex Catull. 62,54 ? et al. | 6-8 Non. 141\* (Varr. Men. 369) | 10-11 Claud. nupt. 11-12 | 14 Claud. c. min. 50,2 = 14 | 16 Mart. 1,35,5 | 4,1-2 Mart. 1,35,6-7 | 4 Mart. 1,35,6 | 4-6 ex Plut. Romul. [Tort.] 15,3 uel quaest. Rom. 31 271F-272A

EPIGRAMMA. LXIII. AD CORNELIVM a || 1,1 ERSVS o || 3 lasciuia Ua.c. || 2,3-4 scholasticus d. q. ad s. a. U<sup>2</sup>p.c. || 4-8 Vnde — praeest add. in mg. dextr. U<sup>2</sup> || 4 scolasticos U<sup>2</sup>a.c. || 3,4 Inu. etiam] Iuue(nalis) tamen ova || 6-15 Masculum — héremi add. in mg. dextr. U<sup>2</sup> || 9 quod om. a || accentum o || 10 pronuntiarum — penultima om. ova || 13 duas U<sup>2</sup>p.c. || breues va || 15 idololatría] Idolatria ova || 17 fui v || legeretur v || 4,4 ueruis v

quam in nuptiis efferebant, quae erat **Talassius**, quemadmodum **hymen** quoque  
 dicitur á uoce qua Graeci utebantur, quae erat **hymeneus**. Idem **carmen** et  
**Fescenninum** appellatur, quod primum ex urbe **Fescennia** Romam allatum fuit,  
 siue quia fascinum putabatur arcere. Ita enim ad arcendum fascinum institutum quidam  
 existimant ut Fescennini uersus canerentur in nuptiis, quemadmodum ut **nuces**  
 spargerentur, non quia cadendo tripudium facerent, ut uulgius (f° 592r) putat, sed  
 quod bonum omen uiderentur afferre quum munere quodam naturae gemino protec-  
 tae sint operimento, puluinati primum calicis, deinde lignei putaminis. Erat autem  
 Talassio siue Fescenninum carmen siue hymen quale scri- (c. 924) psit **Catullus**  
 Veronensis: "Io, hymen hymenee Io. Ite, concinite in nodum, Ne diu taceat procax  
 Fescennina locutio, Ne nuces pueris neget Desertum domini audiens Concubinus  
 amorem. Da nuces pueris iners, Io hymen hymenee io, Io hymen hymenee io".

5 De ratione autem huius nominis diuersi diuersa senserunt. **T. Liuius** scribit  
 Romae in raptu Sabinarum uirginem unam longe ante alias spetie et pulchritudine  
 insignem á globo Talassii cuiusdam raptam fuisse multis que sciscitantibus cui nam  
 eam ducerent, identidem ne quis eam uiolaret, Talassio ferri clamitatum; propter  
 quod nuptialem hanc uocem factam. **Plutarchus** uero eandem puellam refert, quum  
 á coetu uilissimorum hominum duceretur, motos pulchritudine illius quosdam in-  
 genuos adolescentes rapere uoluisse. Sed quum illi Talassio duci affirmassent qui  
 tum et generis claritate et uirtutis praestantia insignis habebatur, abstinuisse, illius  
 ad quem ducebatur fortunam laudantes, quosdam etiam usque ad illius aedes prose-  
 cutos puellam fuisse, Talassio nomen alta uoce proclamantes. Hinc ortam consue-  
 tudinem in memoriam tantae foelicitatis ut Romani semper in nuptiis Talassium,  
 quemadmodum Graeci hymena uocarent. Alii hoc nomen pro signo rapiendarum  
 uirginum datum á Romulo existimant; propter quod puellas deinde ducentes Talas-  
 sium clamabant, ex quo eam consuetudinem putant ad posterum emanasse. Sunt qui  
 in nuptiis hanc uocem primo usurpatam censeant non alia ratione nisi ut nuptiae ad  
 opera et labores, in primis que ad lanificia prouocarentur. Quippe **Varro** Talassio-  
 nem in nuptiis scribit signum lanificii esse. Ita enim uocabant calathum, uas utique  
 lanificiis aptum. Vnde et Graeci *ταλασσιουργίαν* lanificium uocant. Propter quod non  
 defuerunt qui hanc consuetudinem ex eo potius bello fluxisse uoluerint, quod pos-  
 tea cum Romanis Sabini gessere. Nam, quum sedato tandem belli furore pacem inter  
 se fecissent, hoc inter se foedus percussisse memorantur, ut raptae mulieres nullam  
 aliam operam quam lanificii tenerentur uiris impendere, ex quo consuetudo emana-  
 uit ut in nuptiis quoque rusticorum Talassius uocaretur. Verum utcunque se res ha-

4,7-8 P. Fest. 85\* | 9-12 Plin. nat. 15,86\* + Seru. ecl. 8,29\* ex Varr. | 14-16 Catull. 61,125.  
 123.126-131.149-50 [= 154-5...] mss. | 5,1-5 Liu. 1,9,12\* | 5-16 Plut. Romul. [Tort.] 15,1-3\* [et  
 quaest. Rom. 31 ?] | 16-18 P. Fest. 350\* ex Varr. | 18-23 Plut. Romul. [Tort.] 15,4\*

4,7 fescennium v || Fescen(n)ina ova || 8 qui v || 9 canerent v || 13 Fescenum v || 14 hymenee  
 Up.c. || 15 ne om. v || 16 peris v || 5,7 post rapere ras. in U || 11 ut om. a || 12 hymena add. in mg.  
 sin. U<sup>2</sup> || 18 *ταλασσιουργίαν ο ταλασσιούργιαν v ταλασσιουργίαν a* || 19 uoluerunt ova || 22  
 lanifici v || 23 utrunque Ua.c. || habebat v

25 beat certum est hanc consuetudinem á raptu Sabinarum (f° 592v) ortum habuisse, quemadmodum illae quoque habuerunt, ut nouae nuptae maritalis domus limen non attingerent, sed sublatae á presentibus repente intromitterentur ad testificandam uim quae Sabinis fuerat illata. Item ut stilo acuto ad discriminandos crines uterentur, quo tale instrumentum acerbissimae illius pugnae monumentum posteris foret.

6 Hymenis uero nomen apud Graecos ex eo defluxit quod **Hymeneus** deus nuptiarum esse existimatur, dictus ἀπὸ τῆς ὑμῆνος, hoc est á membrana quae cum sit claustrum uirginitatis in nuptiis rumpitur. Alii dicunt Hymeneum quendam iuuenem fuisse qui die nuptiarum ruina oppressus interiit, unde postea institutum ut expiationis gratia nominaretur in nuptiis. Illud nobis magis placet hoc nomen ab Hymeneo quodam deductum qui apud Athenas inter saeuissima bella uirgines liberavit. Quam ob causam nubentes eum inuocare coeperunt tandem que quasi deum nuptiis praesidentem coluere. Sunt tamen qui Hymeneum Veneris et Bacchi filium fuisse affirmant, cuius officium sit psallere in nuptiis, cantare ad thalamos et limina sertis coronare.

7 QVIS FLORALIA VESTIT? Quis in Floralibus nudas meretrices uelare nititur? Celebrabantur apud ueteres ludi Florales cum omni lasciuia et praeter uerborum licentiam nudabantur flagitante populo meretrices quae mimarum functae officio in conspectu multitudinis ad sacietatem usque in impudicis motibus detinebantur. STOLATVM. Matronalem, quemadmodum superius diximus. IUVARE. Delectare, uoluptatem afferre. PRVRIANT. Lasciuant et quasi libidine ardere uideantur, quemadmo- (c. 925) dum paulo superius declarauimus. CASTRARE. Detrahare lasciuiam uerborum. Ideo autem usus est hoc uocabulo quia superius dixerat ne possint sine mentula placere.

8 GALLO TVRPIVS EST NIHIL PRIAPO. Priapus sola ferè uirilil membri magnitudine commendatur, quapropter nihil turpius esset eo castrato. TVRPIVS. Deformius. **Turpe** enim proprie indecorum ac deforme significat. **Virgilius**: "Et turpis egestas". **Idem**: "Scabiem que ferat turpem que podagram". Aliquando tamen turpe pro grandi accipitur. **Idem**: "Optima toruae Forma bouis, cui turpe caput". **Foedum** et turpe quidam ita distingunt ut foedus plus sit quam turpis. **Cicero**: "Lu- (f° 593r) xuria uero cum omni aetati turpis, tum senectuti foedissima est". Á turpis fit **turpior**, **turpissimus**, **turpiter**, **turpius**, **turpissime**. **Turpitude** deformitas, foeditas, obscenitas. **Turpo** uerbum, cuius passium est **turpor**. **Cicero**: "Iouis aram sanguine turpari". Et ab hoc compositum **deturpo** ac passium **deturpor**.

5,25-28 Plut. *Romul.* [Tort.] 15,5\* [et *quaest. Rom.* 87 ?] | 6,1-2 et 3-8 Seru. *Aen.* 1,651\* | 2-3 Isid. *orig.* 9,7,22\* | 9-10 ex Don. *Ad.* 904 uel Seru. auct. *Aen.* 4,127\* ? | 7,1 Mart. 1,35,8 | 2-5 Lact. *inst.* 1,20,10\* | 5 Mart. 1,35,8 | 2,436 | Mart. 1,35,11 | 6 Mart. 1,35,11 | 7 50,5 | Mart. 1,35,14 | 8-9 Mart. 1,35,5\* | 8,1 Mart. 1,35,15 | 1-2 Seru. *georg.* 4,111 = Isid. *orig.* 8,11,25 et al. | 2 Mart. 1,35,15 | 3-5 Non. 411\* (Verg. *Aen.* 6,276\*; *georg.* 3,299\*; *georg.* 3,51-52) | 6-7 Non. 435\* (Cic. *off.* 1,123) | 9-10 Non. 181\* (Enn. *trag.* 88 ap. Cic. *Tusc.* 3,45)

5,28 acerbissime v || monumentum a || 6,1 Tymenis v || 2 ὑμένος ο ὑμένοσ v ὑμένος a (recte) || 8 consulere v || 7,2 Celebrantur ova || 3 sententiam v || flagitantem v || 4 in impudicis] impudicis oa in pudicis v || 4-5 detinebant v || 6 Lasciuunt v || 8 autem] aut v || 8,1 sola] sol v



9 **PRIAPO**. **Priapus** Lampsacenus fuit. **Lampsacum** oppidum nobile Hellesponti, ante **Pithyusa** dictum, situm iuxta mare et portum optimum habens, inter quod et **Abydum**, alterum Hellesponti oppidum, **Practius** amnis fluit. Lampsaceni, cum **Priapus** ob uirilis membri magnitudinem solatium mulieribus afferret, ciuitate eum expulere. Procedente tamen tempore etiam externis mulieribus gratus, tandem inter numina relatus et hortorum deus creditus est finxerunt que eum **Liberi** patris et **nymphae** cuiusdam filium esse. **Hesiodus** eo antiquior hunc deum non nouit. **Mylesii** sub eius nomine **Priapum urbem** condiderunt et portum etiam eodem nomine uocauerunt. Á Lampsaceni deinde et **Priapeni** institutum ut **Asellus** **Priapo** imolaretur ob eam quam superius exposuimus causam, quamuis alii hanc potius rationem reddant quod, cum dii omnes ad **Matris Magnae** festum conuenissent epulis que satiati noctem ludendo ducerent, quieuisse humi **Vestam** affirmant eam que **Priapum**, ubi soporatum animaduertit, inire uoluisse, sed intempestiuo clamore aselli quo **Silenus** uehebatur excitatum, libidinem insidiatoris detexisse. Propter quod **Lampsacenos** in ultionem facinoris **Asellum** **Priapo** imolasse et ut idem in posterum fieret instituisse. Eundem apud Romanos **Vestalibus** sacris in honorem pudicitiae conseruatae panibus coronari solitum tradunt. Huius dei simulachrum porrecto uirili membro ac nullis uestibus tecto fingebant. **Virgilius**: "Sed ruber hor- torum custos membrosior aequi, Qui tectum nullis uestibus inguen habet". Á **Priapo** idem poeta opus suum quod de rebus lasciuis aedidit, si tamen is autor fuit, **Priapea** inscripsit.

10 **GALLO**. **Castrato**, tractum á sacerdotibus **Cybeles** qui castrati erant et **Galli** uocabantur, á **Gallo flumine** **Phrygiae**, cuius aquam qui gustassent reddebantur insani. Causam autem cur sacerdotes huius deae uirilia amputarent hanc tradunt. **Cybele**, deorum mater, **Atyn** **Phrygium** puerum casto sibi amore deuinxerat iusserat que ut castitatem seruaret et templa sua tueretur, quod ille fide data facturum se promisit. **Ouidius**: (f° 593v) "Ille fidem iussis dedit et 'si mentiar', inquit, 'Ultima qua fallam sit Venus illa mihi' ". Sed cum tandem et iussorum et fidei deae datae oblitus sese cum **Sagaritide** **nympha** miscuisset, indignata **Cybele** furorem ei iniecit quo maiorem in modum agitatus per iuga montis **Phrygiae** deae sacri quem **Dindyma** uocant aliquandiu discurrens, tandem lapideo cultro uirilia sibi amputauit. **Ouidius**: "Ille etiam saxo corpus laniauit acuto Longaque non mundo puluere tracta coma est, Vox que fuit: merui, meritas do sanguine poenas. Ah pereant partes quae nocere mihi". Tradunt sanguine eius **porphyritem** lapidem, cum prius can- (c. 926) didus esset, **purpureis** maculis conspersum colorem mutasse. **Papinius**: "Sola nitet flauis nomadam decisa metallis **Purpura**, sola cauo **Phrygiae**, quam **Sinnados**

9,1 Mart. 1,35,15 | 1-3 Strab. 13,1,18\* et 21\* | 3-4 et 4-5 et 5-6 Seru. georg. 4,111\* = Isid. orig. 8,11,25\* [ex Tort. Priapus\* ?] | 6-9 Strab. 13,1,12\* | 9-10 6,102 | 9 et 10-15 et 16-17 Lact. inst. 1,21,25-26\* ex Ou. fast. 6,319-48 [ex Tort. Priapus\* ?] | 18-19 Ps. Verg. Priap. 1,5-6\* | 10,1 Mart. 1,35,15 | 1-3 ex P. Fest. 95 et ? Ou. fast. 4,363-6 | 4-13 Tort. Arys\* ex Ou. fast. 4,223-5\* (Ou. fast. 4,227-8), ex Ou. fast. 4,229-30 et 233-4 (Ou. fast. 4,237-40\*) | 13-14 ex Stat. silu. 1,5,6-8 | 14-16 Stat. silu. 1,5,36-38

9,3 Abydon v || 7 antiquor a || 14 exetatam v || 15 in<sup>1</sup> om. a || 17 panibus U<sup>2</sup>p.c. || 18 rubet v || 19 aequo ova (= Ps. Verg.) || 10,6 mentiat U o metiatur v || ultime v || 7 fallam] failant v || datae U<sup>2</sup>p.c. om. ova || 8 post oblitus add. esset ova || 8-9 ei iniecit] eiecit v || 13 porphyritem va || 14 masculis v || 15 nondum v

antro Ipse cruentavit maculis lucentibus Atys". Alii hunc scribunt quum per mare Phrygium nauigaret ad Gallum amnem peruenisse gustatu que eius aquae in insaniam uersum, silice sibi uirilia amputasse. Sunt et qui tradant matrem deum hunc ob pulchritudinem adamasse et cum pellice deprehensum exectis uirilibus semiuirum reddidisse. Hinc igitur institutum est ut eius deae sacerdotes castrarentur. **Iuuenalis** : "Semiuir obsceno facies uerecunda minori, Molliam qui rapta secuit genitalia testa". **Ouidius**: "Molles que ministri Caedunt iactatis uilia membra comis". Fuit et alius **Atys** Cresi Lydorum regis filius natu maior, qui nulla arte custodiri potuit quin ferro, quemadmodum ei praedictum fuerat, necaretur. Item alius huius frater qui, quum longo tempore elinguis fuisset, tandem timore paternae caedis uocalis redditus in haec uerba repente prorupit: 'Ó homo ne Cresum interfice'.

11 Á Gallus fit **gallo** uerbum, quod significat insanio, quemadmodum á Bacchus **baccho**, á quo **debacchor**. **Varro**: "Et deam Gallantes uario retinebant studio". Et **glaber** secundum quosdam, quasi gallaber, qui sine pilis est, quod Galli imberbes ac minime pilosi sint. Nos á graeco potius hoc uocabulum deductum existimamus. Nam Graeci γλάφυρον delicatum dicunt. Á glaber fit **glabellus** diminutium; et **Glabrio**, quod significat delicatum et sine pilis. **Gallulo** uero ueteres usurparunt pro eo quod est pubeo, et **gallulasco** pro pubesco, quod pubescentes uocem grandiorum ad galli gallinaei similitudinem faciant. **Neuius**: "Cuius uox gallulascit, cuius ramus roborascit".

12 **Gallus gallinaceus** notus uulgo est, nocturnus uigil, quem excitandis in opera mortalibus rumpendo que somno genuisse prouidentia uidetur. Norunt sydera et ternas interdiu horas cantu distingunt; cum sole eunt cubitum, quarta que castrensi uigilia ad curas ac laborem reuocant. Vnde **gallicinium** ea pars noctis appellata. Diem deinde uenientem simili cantu denuntiant; (f° 594r) cantui plausum alarum addunt. Imperant suo generi, quae **gallinae** appellantur, á quibus ipse gallinaceus dicitur; et regnum in quacunque domo sint exercent. Dimicatione hoc consequuntur, propter id ingenua cruribus suis tela intelligentes. Qui palmam consecuti sunt statim ueluti triumphantes canunt se que principes testantur; uicti, obmutiscentes se occultant aegre que seruitium patiuntur. Gradiuntur ardua ceruice cristis celsa caelum, quod nulla alia uolucris facit, crebro aspicientes, caudam quoque falcata erigentes in sublime. Itaque terrori sunt etiam leonibus. Praeposteri eorum ac uespertini cantus ostentum facere dicuntur. Nanque totis noctibus canendo Boetiis nobilem illam aduersus Lacedaemonios praesagiure uictoriam. Hoc enim ideo interpretati sunt

10,16-18 Tort. *Atys\** ex Catull. 63 + Plin. *nat.* 5,147 | 18-20 Bocc. *gen.* 3,2\* | 20-22 Tort. *Atys\** (Iuu. 6,513-4\*; Ou. *fast.* 4,243-4) | 22-26 Tort. *Atys\** ex Herod. 1,34-43 et 85 | 11,1 et 2 Non. 119\* (Varr. *Men.* 150) | 3-4 ? | 6 et 7 et 8-9 Non. 116\* (Nou. [non Neu.] *Atell.* 20\* | 12,1-4 et 5-6 Plin. *nat.* 10,46\* | 4 Varr.\* ap. Seru. *Aen.* 2,268 uel Isid. *orig.* 5,31,4 et al. | 6 et 7-12 Plin. *nat.* 10,47\* | 12-15 Plin. *nat.* 10,49\*

10,18 scilicet v || 19 semiuirum *om. ova* || 21 reuerenda *ova* (= *Iuu.*) || 26 *post* prorupit *add.* ὁ ἄνθρωπος μὴ κτεῖνε Κρῆσον. idest *a* || interfice Cræsum *a* || 11,1 Gallus] -is *ova* || 2-6 Et glaber — pilis *add. in mg. inf. U<sup>2</sup>* || 6 delicatus *U<sup>2</sup>a.c.* || 7-8 uoce grandiore v || 8 faciam v || 12,1 notus uulgo est *U<sup>2</sup>p.c.* || 2 prouidentiam v || Noret v || 3 interdum v || 4 Vnde *om.* v || Gallicinium v || 5 cantui] -u *oa* || 6 appellantur v || 9 obmutiscentes *ova* || 10 ægræ *o* || 12 etiam sunt *ova* || 13 Boetiis *a* || 14 enim *om. ova*

augures quod uis illa uicta silere solet, canere si uicisset. Desinunt canere castrati, quod duobus modis apud ueteres fiebat: lumbis adustis candente ferro aut imis calcaribus, quae cum ignea uis consumpta sunt facta ulcera ut consanescant, figurari creta illinuntur. Nunc etiam testes auelluntur, quod fit libidinis abolendae causa, ut magis pinguescant. **Capi** uocantur, quum merito galli á similitudine sacerdotum Matris deum dici posse uiderentur. Itaque gallos á contrario sensu appellatos quidam existimant. **Martialis**: "Ne nimis exhausto macresceret inguine gallus Dimisit testes. Nunc mihi gallus erit". **Idem**: "Succumbit sterili frustra gallina marito. Hanc matris Cybeles esse decebat auem". Pergami omnibus annis spectaculum gallorum aedi solebat ceu gladiatorum. Inuenitur in annalibus **M. Lepido** et **Q. (c. 927) Catulo** consulibus in Ariminensi agro locutum gallinaceum fuisse. In gallinas uero illud mirandum quod aedito ouo excutiunt sese et circumactae purificant aut festuca aliqua sese et oua lustrant.

13 Á gallus **gallina**, **gallicinium**, **gallipes**, de quibus superius diximus, deducuntur. Gallinarum intestina et quae cum iis coquebantur **Gigeria** antiqui uocabant. **Lucillius**: "Gigeria sunt sine aleo; his uescamur alacriter". Gallinae **pipare** dicuntur dum naturalem uocem emittunt, sicut gluttire siue glocidare dum oua emiserunt. **Varro**: "Mugit bos, ouis balat, equi hinnunt, gallina pipat". **Pipatio** Ocorum lingua uox plorantis appellatur. **Pipulum** ueteres pro conuitio posuere. **Plautus**: "Ita me bene amet Lauerna! Te iam, nisi reddi mihi uasa iubes, pipulo hic differam ante aedes".

14 **Piper** barbara uox est, nomen arboris iunipero similis. Gignitur in fronte Caucasi solibus opposita. Semen eius á iunipero distat paruis siliquis quales sunt **pasilorum**, quos et **phasilos** et **paseolos** et **phaseolos** dicimus, uulgo notum legumen, hoc est exiles et teretes. Hae prius quam dehiscant decerptae et sole tostae faciunt quod uocatur **piper longum**, paulatim uero dehiscentes per maturitatem ostendunt candidum piper, quod deinde tostum solibus colore rugis que mutatur; carbunculatur aliquando intemperie caeli fiunt que semina cassa et inania. **Brecmasin** id uocant, quod Indorum lingua significat abortum. Non est piperis radix, ut quidam putauerunt, quam aliqui **gingiuerim**, alii **gingiberim** uocant, quanquam simili sit sapore. Id enim in Arabia atque Troglodytica in uillis nascitur paruae herbae radice candida. Conditur sacaro quem **uiridem gingiberim** uocant, stomacho mirifice utilem. Est etiam in India piperis granis ferè simile quod uocatur **gariophylon** grandius (f° 593v mg. inf.) fragilius que; tradunt in Indico luco gigni; aduehitur odoris gratia. Variis etiam condimentis miscetur. Fert etiam genus spiniae

12,15 Cic. *diu.* 1,74\* potius quam Plin. *nat.* 10,49\* | 15-19 Plin. *nat.* 10,50\* + Colum. 8,2,3\* | 19-21 ex Isid. *orig.* 12,7,50 | 21-22 Mart. 13,63\* | 22-23 Mart. 13,64 | 23-25 Plin. *nat.* 10,50\* | 25 et 26-27 Plin. *nat.* 10,116\* | 13,1 3,185 et 53,9; 4,129 et 64,12; 28,23 | 2-3 Non. 119\* (Lucil. 309-10\*) | 3-4 et 5 Non. 156\* (Varr. *Men.* 3\*) | 4 P. Fest. 98\* | 5-6 P. Fest. 212\* | 6-8 Non. 152\* (Plaut. *Aul.* 445-6\*) | 14,1-3 et 4-6 Plin. *nat.* 12,26\* | 7-8 Plin. *nat.* 12,27v\* | 8-11 Plin. *nat.* 12,28v\* | 12-14 et 14-16 Plin. *nat.* 12,30v\*

12,17 ui v || consumpta] composita a || 21 masceret a || 24 M.] Mar. a || 13,1 gallicinium *U<sup>2</sup>p.c.* : gallinacinum ova || 2-14 Gallinarum — bibitur *add. in mg. sin. et inf. U<sup>2</sup>* || 4 uocem *om. v* || glutire *ov* glucire a || glocitare a || 5 hinnunt o hiniunt v || 14,3 et paseolos *add. s.l. U<sup>2</sup> om. v* || 12-13 gariophylon *U<sup>2</sup>p.c. et lemma* : garyo- *U<sup>2</sup>a.c.* garyophilon o Gariophilon v Garyophyllon a

15 piperis similitudinem praecipua amaritudine. É radice eius in aqua cum semine ex-  
cepta fit medicamentum quod uocatur lycium. Ea spina et in Pelio monte nascitur,  
quae adulterat medicamentum. Eam spinam Graeci **pixacanthum chironium** uo-  
cant. Á pipere **piperatum** unum dicitur quod pipere et melle conditur. Item **Pipe-**  
20 **ritis** herba quae et **siliquastrum** uocatur, caule rubro et longo, densis geniculis,  
foliis lauri, semine albo, tenui, gustu piperis, utilis gingiuis, dentibus, oris suauitati,  
rutibus. Succus eius contra morbos comitiales bibitur. (f° 594r)

15 **15 Galli** etiam populi sunt Galliarum. Est autem **Gallia** altera **Cisalpina**, altera  
**Transalpina**. **Cisalpina**, quae ab usu togae **togata Gallia** dicitur; in **Transpada-**  
**nam** et **Cispadanam** diuiditur. **Transalpina**, quae uno nomine **Comata** uocata, in  
5 tria populorum genera secatur, amnibus maxime distincta. Á **Scalde** ad **Sequanam**  
**Belgica**, á qua **Belgi**; ab eo ad **Garunnam Celtica**, á qua **Celtae** et qui finitimi iis  
**Hispani** sunt **Celtiberi**. Eadem etiam **Lugdunensis** á **Lugduno** insigni oppido.  
Inde ad **Pyreni** montis excursum **Aquitania**, quae ante **Aremorica** dicebatur, á  
qua **Aquitani** et **Aquitanica regio**. (f° 594v) Á **Gallus Gallicus** deducitur, unde  
10 arma **Gallica** et **Gallicum sinum** et **Gallicos mores** dicimus. Item **Gallicanus**, unde  
**Gallicanae uestes**. Et **Galatia** regio Asiae minoris contermina **Phrygiae** quam olim  
**Galli** ex **Europa** uenientes habitarunt, á qua **Galatae** appellati. Haec et **Gallo-**  
**graecia** dicitur, á qua **Gallograeci**. Nam, qum á rege **Bithyniae** **Galli** simul ac  
**Graeci** in auxilium uocati uenissent, partem regni tenuerunt et á **Graecis Gallis** que  
**Gallograeci** sunt dicti. Item **Callaici** siue **Callaeci**, **Hispaniae** populi **Gallis** finitimi  
15 dicti, quasi **Gallaici**. **Martialis**: “Nec quae **Callaico** linuntur auro”. **Gallos** á can-  
dore appellatos non nulli existimant, quasi lacteos. **Gala** enim **Graeci** lac nominant.  
**Galla** feminino genere quid sit superius diximus. “**Gallam bibere** ac rugas con-  
ducere uentri” qum ait **Lucillius**, praemonet parsimonia esse utendum neque gulae  
indulgendum (c. 928) uentrem que coartandum.

15 **16 Galeola** uas est sinuosum, sed hoc á galeae similitudine potius dicitur. **Galea**  
munimentum capitis est, é corio quondam fieri solita, nunc é ferro fit; á qua **ga-**  
**leati milites** dicuntur qui galeis armati sunt. Item **galerus**, quod et neutro genere  
**galerum** dicitur, operimentum capitis. **Statius**: “Et temperat astra galero”. **Idem**:  
5 “Nec **Arcadii** bene protegit umbra galeri”. Ab hoc **galerita** auis, de qua superius  
diximus. **Galesus** fluuius est in agro **Tarentino**. **Martialis**: “**Albi** qui superas **Oues**  
**Galesi**”. **Galilea** pars est **Iudeae** quae **Syriae**, **Arabiae** atque **Aegypto** coniungitur.

14,16-18 *Plin. nat.* 12,31\* | 18 *Plin. nat.* 14,108\* | 18-21 *Plin. nat.* 20,174\* | 15,1-2 ex *Isid. orig.* 14,4,26 ? et al. | 2 ex *Plin. nat.* 3,112 uel *Mela* 2,59 ? et al. | 3-5 et 5 et 6 et 7 *Plin. nat.* 4,105\* | 9 e.g. *Plin. nat.* 32,21 | 10-14 *Isid. orig.* 14,3,40\* [+ *Plin. nat.* 5,146 ?] potius quam 9,2,68\* | 14-15 ex *Isid. orig.* 9,2,110 ? | 15 *Mart.* 4,39,7 | 15-16 *Isid. orig.* 9,2,104\* [cf. 14,4,25] ex *Lact. ap. Hier. in Gal.* 3 353C | 17 12,17-18 | 17-19 *P. Fest.* 96 (*Lucil.* 501 var.) | 16,1 *Non.* 547\* | ex *P. Fest.* 96 potius quam *Diom. gramm.* 1,325,30 | 1-2 *Isid. orig.* 18,14,1\* uel *diff.* 1,120\* | 3-4 ex *Seru. Aen.* 7,688 uel *Tort.\** | 4 *Stat. Theb.* 1,305 | 5 *Stat. Theb.* 7,39 | 5-6 1,302; 2,339; 53,9 | 6 ex *Seru. georg.* 4,125 ? | 6-7 *Tort.\** ex *Vib. Sequ.* 69 (*Mart.* 12,63,3 mss.) | 7 *Tort. Gali<l>aea\** ex *Plin. nat.* 5,70

14,16 uocetur a || 18-19 *Piperites ova* || 20 gusto v || suauitate ova || 21 ructibus ov || 15,5 iis add. s.l. U<sup>2</sup> || 7 *Aremotica Ua.c.?* ova || 12 qua *Up.c.* || 14 *Calaici Ua.c.* || *Galleci ov* || 18 *Lucilius Ua.c.* a || 16,6 alibi : Qui v || 7 coniunguntur v

## AD LVCANVM ET TVLLVM. EPIGRAMMA LXV.

SI LVCANE TIBI. Incredibilem beniuolentiam ac pietatem Lucani et Tulli fratrum exponit, quorum uterque pro altero mori uoluisset ut alter uiueret. DARENTVR FATA. Subaudi talia. LACONES LEDAEI. Castor et Pollux Lacedaemonii Ledae, ut superius diximus, filii, quibus in fatis erat ut uno moriente alter uiueret. NOBILIS. Digna, excellens. RIXA. Contentio, de qua superius diximus.

1 Mart. 1,36,1 [ap. Cald.?] | 2 ex Mart. 1,36,4 | 2-3 Mart. 1,36,1-2\* | 3 Mart. 1,36,2\* | 3-4 6,296 | 5 Mart. 1,36,3 | Mart. 1,36,3 | 4,3

1 ILVCANE o || beneuolentiam a

## IN BASSAM. EPIGRAMMA LXVI.

1 VENTRIS ONVS. Bassae luxuriam execratur quod aureis uasis cibi et potus excrementa colligeret. EXCIPIS. Colligis.

2 MISERO AVRO. Miserabili (f° 595r) uase aureo. Miserum enim siue miserabile uidetur quod tam nobile metallum tam foedae rei seruiat. Scribit **Messala Antonium** triumuirum aureis uasis usum fuisse in omnibus obscenis operibus, etiam in Cleopatrae pudendis mensis colligendis. In quo certe contumeliam naturae, uilitatem auro fecit. Mirum é quanta caritate, in quantam luxuriam **aurum** uenerit. Summae olim licentiae fuisse putabatur poculo aureo puluino subdito **Philippum** regem dormire solitum. At **Nero Pompeii** theatrum operuit auro in unum diem, quod **Tiridati** regi Armeniae ostendit. Statuum ex auro solidam sibi posuit **Gorgias Leontinus** in Delphico templo septuagesima circiter olympiade, ex quo facere coniecturam licet quantus esset eo tempore quaestus eorum qui artem oratoriam docebant. Aurum omnium metallorum praetiosissimum putatur, non colore qui in argento clarior est et longius fulget, non pondere aut facilitate materiae, qum in utroque caedat plumbo, sed quia solum ex omnibus metallis igne non deperit, imo quo saepius ardet fit perfectius. Vnde **obrizum** uocant aurum quod saepe numero igne candefactum et exustum est ideo que purissimum. Est et altera causa praetii, quod usu non deteritur, qum ex argento, aere, plumbo ducantur lineae manus que decidente eorum materia sordescant. Ducitur praeterea in tenuissimas bratteas quaternum utrinque digitorum. Contra salis et aceti omnium rerum domitores succos resistit. Netur ac textitur lanae modo. Postremo non rubigo ulla, non erugo, non aliud ex ipso incessit quod minuat bonitatem. Inuenitur in **fluminibus** quae ob hoc **aurifera** dicuntur, **Tago** Hispaniae, **Pado** Italiae, **Hebro** Thraciae, **Pactolo** Asiae, **Gange** Indiae, multis praeterea montibus ac locis aliis. Traditur apud Scythas á formicis ac gryphibus erui, de quibus superius disseruimus. Á **Gryphe Gryphi** dicuntur qui nasum recuruum habent, á rostri (c. 929) eius auis similitudine.

1,1 Mart. 1,37,1 [ap. Cald.?] | 1-2 ex Cald. ? | 2 Mart. 1,37,1 | 2,1 Mart. 1,37,1\* | 2 ex Cald. ? | 2-5 et 6-7 Plin. nat. 33,50\* (Messalla) ex Cald. | 7-8 Plin. nat. 33,54\* | 8-11 Plin. nat. 33,83\* | 11-14 Plin. nat. 33,58-59\* | 15-18 Plin. nat. 33,60-61\* | 18-20 Plin. nat. 33,62\* | 20 et 21-23 Plin. nat. 33,66\* | 23 3,281 | 23-24 ex Iust. 39,1,9 [an Tort. *gryphus* ?]

1,1 ENTRIS o || 2,5 é] est v || 8 quod] quo v || 13 immo va (recte) || 22 ac om. a || auis om. v



3 Aurum qui quaerunt ante omnia **segullum** tollunt; ita uocatur indicium. Quod puteis foditur, **canalicium** appellatur quod uenarum canales per saxa uagantur huc atque illuc et per latera puteorum. Catini ad purgandum aurum fiunt ex **Tasconio**, haec est terra alba similis argillae: neque enim alia afflatum ignem que et ardentem materiam tolerat. Quod uero cuniculis per magna spatia actis extrahitur ad lucernarum lumina, maiore periculo quaeritur. **Arrugias** eiusmodi cuniculos uocant. Aurum arrugia quaesitum non coquitur, sed statim suum est. Aquas é iugis montium ad lauandum aurum ductas á corruatione **corrugos** uocant. **Vlex** uocatur frutex roris marini similis asper aurum retinens. Hic siccatus uritur et cinis eius lauatur, substrato cespite herboso, ut sidat aurum. Vicena milia pondo ad hunc modum annis singulis Asturiam atque Galatiam et Lusitaniam quondam praestasse prodiderunt.

4 Omni auro inest argentum uario pondere alibi dena, alibi nona, alibi octaua parte. Vbicunque quinta argenti portio est, **electrum** uocatur. Fit et cura electrum argento addito. Electri natura est ad lucernarum lumina clarius argento splendere. Venena etiam, quod est natium, deprehendit gemina ratione. Nam et discurrunt in calicibus arqus caelestibus similes et igneum stridorem aedunt. Propter hoc magna autoritas electro apud (f° 594v mg. inf.) ueteres fuit, **Homero** teste qui Menelai regiam auro, electro, argento, ebore fulgere tradit. Mineruae templum habuit **Lindos** insula Rhodiorum in quo Helena sacrauit calicem ex electro mammae suae mensura.

5 Aurum graece χρυσός dicitur, á quo **chrysocolla** appellatur humor per uenam auri defluens, crassescente limo rigoribus hibernis usque in duriciam punicis. Inuenitur etiam in aeriariis et argentariis et plumbariis metallis. Fit et cura multum infra naturalem. Natium **uuam** uocant. Omnes quasi lanæ tinguntur illa herba quam **luteam** appellant, nisi capiat colorem. Adduntur **Scitanum** et **Turbystum**. Ita uocant medicamenta sorbere cogentia. Sic pingitur ut pingat. Quam tincta est, **orobitin** pictores uocant; quae non est tincta. Acesis á medicis uocatur. Aurifices quoque sibi Chrysocollam uendicant agglutinando auro et inde ei nomen impositum putant. Temperatur cypria erugine et pueri impubis urina addito nitro. Teritur in aereis mortariis. **Santernam** uocant nostri. Ita aurum ferruminatur. Item á chrysos **Chrysocome** deducitur, quod nos auricomam dicere possumus. Et **Chrysolithus**, **Chrysopassus**, **Chrysoberyllus**, **Chrysopteros**, **Chrysolampis**, de quibus superius diximus. Et **Chryses**, proprium nomen sacerdotis apud Homerum, á quo filia eius **Chryseis** uocitata est. Et **Chrysothemis**, filia Agamemnonis et Clytemnestrae. Et **Chrysostomus** et **Chrysogonus**, quorum illud os aureum, hoc aureus foetus interpretari potest. (f° 595r)

3,1 Plin. nat. 33,67 mss. | 1-3 Plin. nat. 33,68\* | 3-5 Plin. nat. 33,69\* | 5-6 Plin. nat. 33,70\* + 74\* | 6-7 Plin. nat. 33,77\* | 7-8 Plin. nat. 33,74\* | 8-9 Plin. nat. 33,76\* | 9-11 Plin. nat. 33,77-78\* | 4,1-3 Plin. nat. 33,80v | 3-9 Plin. nat. 33,81\* (ex Hom. Od. 4,73) | 5,1-4 Plin. nat. 33,86\* | 4-5 Plin. nat. 33,87\* | 5-6 Plin. nat. 33,88\* | 6-7 Plin. nat. 33,89\* | 7 Plin. nat. 33,92\* | 7-10 Plin. nat. 33,93\* | 11 ex Plin. nat. 21,50 | 11-13 2,602 et 558 et 560 et 576 | 13-14 ex Hom. Il. 1,370 [ex Tort. Chryseis ?] | 14-15 ex Hom. Il. 9,145 uel 287 [ex Tort. Chrysothenus (sic ed. Roma 1471) ?] | 15-16 ex Tort. Chrysothomus ?

3-5 add. in mg. inf. U<sup>2</sup> || 3,2 fodit v || 10 subtracto ova || 11 Asturam v || 4,2 uocant v || 5 arquibus a || 6 post apud del. electro et add. ueteres s.l. U<sup>2</sup> || 7 Lindus U<sup>2</sup> lemma || 5,1 graecæ v || 11 dicit v || 2 punicis v || 4 unam v || 6 Orobytis U<sup>2</sup> lemma || 8 a glutinando ova || 9 ante Cypria add. e ov || 11 d. possumus] dicemus v || 12 Chrysopteros ov || 13 Chryses U<sup>2</sup>p.c. || 14 Chrysoptemis ova || filii v



6 BIBIS. Potas, hauris, quod non modo de animalibus dicitur quae haustum habent, sed etiam de inanimatis quae carent haustu. **Virgilius**: “Bibit hasta cruorem”. Vnde et bibula papyrus dicitur quae haurit atramentum. Nam á **bibo bibulus** deducitur, quod et uiri cognomen fuit; et **bibax**, sicut ab edo edax, qui multum bibit. Ab eo **bibacitas**, **bibaculus**, **bibacior**, **bibacissimus**. Et composita **ebibo**, quod est totum haurio. Et **imbibo** haurio, quod etiam ad mentem refertur. (f° 595v) **Aurelius**: “Vt poeta optimus maximus teneris imbibitus annis non facile memoria laboretur”.

7 VITRO. Poculo uitreo. **Vitrum** nota materia est, á quo **uitreum**, quod ex uitro est, et interdum pro fragili, interdum pro lucido ponitur. Item **uitrosium**, quod uitro abundat uel uitrum habet, ut uitrosa regio, uitrosa harena. Vitrum principio hoc modo repertum fuisse prodiderunt. Pars est Syriae quae **Phoenice** uocatur, finitima Iudaeae intra montis Carmeli radices, paludem habens quae uocatur **Candebea**. Ex ea nascitur **Belus** (c. 930) amnis quinque milium passuum spatio in mare profuens, iuxta Ptolemaidem. Quingentorum passuum est littoris spatium, ubi harenae mari uolutatae ac reiectae coguntur. Appulsa quondam ad eum locum naue mercatorum nitri, qum sparsi per littus homines epulas pararent nec esset ad attollendas cortinas occasio lapidum, glebas nitri é naue subdiderunt, quibus accensis permista harena littoris, translucens nobilissimi liquoris riui fluxere et haec origo uitri fuit. Mox magnetem quoque addere hominum ingenia coeperunt, quoniam liquorem in se uitri, ut ferrum trahit, tum aliae quoque artes inuentae. Multa et uaria ex uitro opera fiunt. Funditur tingitur que et aliud flando figuratur, aliud torno teritur, aliud metalli modo caelatur. Sidon quondam huiusmodi operibus nobilibus fuit. Nunc Italia excellit praesertim que Venetiae. Sub Tyberio principe inuentum uitri temperamentum fuisse non nulli prodiderunt, quod flexibile fiebat. Sed totam eam officinam fuisse extinctam ne argenti atque auri metalla uiilescerent. Id uerum ne fuerit, incertum habeo. Vitro nunc nobiliores pro poculis utuntur, ad crystalli similitudinem purefacto. Item uariis tincto coloribus, quale apud ueteres quoque in usu quondam fuisse perhibetur. Illud certe constat Neronis temporibus tantam in eo laborando artem fuisse ut duo perexigui calices sex milibus sestertium uenierint. Vitrum Graeci *υαλον* uocant, hoc est hyalum, qua uoce etiam latini utuntur. **Virgilius**: “Milesia uellera nymphae hyali saturo fucata colore”, hoc est colore uitri qui naturaliter uiridis est. Ab **hyalus** fit **hyalinus**, hoc est uitreus; et **hyalurgus** uitrarius.

6,1 Mart. 1,37,2 | 1-3 Non. 453\* (ex Verg. *Aen.* 11,804 + 803) | 3 ex Isid. *orig.* 6,10,2 = Gloss. V,172,26 ? et al. | 4 Gell. 3,12,2\* | 7-8 Aug. ? ex *conf.* 1,16,26 ? [uide 3,374,3-4] | 7,1 Mart. 1,37,2 | 2 Ps. Acr. potius quam Porph. *sat.* 2,3,222\* | ex Non. 448 ? | 4-7 Plin. *nat.* 36,190v\* | 7 Plin. *nat.* 36,191\* | 8 ex Plin. *nat.* 36,190 | 8-12 Plin. *nat.* 36,191\* | 12-13 Plin. *nat.* 36,192\* | 14-16 Plin. *nat.* 36,193\* | 16-19 Plin. *nat.* 36,195\* | 19-21 ex Plin. *nat.* 36,198-9 ? | 21-22 Plin. *nat.* 36,195\* | 24-25 Verg. *georg.* 4,334-5\* [ex Tort. *hyalus* ?] et Seru.\*

6,3 et *om. ova* || 8 laboretur *Ua.c.* || 7,9 uitri v || 9-10 ad attollendas *Ua.c.* ad tollendas *a* || 10 uitri v || 11 permixta v || 12 magnetam *Ua.c.* || 15 nobilis *ova* (*recte?*) || 23-26 Vitrum — uitrarius *add. in mg. inf. U<sup>2</sup>* || 24 *post* nymphae *add.* Carpebant *ova* (= Verg.) || 24-25 fucata c. uitri q. n. hoc est c. u. est *ov* || 26 uitrearius *ov*

8 **CARIVS.** Maiori praetio. **Carum** enim dicitur proprie quod uili contrarium est. Vnde **caritas** pro penuria accipitur. Quidam tamen sic caritatem á penuria separant ut caritas propria sit annonae, penuria autem caeterarum rerum, ut uini, olei, mellis et huiusmodi. Veruntamen caritas pro eo accipitur quod contrarium est uilitati et de quibuscunque rebus dicitur; deriuatur autem á careo quod significat non habeo, deficio; á quo **caro**, quod anima careat, ut superius diximus. (f° 596r) Et **cassum**, inane, uacuum, quasi omni re carens. **Lucanus**: "Cassa fraude parat". **Plautus**: "Virginem habeo grandem, dote cassam atque illocabilem". Vnde fit **incassum**, quod significat frustra; et **casses**, idest retia, quod uacuas habent maculas. Vnde et á raritate retia dicuntur. Ab hoc uero per diminutionem fit **cassiculum**, quod significat reticulum. Et **cassis** galea, quod uacua sit ad caput recipiendum. Veteres **cassidam** dixere. Et **Cassius** nomen proprium, á quo **uia** ab ipso strata **Cassia** appellata. Item á careo **caries**, hoc est uetustas uel putredo, quod iam uigore careat; á quo **cariosus** uetustus, putrescens. **Neuius**: "Nemo illa uiuit carie cariosior". Item á carus **carior**, **carissimus**. **Care** aduerbium, á quo **carius**, **carissime**. **Carus** etiam aliquando pro grato accipitur et tunc deducitur á graeco **χάρης**, quod significat gratiam. Vnde **caritas**, quae ita ab amore differt quod **amor** genus est, caritas speties. Illud ad omnia pertinet, hoc tantum ad homines et quidem pro dignitate ac qualitate personarum: maior enim caritas debetur parentibus, proxima liberis et deinceps reliquis.

8,1 Mart. 1,37,2 | 2-5 Vall. *eleg.* 4,62\* | 5-6 Tort. *charitas*\*? | 6 (2,628) Don. *Hec.* 441\* | 7 et 8 Non. 45\* (Plaut. *Aul.* 191) | 7 Seru. *Aen.* 2,85 uel Pap. ? | ex Balb. | Lucan. 5,130 | 9 ex Seru. *Aen.* 11,104 uel auct. *Aen.* 2,85 | 10 ex Varr. *ling.* 5,130 | 10-11 P. Fest. 48\* | 11 ex Seru. auct. *Aen.* 2,85 uel Pap. aut Balb.? | 12 P. Fest. 48 corr. ? | 12-13 P. Fest. 48\* | 12-13 P. Fest. 48\* | 13 et 14-15 Non. 21\* (Afran. [non Naeu.] *com.* 250\*) | 13-14 ex Isid. *orig.* 17,6,28 = Gloss. V,52,19 et al. | 16-17 ex Tort. *charitas* ? | 17-20 Vall. *eleg.* 4,62\* uel Tort. *charitas*\*

8,4-5 quod — dicitur *om. ova* || 7 inana *a* 1526 || 12 camidam *a* || Gassius *v* || 15-16 Item — carissime *om. ova* || 16, 17, 18, 19 charus... *charitas a* || 16 etiam *om. v* || 19 debentur *v*

#### AD FIDENTINVM. EPIGRAMMA LXVII.

**QVEM RECITAS.** Facete rursus Fidentinum irridet qui epigrammata Martialis quasi á se aedita recitabat. Libellus, inquit, quem recitas meus est. Sed qum ob ignorantiam male, hoc est inepte et barbare, recitas, tuus esse incipit. (c. 931)

1 Mart. 1,38,1 [ap. Cald.?] | 1-2 Mart. 1,29\* | 2-3 ex Mart. 1,38,1-2 [ex Cald.?]

EPIGRAMMA LXVII. AD FIDENTINVM *a* || 1 VEM *o*

## AD DECIANVM. EPIGRAMMA LXVIII.

1 SI QVIS ERIT. Laudat Decianum et ex persona eius caeteros doctrina ac uirtute praestantes. PRISCA FIDES. Credulitas priscarum rerum. AVOS. Maiores nostros. Et enim tam patres quam auos aliquando pro maioribus ponimus, ut superius diximus. Proprie tamen **auus** est patris uel matris pater. Cuius relatiuum est **nepos**, hoc est ex filio uel filia natus. Deducitur que á graeco uocabulo quod apud eos  $\pi\alpha\pi\omicron\varsigma$  quibusdam litteris immutatis; á quo **Papous** auitus dicitur et **papae** dicti sunt sacerdotes, quemadmodum **praesbyteri** quoque, hoc est seniores, appellantur. Hinc **papae** interiectio admirantis et **Papaeus** apud Scythas Iupiter appellatur. Vel, ut alii uolunt, ab alia graeca uoce  $\alpha\upsilon\omicron\varsigma$ , quod magnum significat, quasi auus sit magnus pater. Sunt etiam qui putant auum dictum esse quia ad duos attineat, quasi adduum, uel quia ad patrem sit additus.

2 Ab auus fit (f° 596v) femininum **auia**, patris uel matris mater; et **auunculus** frater matris, quod aequo tertius á nobis sicut auus sit, uel quod aui locum teneat et proximitate tueatur sororis filios, quemadmodum frater patris. Á patre **patruus** appellatur, quod sit quasi alter pater. Vnde et ipsi fratrum ac sororum filii **nepotes ex fratre** et **nepotes ex sorore** appellantur. Et **auitus**, quod ad auum attinet, unde paternos atque auitos mores dicimus pro eo quod est patris et aui. Et **proauus**, hoc est aui paterni uel materni pater; item auiae paternae uel maternae pater, cuius relatiuum est **pronepos**, á quo femininum **pronep̄tis**, sicut á nepos **neptis**. Et á proauo femininum **proauia**. Et **Abauus** proauui paterni uel materni pater, item proauiae paternae uel maternae pater, á quo **abauia**. Relatiuum que eius **abnepos**, á quo **abneptis**. Et **attauus** abauui uel abauiae pater, á quo **attauia** et relatiuum **Atnepos**, á quo **atneptis**. Et **tritauius** attauui uel attauiae pater, dictus quasi tertius pater, á quo **tritaui** et relatiuum **trinepos**, á quo **trineptis**. Nepotem autem, ut superius diximus, dictum putant quod natus post sit patri quam filius. Ponimus que aliquando nepotes pro posteris. **Virgilius**: “Forte recensebat numerum caros que nepotes”, hoc est posteros ac descendentes. Item pro luxuriose uitae hominibus, quod non aliter iis rei suae familiaris cura sit quam iis quibus pater et auus uiuunt. Vnde **nepotare** luxuriare est et **nepotatus** uitae luxuries et **neptus** impurus. **Nepa** uero uel more graeco **nepes** Aphrorum lingua scorpium significat. **Plautus**: “Dabo me ad parietem, imitabor nepam”. **Cicero**: “Serpere anguiculos, natate anaticulas, uolare merulas, cornibus uti uideas boues, nepas aculeis, suam denique cuique naturam esse ad uiuendum ducem”.

1,1 Mart. 1,39,1 [ap. Cald.?] | Cald. | 2 Mart. 1,39,2 | Mart. 1,39,2\* | 3-4 (3,459) Vall. *eleg.* 6,55\* | 4 et 5-6 P. Fest. 13\* | 6 ex Gloss. II,3,44 uel 394,3 ? | 8 Gloss. V,318,39 et al. | 8-9 Tort. *papaens*\* [sic ed. Roma 1471] ex Herod. 4,59 | 9-11 P. Fest. 13\* | 2,1-3 P. Fest. 14\* | 3-4 Isid. *orig.* 9,6,16\* | 5-13 ex Gai. *dig.* 38,10,1,4-7 uel Paul. *dig.* 38,10,10,14-16 | 13-14 (3,56) P. Fest. 164\* | 15-16 Seru. et *Aen.* 6,682\* | 16-17 P. Fest. 164\* | 18 et 19-20 P. Fest. 164\* (Plaut. *Cas.* 443 var.) | 19 Tort. *nepa*\* | 20-22 Cic. *fin.* 5,42\* ap. Non. 145

EPIGRAMMA LXVIII. AD DECIANVM a || 1,1 I QVIS o || 6 eos *U<sup>2</sup>p.c.* || pappus *U<sup>2</sup> lemma* || 6-9 á quo — appellatur *add. in mg. sin. U<sup>2</sup>* || 6 deducitur *ova* || 8 admirantis *U<sup>2</sup>p.c.* || 9  $\alpha\upsilon\omicron\varsigma$  *U<sup>2</sup> á\upsilon\sigma* o  $\alpha\upsilon\omega\sigma$  v || 2,11-12 á quo — pater *om. o, sed Attauia, Atnepos, Atneptis, Tritauus o lemmata* || 12 tritaui *a om. o* || uel] et *va om. o* || 19 Nepos *ov*

3 QVALES PRISCA FIDES. Sensus est: quales amicos prisca fides et fama nouit fuisse maiores nostros, ut puta **Orestem** et **Pyladem** qui tanta inter se beniuolentia coniuncti fuere ut Orestem etiam in furorem uersum Pylades non deseruerit. **Ouidius**: "Astittit insano iuuenis Phocensis Oresti". **Idem**: "Non ita uinxerunt Strophilo atque Agamemnone nati". Sed de his inferius latius disseremus.

4 **MADIDVS. Infectus** et utrunque tam in bonam quam in malam partem accipitur. Infectum enim luto dicimus, infectum purpura, infectum uitiiis, infectum bonis artibus. Item madidum luto, madidum purpura, madidum uitiiis, madidum bonis artibus. (f° 597r) Ab hoc fit **Mador**, hoc est infusio, humiditas. **Salustius**: "Quasi par in oppido festinatio et ingens terror erat ne ex latere noua monumenta madore infirmarentur. Nam omnia aedificia oppidi stagnabant redundantibus cloacis aduerso aestu maris". Et **madeo** uerbum, quod significat infectus sum, plenus sum; á quo **made-** (c. 932) **sco**, hoc est inficior, humesco; et **madefacio** inficio et **madeficio** inficior. Et **madulsa** hebruius, quod satis uino madidus sit.

5 5 **ARTIBVS CECROPIAE ET LATIAE MINERVAE.** Artibus graecae et latinae linguae. **Mineruam** enim, quae disciplinarum dea est, aliquando pro lingua, aliquando pro disciplina ponimus. Vnde extat illud **prouerbiu**m: crassa Minerua, hoc est rudi lingua. Nam **crassum** modo pingue significat, modo grossum; á quo **crassitudo** grossities et **crassesco** modo pinguesco, modo grossior fio. Interdum etiam hebes ac stultum. **Varro**: "Senibus crassis homuli non uidimus quid fiat."

6 **VERA SIMPLICITATE.** Non ficta, hoc est sine malitia, sine dolo, quam alibi prudentem simplicitatem appellat. Simples enim homines dicuntur boni, ingenui, aperti, non uersuti, fallaces, maliciosi, callidi, ueteratores, uafri, quasi sine flexu et aliqua plicatione. **RECTI.** Perfecti officii, de quo superius diximus.

7 **IMITATOR. Imitari** est mores aut aliam rem ab aliquo gestam effingere, quod á graeco deducitur μιμοῦμαι. Vnde **mimi**, hoc est imitatores, dicuntur histriones quod hominum gestus in scena effingunt; quod si feminae sint, **mimae** dicuntur. Ab imitor fit **imitator**, **imitatrix**, **imitatio**.

8 **HONESTI.** In quo cauetur ne quid indecore, effeminate, libidinose, turpiter fiat. **ET NIHIL ARCANO QVI ROGET ORE DEOS.** Qui nihil optet aut precetur á diis nisi **honestum** et sanctum, hoc est qui omni ex parte absolutus sit. Rogantur enim palam dii quum honesta petuntur. Arcanae uero fiunt preces quum poscimus aliquid turpe. **Seneca**: "Tum scio te ab omnibus cupiditatibus absolutum, quum eò perueneris ut nihil deum roges nisi quod possis rogare palam. Nunc enim quanta

3,1 Mart. 1,39,2 | 3-5 Tort. *Pylades*\* (Ou. *Pont.* 2,3,45\*; 2,6,25\*) | 5 ? | 4,1 Mart. 1,39,3 | 4-7 Non. 138 mg. ms.\* (Sall. *hist.* 4,16\*) | 8-9 ex Hug. uel Balb. *madeo* ? | 9 P. Fest. 126\* | 5,1 Mart. 1,39,3-4\* [ex Cald.?] | Cald.\* | 3 e.g. Hor. *sat.* 2,2,3; Ps. Verg. *Priap.* 3,10; Macr. *Sat.* 1,24,13 | 6 Non. 86\* (Varr. *Men.* 487 mss.) | 6,1 Mart. 1,39,4 | 3 ex Non. 19-20 et Cic. *rep.* 3,26 ap. Non. ? | 3-4 ex Balb. | 4 Mart. 1,39,5 | 2,19 | 7,1 Mart. 1,39,5 mss. | 2 ex Diom. gramm. 1,491,16 ? | 2-3 ex Vall. *eleg.* 4,31 ? | 8,1 Mart. 1,39,5 | 2 Mart. 1,39,6 | 2-5 ex Sen. *benef.* 2,1,4 ? | 5-9 Sen. *epist.* 10,5\* (Athenodorus\*)

3,2 beneuolentia a | 4 uixerunt *oua* (= *Ou.*) || 5 Strophio *oua* (= *Ou.*) || 4,4 boni a 1526 || 4-7 Mador — & add. in mg. *sin.* U<sup>2</sup> || 4 infuso a 1526 || 5 monumenta a || 7 & U<sup>2</sup> : & fit *ov* à quo fit a || Mabeo v || 9 Et madulsa — sit add. in mg. *dextr.* U<sup>2</sup> || 5,1 cecropiat ælatiæ v || græce v || 4 pinguar o || 6 quod a || 6,2 ingenij a || 4 Perfectio v || 7,3 effingerent *oua*

dementia est! Turpissima uota diis insurrant. Si quis admouerit aurem, conticescunt et quod scire homines nolunt deo narrant. Itaque sic uiue cum hominibus tanquam deus uideat, sic loquere cum deo tanquam homines audiant”.

9 SVBNIXVS. Suffultus, firmatus. Niti enim aliquando conari est. **Virgilius**: “Post ualido nitens sub pondere faginus axis Increpat”. Hinc **adnitor** et **enitor** deducuntur eiusdem cum suo simplici significationis. Aliquando tamen **adnitor** est nitendo adhaere et **enitor** cum conamine quodam absoluor. Vnde **enixae** dicuntur mulieres quae partus labore leuatae (f° 597v) sunt; item quae nitendo pepererunt. Dicere etiam possumus **enixas** non in partu solum, sed etiam quocunque labore exercitas. **Virgilius**: “Stirpis Achilleae fastus iuuenem que superbum Seruitio enixae tulimus”. Á quo fit aduerbium **enixe**, quod et **enixum** dicitur. **Cicero**: “Ego illos malos et audaces semper **enixum** contra fortunas atque honores huius ordinis omnia fecisse ac dixisse sentio”. Aliquando niti est firmari. **Varro**: “Ille enim naturae dotibus nititur”. **Virgilius**: “Ille uidēs pura iuuenis qui nititur hasta”. **Idem**: “Pressit humi nitens”. Ab hoc fit **subnixus**, de quo agimus, hoc est firmatus. **Cecilius**: “Et Latini subnixa animo ex uictoria inerti consilium ineunt”. Non nunquam niti pro uolare usurpatur. **Idem**: “Hic primum paribus nitens Cyllenius alis Constitit”. Item á nitor quando conor significat fit **obnitor**, quod est contra conor; á quo **obnixē**, quod aegre et cum labore significat. Et **innitor**, quod significat incumbo. **Varro**: “Tandem que hastae innixus occubuit”. Et **connitor**, quod est simul nitor. **Plautus**: “Connixi que eam eripuerunt á predonibus”. Nixus quartae declinationis pro partu accipitur. **Virgilius**: “Haud foetus nixibus aedunt”. Nixidi appellabantur quos putabant praesidere parientium nixibus. Nixurire uero usurpabant ueteres pro eo quod est niti uelle. **Nigidius**: “Nixurit qui niti uult et in conatu saepius aliqua re perpellitur”.

10 ROBORE MAGNAE MENTIS. Praestantia et uiribus magni ingenii. DISPEREAM. Moriar. Est autem modus affir- (c. 933) mandi cum asseueratione. Aut enim iurando hoc facimus, ut ‘**me hercule** ita est, **medius Fidius** ita est’; aut execrando, ut ‘**moriar nisi** ita est, **perream nisi** ita est’. Est autem alius modus, qum dicimus ‘**mentior nisi** ita est’. Item qum aliquid nobis carum in testimonium adducimus, ut ‘**testor** amorem nostrum, **testor** tuum lepidissimum caput’. Verum hoc quidem iusiurandum uideri aliquibus posset.

9,1 Mart. 1,39,7 | 1-2 Non. 353\* (Verg. *georg.* 3,172-3) | 4-5 Non. 57\* + 297\* | 6-8 Non. 458\* (Verg. *Aen.* 3,326-7) | 8-10 Non. 107\* (Sisen. [non Cic.] *hist.* 110\*) | 10-11 Varr. ? *fr. inc.* 47 [ex Lucil. 630 ap. Non. 353 ?] | 11-12 Verg. *Aen.* 6,760 et 2,380 ap. Non. 353 | 13 Quadrig. potius quam Coel. [non Caecil.] *hist.* 13\* ap. Non. 405 potius quam Gell. 17,2,4 | 14-15 Non. 353\* (Verg. *Aen.* 4,252-3) | 15-16 et 16-17 ex Non. 446 ? | 17 Varro ? *fr. inc.* 48 [ex Verg. *Aen.* 6,760 ap. Non. 353 uel 446 ?] | 18 Plaut. ? *fr. inc.* 196 | 18-19 Seru.\* et *georg.* 4,199\* | 19-20 P. Fest. 175 | 20 et 21-22 Non. 144\* (Nigid.) | 10,1 Mart. 1,39,7\* | 2 Mart. 1,39,8 | 3-4 ex Vall. *eleg.* 3,29 ?

8,7 autem *ov* || 8 nolent *o* nollet *v* nollet *a* || 9,7 exercitas *U<sup>2</sup>p.c.* || 10 ac dixisse *om. ova* || 13 incerti *a* || 14 ualore *v* || primus *v* || 16 ægræ *o* || 18-22 Nixus — perpellitur *add. in mg. inf. U<sup>2</sup>* || 10,2 asseueratio *a* | 526 || 4 nisi<sup>1</sup>] uisi *v*

## IN INVIDVM. EPIGRAMMA LXVIII.

1 QVI DVCIS VVLTVS. In Inuidum scribit qui legens epigrammata Martialis contrahebat frontem, quod est tristitiae signum. Imprecatur autem ei id quod omnium miserrimum est, ut ipse omnibus inuideat, nemo ei.

2 LIVIDE. Inuide. **Liuidus** proprie significat eum qui ex percussu carnem nigram habet fluxione cruoris ad eum locum qui percussus est. **Plynius**: "Thapsiae succus sugillatis ac liuidis prodest". Hinc liuidus pro nigro accipitur. **Virgilius**: "Quid ue petunt animae, uel quo discrimine ripas Hae linquunt, illae remis uada  
5 liuida uerrunt?" Quoniam uero qui inuidiae morbo (f° 598r) laborant, exedentes se dolore, hunc colorem contrahunt, liuidus frequenter pro inuido accipitur. **Martialis**: "Omnibus inuideas, Liuide, nemo tibi". Sic **liuor** modo maculam in corpore ex percussu factam significat. **Plynius**: "Nam utriusque succus inciso per messes caule liuori medetur". Interdum nigrorem. **Varro**: "Sic paulatim liuor in candorem uertitur et omnis macies é corpore abscedit". Interdum inuidiam. **Lucanus**: "Liuor edax tibi cuncta negat". Ab hoc fit **liueo** uerbum, á quo **liuesco**, quod modo significat ater sum. **Varro**: "Cuius facies nocturnis grassationibus liuet". Modo inuideo. **Pomponius**: "Malignus homo et fortunis aliorum semper liuens". DVCIS. Contrahis siue auertis, de quo superius diximus.  
10

1,1 Mart. 1,40,1 [ap. Cald.?] | 1-2 ex Mart. 1,40,1 | 3 ex Mart. 1,40,2 [ex Cald.?] | 2,1 Mart. 1,40,2 | 2-3 ex Plin. nat. 13,124-5 | 3-5 Seru.\* et Aen. 6,319-20 | 6 ex Seru. Aen. 6,320 ? et al. | 7 Mart. 1,40,2 | 7-8 ex Pap. uel Hug. uel Balb. | 8-9 ex Plin. nat. 13,125 | 9-10 Varro ? fr. inc. 49 | 10-11 Seru. Aen. 6,320\* (Lucan. 1,288) | 12 ex Plin. [non Varro] nat. 13,126 | 13 Pompon. ? | Mart. 1,40,1 | 14 4,69

EPIGRAMMA. LXIX. IN INVIDVM a || 1,1 VI o || 2 ei & v || 3 ipse om. ova || 2,2 Inuide om. v || 4 ille v || 5 extendentes a || 8 percusso v || 9 cadorem v || 12 liue a 1526



## IN CAECILIVM. EPIGRAMMA LXX.

1 VRBANVS TIBI CAECILI VIDERIS. Caecilium carpit et ex persona eius caeteros, qui, qum sint ineptissimi scurrae, urbanitatis gloriam aucupari nituntur. VRBANVS. Lepidus, facetus.

2 VERNA. Scurra. **Vernae**, ut superius diximus, serui sunt domi nati, quorum propria est scurrilitas, hoc est impudens quaedam et stolidia dicacitas. Hinc uerna et **uernaculus** accipitur pro eo, qui improba et seruili dicacitate utitur. **Martialis**: "Vernaculorum dicta, sordidum dentem." **Tibullus**: "Consuescet amantis Improbus in dominae ludere uerna sinu." Propterea **uernilitus** á ueteribus pro adulatore usurpatur, quod haec uiuendi ars uernarum propria sit. **Caecilius**: "Credo nimis tandem hic sit uernilitus." Ob hanc causam **Manlius** ille, qui, quod pecuniam ab omnibus ineptis sermonibus aucuparetur, dictus est  
5 **Pantolabus**, quasi πάντα λαβών, hoc est omnia sumens, uerna appellatus est propter scurrilitatem pluribus notus.

3 **Scurram** á sequendo dictum putant, quod diuitum domos sequatur. Est autem scurra, qui risum ab audientibus captat non salua dignitate personae. Á quo **scurrile** dicitur, quod est ridiculum cum turpitudine. **Cicero**: "Vitandum est oratori utrunque, ne aut scurrilis iocus sit aut nimius." Et **scurrilitas**, turpis et procax dicacitas. Et  
5 **scurriliter** aduerbium, hoc est procaciter.

4 **Cicero**, quoniam frequentissime usus est iocis et nocentissimos saepe hoc dicendi genere tutatus est, scurra ab inimicis suis est dictus, quod in oratione etiam (c. 934) sua Vatinius posuit. Sed non tales fuerunt ioci Ciceronis, de quibus dici posset, quod non saluo grauitatis  
5 pudorisque (f° 598v) respectu caderent in scurram, uerum graues

70,1,1 Mart. 1,41,1 | ex Cald. Mart. | 2,1 Mart. 1,41,2 | 3,224 | Perott. rud., de punctis quibus oratio distinguitur, cf. Ps. Acr. epod. 2,65. Gloss. verna | 3 Valla In Ant. Raud. p. 437\* | 4 Mart. 10,3,1 | 5 ex Tib. 1,5,25-26 | 6-8 Non. 42 (Caecil. com. 131)\* | 8-11 ex Porph. Hor. serm. 1,8,11 | 3,1-6 Series lemmatum ut Hug. sequor | 1 Fest. 294\* ? Isid. orig. 10,255\* | 2 Valla eleg. 4,51 | 3-5 Non. 177\* et 170 (Cic. de orat. 2,239)\* | 5 Gloss. scurrilitas\* | 4,1-3 Macr. Sat. 2,1,12\*

70 tit. EPIGRAMMA LXX. IN CAECILIVM. a || 2,1 Verna scurra v lemma || 3 et uernaculus add. U<sup>2</sup> in mg. sin. || 6 ueteribus] uertibus v || adulatore] adultero v || 10 παιτα λαβών ο πανταλαβόη v || 3,3 Á quo om. v || cum] cur U om. v || 5 locus ova || 4,3 etiam om. ov || post posuit add. usus est ov

fuerunt atque modesti, quale dictum illud in generum suum, qui cum  
 exigui corporis homo esset longum que gladium accinctum haberet,  
 “Quis”, inquit, “generum meum ad gladium alligauit?” Item cum apud  
 Damasippum coenaret, et ille mediocri uino appposito diceret, “Bibite  
 10 Falernum hoc, annorum quadraginta est”, “Bene”, inquit, “aetatem fert”,  
 quasi diceret non uideretur antiquum. Et cum in ea prouincia, quam **Q.**  
**Cicero**, frater eius, rexerat, imaginem eius clipeatam uidisset ingentibus  
 lineamentis usque ad pectus ex more pictam - erat autem Quintus ipse  
 staturae paruae - “Frater meus”, inquit, “dimidius maior est quam totus.”  
 15 Idem quoque, cum Vatinius consulatum paucis diebus gessisset,  
 “Magnum”, inquit, “ostentum anno Vatinii factum, quod illo consule nec  
 bruma, nec uer, nec aestas, nec autumnus fuit.” Querenti deinde Vatinio,  
 quod Cicero grauatus esset ad se infirmum uenire, respondit: “Volui in  
 consulatu tuo uenire, sed nox me comprehendit.” Caninium, quod consul  
 20 designatus honorem inierat statimque deposuerat, interrogauit, quibus  
 consulibus consul fuisset, deinde non destitit dicere: “Vigilantissimum  
 habuimus consulem Caninium, qui in toto consulatu suo somnum non  
 uidit.” Cum aliquando ad Pompeium uenisset, dicentibus sero eum  
 uenisse respondit: “Equidem non sero ueni, nam nihil hic paratum uideo.”  
 25 Et cum donasset Pompeius transfugam ciuitate Romana, “O bellum  
 hominem”, inquit, “ciuitatem dat Gallis alienam, qui nobis nostram  
 restituere non potest.” Interroganti per risum Pompeio, ubi gener eius  
 Dolabella esset, respondit: “Cum socero tuo.” Post uictoriam Caesaris  
 interrogatus, cur in electione partis errasset, “Praecinctura me”, inquit,  
 30 “decepit”, iocatus in Caesarem, qui ita toga praecingebatur, ut trahendo  
 laciniam uelut mollis incederet, propter quod Sylla dixisse Pompeio fertur:  
 “Caue tibi illum puerum male praecinctum.” Et cum Laberius iuxta eum in  
 theatro sedentem transiret sedile quaerens, “Recepissem te”, inquit, “nisi  
 anguste sederem”, simul et illum respuens et in nouum senatum iocatus,  
 35 cuius numerum Caesar supra fas auxerat. Sed non impune respondit ei  
 Laberius: “Mirum si anguste sedes, qui soles duabus sellis sedere”,  
 leuitatem Ciceronis exprobrans. Cum Antro quidam Laodiceus eum  
 salutatum uenisset, causam que aduentus ab eo quaesisset, respondisset

4,6-8 Macr. Sat. 2,3,3\* | 8-11 Macr. Sat. 2,3,1\* | 11-37 Macr. Sat. 2,3,4-10\* | 37-41  
 Macr. Sat. 2,3,12\* |

4,6 ingenerum o || 7 homo] bono v || 11 non uidetur] tamen ut v || 17 quaerenti  
 va || 18 grauatur a

que Laodicaenus legatum se pro libertate patriae ad Caesarem uenisse, hoc modo publicam seruitutem expressit: “ἐὰν ἐπιτύχῃς καὶ (f° 599r) περὶ ἡμῶν πρέσβευσον”, hoc est ‘si obtinueris, et pro nobis intercede’.

5 HOC QVOD TRANSTYBERINVS AMBVLATOR. Es scilicet. Vilissima hominum genera commemorat solita scurriliter iocari, quibus Caecilianum comperet. AMBVLATOR. Vilissimus cerdo. **Cerdones** enim dicuntur, quicunque artes illiberales exercent quaestus gratia, qui Graece κέρδος dicitur. Vnde **cercopa** Graeci quasi κέρδωνα uocant lucrari undique cupientem, quem nostri **lucrionem** appellant.

6 Ambulatores uero proprie appellantur, qui urbes passim peragrant uenditando uilissimas merces et dictis quibusdam scurrilibus aucupando emptores. Hoc uocabulum ab **ambulo** deducitur, quod significat huc atque illuc eo, ab **ambio**, quod est circumeo; á quo **ambulatio** et **ambulacrum**, quod modo ipsam ambulationem significat, modo locum in quo ambulatur. Et **inambulo** ac **deambulo**, quod significat spatior, unde **deambulatorium** locum et deambulatoriam porticum dicimus, per quam ambulamus. Et **abambulo**, ascendo, á quo **abambulator**, ascensor. Et **anteambulo**, ante alios eo, á quo **anteambulones** dicuntur, qui honoris gratia aliquem comitando praecedunt. **Suetonius** de Vespasiano: “Ea demum excutit magis conuicio quam precibus uel autoritate dum eum identidem per contumeliam anteambulonem fratris appellat.” Et **obambulo**, aduersus alios ambulo et quasi ambulanti me oppono. Á quo **obambula-** (c. 935) **tor**, **obambulatrix**, **obambulatio**.

7 **Ambrones** uero gentes quaedam Gallicae fuerunt, quae subita inundatione maris, qum sedes suas ammisissent, rapinis et depraedationibus se suos que alere coeperunt. Ex quo tractum est, ut turpis uitae homines ambrones dicerentur. Hos et Cimbro Teutones que

5,1 Mart. 1,41,3 | 5-6 P. Fest. 55\*; Ps. Acr. sat. 2,3,25\*; Gloss. *lucrum*\* | 6,4 Non. 331\* | Non. 242\* | 5 P. Fest. 21\* | Gloss. *Plac.* V,7,11 | 6 Gloss. *deambulo*\* | 7 Valla *eleg.* 1,6\* | 8 P. Fest. 26\* | 9 Gloss. *anteambulo*\* | 11-13 Suet. *Vesp.* 2,2 | 13 P. Fest. 187 | 7,1-6 P. Fest. 17

4,40 seruitutem] -utem *U*<sup>2</sup> in ras. || ἐπιτύχῃς ἐπιτύχῃς *U*<sup>2</sup> ἐπιτύχῃς ν || 41 πρέσβασσον ον || 5,3 cerdo] credo ν || 5 κέρδωμα ονα || uocat ο || 6,1 urbem ο || 3-4 huc - circumeo *U*<sup>2</sup> in mg. dextr., in textu del. eo post significat || 6,13-7,6 Et obambulo - regia add. *U*<sup>2</sup> in mg. sin. || 7,1 Ambrones populi o lemma

5 **C. Marius** deletuit. **Ambracia** urbs est Epiri iuxta **Ateronem** nauigabilem fluuium sita, Pyrrhi olim regia.

8 TRANSTYBERINVS. Romae transtyberim habitans. Illic enim uiliores personae habitauerunt. **Tyberis** amnis est Italiae é media fere longitudine Apennini Arretinorum finibus defluens, tenuis principio nec fere nisi piscinis emissus nauigabilis. Fertur per centumquingenta milia  
5 passuum non procul Tiferno, Perugia et Otriculo, Etruriam ab Vmbris ac Sabinis, mox Veientem agrum á Crustumino, deinde Fidenate<m> Latinum que á Vaticano dirimens, duobus et quadraginta fluuiis augetur, praecipuis autem Nare et Aniene, nec minus tamen aquis fontibus que in urbem perductis, et ideo quamlibet magnarum nauium ex Italo mari  
10 capax, rerum in toto orbe nascentium uector placidissimus.

9 Primo ab aquarum colore **Albula** dictus est, deinde **Tybris** appellatus, uel á rege Thusco huius nominis iuxta eum in bello occiso, quod sensisse uidetur **Virgilius**, qum inquit, “Asper que immani corpore Tybris, Á quo post Itali fluuium cognomine Thybrim Diximus; ammisit  
5 uerum uetus Albula nomen”, uel quod τῆς ὕβρεως, hoc est iniuriae, fluuius esset propter regem Thuscorum latrocinari circa eius fluminis ripas ac uastare omnia solitum. (f° 599v) Alii dicunt Syracusanos olim in Sicilia, qum Athenienses uenissent, ingentem hostium multitudinem cepisse eam que, ut caesis montibus munimenta ciuitati adderent, coegisse; tunc auctis  
10 moenibus etiam fossam factam esse, quae aquis repleta urbem longe munitiorem reddidit. Hanc ergo fossam per hostium poenam atque iniuriam factam Thybrim quasi τὴν ὕβριν, hoc est iniuriam siue ignominiam, uocitatam esse. Postea uero, qum Siculi in Italiam profecti essent, eam partem, ubi nunc Roma est, tenuisse usque ad Rutulos et  
15 Ardeam flumen que Albulam ad similitudinem fossae Syracusanae Thybrim appellasse. Rursus autem á Tyberino Albanorum rege in eo submerso pro Thybri dictus est **Tyberis**. **Ouidius**: “Albula quem

7,5 ex Tort. *Ambracia* | 8,1 Mart. 1,41,3 | 2 ex Cald. *Mart.* | 2-10 Plin. *nat.* 3,53-54\* | 9,1 ex Seru. *Aen.* 8, 332 | ex Plin. *nat.* 3,53 | 2-17 ex Seru. *Aen.* 3,500, ex quo Tort. *Tyberis* | 3 Verg. *Aen.* 8,330-32 | 17 Ou. *fast.* 2,389-90

8,1 habitantes ov || 3 Arretinorum ova || 5 Hetruriam a || ambris ov || 6 Veientem] uenientem va || Fidenate<m>] -a- U s.l. || 9 quamlicet ov || 9,1 Tyberis a || 4 Thybrim ova || 5 τῆς ο τῆσ ν || 9 tunc] nunc ν || 11 munitior est o || 12 Thybrim ova || ὕβρειν a || 16 Thybrim ova || 17 Tybri va

Tyberim mersus Tyberinus in undis Reddidit, hibernis forte tumebat aquis.”

**10** Á Tyberi fit adiectium **Tyberinus**, unde á transtyberim **Transtyberinus**. Hinc **Tyberinum** eius fluminis deum dicimus. **Virgilius**: “Vnde pater Tyberinus et unde Aniena fluente.” Item **Tyberinum piscem** eiusdem fluminis lupum nobilem duntaxat inter duos pontes, de quo superius latissime disseruimus. **Iuuenalis**: “Vos anguilla manet longe cognata colubrae Aut glacie aspersus maculis Tyberinus et ipse Vernula riparum, pinguis torrente cloaca.”

**11** QVI PALLENTIA SVLPHVRATA FRACTIS PERMVTAT VITREIS. Erat enim, ut nunc quoque mos est, ut uilissimae personae per urbem uociferando discurrentes sulphurata uetri fragmentis permutarent.

**12** PERMVTAT. Aliud pro alio accipit. Hinc **permutatio** dicta, qua ueteres utebantur, antequam cuderent metalla. Á muto autem **permuto** deducitur. **Mutare** autem proprie transferre est. **Varro**: “Fac ut te aliquo cum omni familia mutes.” Aliquando tamen pro permutare accipitur.

**Lucillus**: “Publicanus uero ut Asiae fiam scripturarius pro Lucillio. Id ego nolo, et uno hoc non muto omnia.” Item pro uariare, unde mutare animum, mutare sententiam dicimus. Aliquando etiam pro delinquere usurpatur. **Idem**: “Mihi quidem publice mutare eos, qui in parentes aliquid committunt.” Á muto **mutatio** deriuatur et **mutabile**, quod facile mutatur. **Virgilius**: “Varium et mutabile semper Femina.” Á quo **immutabile**, quod nullo modo mouetur ac flectitur. (**c. 936**) Item **commuto**, uel muto uel simul muto, á quo **commutatio** ac **commutabile**. Commutare uerba est litigare et iurgari. **Terentius**: “Nunquam hodie tecum commutaturum patrem unum esse uerbum.”

**Idem**: “Sic tria non commutabis uerba hodie inter nos”, hoc est, non dabitis atque accipietis, idest, non iurgabitis. Etenim commutare uerba est

**10,2** Seru. *Aen.* 8,31\* | 3 Verg. *georg.* 4,369 | 4 Tort. *Tyberis*\* | Plin. *nat.* 9,169\*; Macr. *Sat.* 3,16,16\* | 5 2,212 | Iuu. 5,103-5, 103-4 ap. Tort. *Tyberis* | **11,1** Mart. 1,41,4-5 | **12,1** Mart. 1,41,5 | ex Non. 351 | 3 Non. 351 | ex Fest. 214 | Varro ? *fr. inc.* 50 | 5 Lucil. 671-72 ap. Non. 351 | 7-9 ex Non. 351 (Lucil. 675?) | 10 Verg. *Aen.* 4,569-70 | 14 Ter. *Andr.* 410-11 | 15 Ter. *Phorm.* 638-39

**9,18** mersis o || **10,1** Atyberi o || 3 Aniena *U<sup>2</sup> p.c.* || 4 lupum *add. U<sup>2</sup> in mg. dextr.;* ante lupum *scripsit* nullum, *quam uocem postea del.*; lupum *om. ova* || 6 longe *U* ut Tort. *Tyberis* longae *ova* || **11,1** Q. Ti. o || *pallentia ov* || **12,2** *cederent ov* || 3 autem *om. ova* || 6 unde *U<sup>2</sup> p.c.* || 12 uel muto uel *add. U<sup>2</sup> in mg. dextr.* || 13-17 *Commutare - compelli add. U<sup>2</sup> in mg. inf.* || 15 *commutabis oa*

pro bonis mala ingerere et iracundia in maledicta compelli. Muto autem frequentatuum est huius uerbi moueo 'o' littera in 'u' mutata, nam ueteres **moto** dicebant. (f° 600r) Á quo **motacilla** auis uulgo nota, quod semper moueat caudam, unde uulgo non inepte coda tremula dicitur; ueteres enim codam caudam uocabant.

**13 Moueo** manifestam habet significationem. Interdum tamen pro excludo accipitur. **Cicero**: "Atqui quodam quasi ueneno perficiat, ut ueros haeredes moueat, in eorum locum ipse succedat." Ab hoc deriuatur **mobilis**, qui facile mouetur, á quo **mobilitas**. **Virgilius**: "Quo non aliud uelocius ullum Mobilitate uiget." Et **mobiliter**, et eorum contraria **immobilis**, **immobilitas**, **immobiliter**. Et **motio** et **momentum**, quod proprie significat exiguam quandam mutationem et pene indiuisibilem, quod Graeci **atomum** uocant, "minutuis", ut inquit **Lucretius**, "illis corpusculis", quae infusis per fenestram radiis solis uidemus. **Varro**: "Momento temporis uterque discessit." Hoc apud ueteres etiam **momen** dicebatur. **Lucretius**: "Momine si á paruo possunt impulsa moueri." Hinc quodcunque minimum potest momentum appellari. **Plynius**: "Prosunt et combustae, ut cinis earum bibatur in uino addito resinae momento." **Idem**: "Comitialibus morbis oesypum cum myrrhae momento prodest." Ab hoc fit **momentaneum**, hoc est caducum, et quod facile mutatur ac deficit. Item **mox** aduerbium, quod significat statim, sine intermissione, paulo post.

**14** Item **motus** quartae declinationis pro motione, á quo **terraemotus**, cuius causam uentos esse compertum est. Neque enim unquam intremiscunt terrae nisi sopito mari caelo que tranquillo, nec unquam nisi post uentos conditos in uenas et cauernas terrae et occulto flatu erumpere nitentes. Multa eorum genera sunt: alibi moenia prosternuntur, alibi profundo hiatus hauriuntur, alibi egeruntur moles,

**12,19-20** Varro *ling.* 5,76\* | **21** Ps. *Acr. sat.* 2,4,15\* | **13,1-6** *Moueo - immobiliter*] series lemmatum ut Hug. *moueo*; ex Non. 351 (*Cic. off.* 3,76) + Verg. *Aen.* 4,174-75 | 6 ex Gloss. *momentum* ? | 8 Tort. *atomus*\* | 9 ex Lucr. 4,183-84 + 186 ? | 10 Varro ? *fr. inc.* 51 | 10-12 P. Fest. 140 (Lucr. 3,188) | 13-14 Plin. *nat.* 30,56 | 14-15 Plin. *nat.* 30,87 | 16-17 P. Fest. 260\* + Gloss. *mox*\* | **14,2-5** Plin. *nat.* 2,192 | 5-8 Plin. *nat.* 2,193\*

**12,20-21** unde - uocabant *add. U<sup>2</sup> in mg. dextr.* || **21** dicebant *ova* || **13,3** ipse *om. ova* || 6 *immobilis om. ova* || 8-10 *minutuis-uidemus add. U<sup>2</sup> in mg. dextr.* || 8 *immutuis ov in minutis a* || **14,4** *comperditos v* || *inuenas v*



alibi amnes emittuntur, alibi pereunt, qui fluere solebant. Interdum  
 scaturiunt frigidi, interdum calidi fontes. Hiatus uero alias remanet  
 ostendens, quae sorbuit, alias occultat ore compresso rursus que ita  
 10 inducto solo, ut nulla uestigia extent urbibus plerumque deuoratis, quod  
 aetate nostra pluribus locis in Campania contigit. Nec simplici modo  
 quatiuntur, sed nec montosa tali motu carent. Exploratum est Alpes  
 Apenninas saepius tremuisse. Sunt qui naturali ratione futurum  
 15 terraemotum praeuideant. **Anaxymandrum** Milesium ferunt  
 Lacedaemoniis praedixisse, ut urbem ac tecta custodirent, quoniam terrae  
 motus immineret, et tunc totam eorum urbem corruisse. Idem quoque de  
**Pherecyde** tradunt, Pythagorae praeceptore, et, quod mirabilius est,  
 haustu aquae é puteo praesensisse terrae motum futurum ac uere  
 20 praedixisse.

**15** Item mello uerbum, quod significat moueo; á quo promello, late  
 promoueo, et promulcus scapha, quae fune alligatam nauiculam trahit;  
 etenim promulco agi dicitur nauis, qum scapha ducitur fune[m]. Prae- (**P°**  
**600v**) terea á moueo composita fiunt **admoueo**, quod est applico;  
 5 **ammoueo** et **remoueo**, quae significant separo, disiungo; **submoueo**,  
 de loco moueo; **dimoueo**, idem quod remoueo; **commoueo**, excito,  
 simul moueo.

**16** VITREIS. Vasis scilicet. PALLENTIA. Pallida epitheton sulphuris  
 est, siue quod materia ipsa pallida est, siue quod suffitus eius pallentes  
 homines facit, ut superius diximus. Erat autem apud ueteres mos, ut etiam  
 apud nos est, ut uilissimae personae urbem peragrarent sulphurata ad  
 5 accendendas lucernas parata cum uitri fragmentis permutantes.  
**Iuuenalis**: “Rupto poscentem sulphura uitro.” **Papinius**: “Quique

**14,8-10** Plin. nat. 2, 194 | 12-14 Plin. nat. 2, 194 | 15-20 Plin. nat. 2, 191 | **15,1-2**  
 ex P. Fest. 252 | 2 Gloss. *promulcus*\* | 3 P. Fest. 224\* | 4-6 series lemmatum praeter  
*submoueo* ut Hug. *moueo* | 4 Gloss. *admoueo* | 5 ex Gloss. *remoueo*. *summoueo*  
 (graece) ? | 6 ex Gloss. *commoueo* ? | **16,1** Mart. 1,41,5 | Mart. 1,41,4 | 3 41,27 |  
 5-7 ex Cald. *Iuu.* 5,48 (Stat. *silu.* 1,6,73-74) + *Iuu.* 5,48

**14,8** remaneat v || 9 occultat] -t  $U^2$  in ras.; occultas  $U$  a.c. || 13 est  $U^2$  s.l. ||  
 contingit ov || 14 epus o || traemuisse o || 17 et tunc] et om. ova || **15,1-3** Item -  
 ducitur fune add.  $U^2$  in mg. inf., sed non indicat ubi inserendum sit; om. ova || 2 funis  
 dicitur post promulcus del.  $U^2$  || 3 scapha<e> Lindsay ad Fest. || 5-6 quae - moueo  
 om. ova || **16,5** uitri add.  $U^2$  in mg. dextr.; ante uitri om. cum v

comminutis Permutat uitreis Gregale sulphur.” **Pallere** liuere est, hinc **pallor, palliditas, pallidus**.

17 MADIDVM CICER. Humefactum. Erat enim mos, ut nunc quoque est, cicer madefactum circumferre et ociosae plebi uenditare, quo culinae paratius haberent; nec enim decoqui potest nisi mollefactum humore. **Cicer** notum legumen est. Natura eius est gigni cum salsilagine, ideo  
5 solum urit, nec nisi madefactum pridie seri debet. Plura eius genera: est enim arietino capi- (**c. 937**) ti simile, propter quod **arietinum** appellatur album nigrum que; et **columbinum**, quod et **uenerium** uocant, candidum, rotundum, leue arietino minus, quod religio ueterum adhibere peruigiliis solebat. Dulcissimum autem id quod eruo simillimum.  
10 Á cicere **cicerula** deriuatur, quasi minutum cicer inaequalis angulos habens ueluti pisum.

18 Item **Cicero**, non quod primus, qui ea familia sic cognominatus est, in extrema nasi parte eminens quidam quasi cicer habuerit, sed quod hoc genus leguminis optime sit solitus serere. Fuerunt enim ueteres agriculturae studiosissimi. Ideo dona amplissima imperatorum ac fortium  
5 ciuium erant, quantum quis uno die plurimum arare potuisset, populi uero dona quartarium siue hemina farris. Hinc prima cognomina idem sumpta **Pilumni** dicti, qui pilum pistrinis inuenerunt, **Pisones** á pisendo, **Fabii, Lentuli**, Cicerones, ut quisquis aliquod huiusmodi genus optime sereret. Item **Bubulcus** dictus, quod bobus optime uteretur. Á Cicero  
10 **ciceronianus** deducitur.

19 OCIOSAE CORONAE. Ignauae multitudini, quae praeparandi ad coquinam leguminis curam non habet. QVOD CVSTOS DOMINVS QVE VIPERARVM. Aliud uilissimum genus hominum, qui serpentes circumferunt et latine, ut supradiximus, **circulatores** dicuntur. (**f°**  
5 **601r**) VILES. Abiecti, ignobiles. PVERI. Serui. Hi enim salsamenta per urbem uendendo circumferunt.

17,1 Mart. 1,41,6 | 4-9 Plin. nat. 18,124 | 18,2-9 ex Plin. nat. 18,9-10 | 19,1 Mart. 1,41,5-6 | 2 Mart. 1,41,7 | 4 28,56 | 5 Mart. 1,41,8 | Mart. 1,41,8

17,3-5 humore - madefactum *om. ova* || 6 Arietinum cicer *U<sup>2</sup> lemma* || 7 Columbinum cicer *U<sup>2</sup> lemma* || uenereum *o o lemma va*; Venerium cicer *U<sup>2</sup> lemma* || 18,2 quidam] quoddam *a* || 9 Subulcus *o lemma* || 19,4 superius diximus *ova*

**20 SALARIORVM.** Eorum, qui uendunt salsamenta. Salarii á sale appellati sunt. **Sal** uero Graeca uox est, unde ἅλαι salinae dicuntur. Sal omnis aut fit aut gignitur coacto humore uel siccato. Trahitur aqua maris in fossas ad hunc usum factas et siccatur sole. Aliud genus ex aqua maris  
 5 sponte gignitur spuma in extremis littoribus siue scopulis relicta et densata rore; ideo que id genus **spuma** uocatur. Hic et candidior caeteris generibus est et minus acer. Faciunt salem et lacus uasti, ut in Cypro et apud Memphim extractis é lacubus aquis, deinde siccatis sole. Sed et summa fluminum densantur in salem amne reliquo uelut sub gelu fluente,  
 10 ut apud Caspias portas, quae **Salis flumina** appellantur. Ferunt praeterea et calidi fontes et frigidi salem, sicut Pegasei et Volaterrani. Sunt et montes natiui salis, ut in Indis Orcomenus, in quo lapidinarum modo caeditur continue renascens, maius que ex eo est regum uectigal quam ex auro et margaritis. Effoditur quoque é terra pluribus locis palam humore  
 15 densato. Caeditur ibi specularium lapidum modo pondus magnum glebis, quas **micas** uulgas appellat. Carrhis Arabiae oppido muros domosque massis salis faciunt aqua ferruminatis. Cyrenaici tractus **Hammoniaco sale** nobilitantur, ita appellato quia sub harenis inueniatur. Similis est colore alumini, quod schiston uocant, longis glebis neque perlucidis, ingratus sapore, sed medicinae utilis. Probatur quam maxime perspicuus  
 20 rectis scissuris. Adulteratur Siculo, qui in lacu Cocanico nascitur, ideo que et ipse appellatur **Cocanicus**. Sunt et ficticii salis plura genera. Vulgaris plurimus que fit in salinis mari fuso additis riguis dulcis aquae, et in Aegypto ipso mari influente in solum, quando Nili aquis succosum est. Fit et é puteanis aquis in salinas ingestis. Prima densatio Babyloniae in bitumen liquidum cogitur oleo simile, quo et in lucernis utuntur. Detracto illo subest sal. In Chaonia excoquant aquam ad ignem refrigerando que salem faciunt. Galliae Germaniae que ardentibus lignis aquam salsam  
 25 infundunt. Quercus ad hoc optima est, nam per se cinere sincero uim salis reddit. Alibi corilus laudatur. Ita infuso liquore salso carbo etiam in salem uertitur.

20,1 Mart. 1,41,8 | ex Cald. Mart. | Plin. nat. 31,89\* | 2-22 Plin. nat. 31,73-79\* |  
 20,22-21,5 Plin. nat. 31,81-83\* (Arist. [non Theophr. ut Plin.] Meteor. 359b)

20,1 Salaria U<sup>2</sup> o lemma || Salarii ut lemma ponit v || 9 summa U<sup>2</sup> in textu || 13  
 ceditur ov || maius que] que om. v || 16 Caris v Carris a || 17 hamoniacho o || 18  
 Sal Hammoniacus U<sup>2</sup> lemma || appellata v || 23 Vulgaris que plurimus ova ||  
 salinis] salis v || 25 putaneis o || 26 in lucernis] in om. ova

21 Quicunque conficitur igne, sal niger est. Scribit **Theophrastus** quosdam harundinis et iunci cinerem (f° 601v) decoquere aqua solitos, donec exiguum supersit humoris, id que salem esse. Quin etiam **muria**, ita enim aquam salsamentorum uocamus, recoquitur iterum que  
 5 consumpto humore ad naturam suam redit, uulgo in cibis iucundissimus. Salsissimus sal, qui sicissimus, suauius omnium Tarentinus atque candidissimus. Ad opsonium et (c. 938) cibum utilior sal est quisquis facile liquescit; item humidior quia minorem amaritudinem habent. Seruandis carnibus aptior acer et siccus. Fiunt é sale etiam condimenta  
 10 odoribus additis. Sic pulmentarii uicem implet excitans auiditatem inuitans que in omnibus cibis. Quin et pecudes armenta que et iumenta sale maxime sollicitantur ad pastum ob hoc largiores lacte multo que gratiore caseo inde facto. Quamobrem humanior uita sine sale nequit degere adeo que necessaria est res, ut hoc nomen transierit ad  
 15 uoluptatem.

22 Quicquid enim in omni genere gratum est, salem uocamus. Vnde animi quoque solatia appellantur **sales** plurali numero. **Lucanus**: "At soliti lusere sales." Aliquando etiam singulari. **Terentius**: "Qui habet salem, quod in te est." Omnis quoque uitae lepos et summa hylaritas  
 5 laborum que requies non alio magis uocabulo constat. Quamobrem honoribus etiam militaribus interponitur. Siquidem stipendia eorum **salaria** dicimus, quoniam ita necessaria sint, ut homini sal. Quod magis mihi placet quam quod scribit **Vlpianus**, salarium uectigal esse ex eo dictum quod pro solo pendatur. "Siquis enim", inquit, "nemine prohibente  
 10 in publico aedificauerit et id aedificium obstet publico usui, utique is qui operibus publicis procurat, debet id deponere, aut si non obstet, salarium ei imponere." **Ancus Martius** rex salis modia sex milia in congiariis dedit populis et salinas primus instituit. **Varro** usos sale ueteres pulmentarii uice affirmat. Esitasse enim salem cum pane et caseo, quod  
 15 nunc Thusci faciunt cum aquatico pane et malo medico. Maxime autem salis autoritas é sacris ueterum intelligitur, apud quos nulla sacra sine

21,6-7 Plin. nat. 31,85 | 7-15 Plin. nat. 31,87-88\* | 22,2-6 Plin. nat. 31,88\* | 2 Lucan. 2,368 | 3-4 ex Non. 223 (Ter. Eun. 400-1) | 8-12 ex Vlp. dig. 43,8,2,17 | 12-17 Plin. nat. 31,89

21,5-6 uulgo - sicissimus om. ova || 13 gratioso e o || 14 res est ova || 22,12 modia] modici U a.c. modio oa modo v || 13 salinas] -nas U<sup>2</sup> p.c. || 14 enim] -nim U<sup>2</sup> in ras.

**mola salsa** conficiebantur. Sic enim uocabant far tostum sale conspersum, quod eo molito hostiae apergerentur. **Virgilius**: “Sparge molam.”

**23 Flos salis** in totum diuersa res est. Ita enim appellatur quaedam eius fauilla, quae leuissima est humilioris que naturae et crocei coloris aut rufi, ueluti rubigo salis. Eius natura aspera et excalfactoria est. Sudorem cit, aluum soluit in uino. Praeter haec etiam appellatur in salinis **salsugo**, ab aliis **salsilago** tota liquida, marina aqua salsior, ui distans. Salsu- (**P 602r**) ginem etiam siue salsilaginem dicimus humorem cum sapore salis. **Plynius**: “Natura ciceris est gigni cum salsilagine.”

**24** Salis natura est per se ignea, et tamen ignibus inimica, fugiens eos, omnia erodens, corpora uero astringens, siccans, alligans, defuncta ac putrescentia ita uendicans, ut durent per saecula. **Heterocraneas** cum adipe uitulino mirifice sanat. Ita uocant morbum capitis, quum caput inaequaliter dolet tumet que et inter pilos rotunda et humida ulcuscula surgunt et pus mali odoris. Aiunt dentes non erodi neque putrescere, si quis quotidie mane ieiunus salem contineat sub lingua, donec liquescat. Tam uariis praeterea morborum generibus utilis sal, ut factum sit **prouerbium** ‘nihil esse corporibus utilius sale et sole’.

**25** Á sale **salsum** dicimus, quod salis saporem habet siue sale densatum est. Et **salio**, quod est sale condio; á quo **salitum**, quod sale conditum est; et **salsamentum**, quod est sale compositum ad usum ciborum. Á quo **salsamentarii** dicuntur, quos superius asseruimus salarios uocari. Item salsamentarius adiectiuum est significat que id quod ad salsamenta attinet. **Plynius**: “Quin et testis cadi salsamentarii tuis cum axungia uetere mirum in modum prodest.” Et **Salariam uiam**, quoniam illa sal in Sabinos portari consueuerat. Et **salsicorticem arborem**, quam superius diximus á Graecis **haliphleon** uocari. Et **salsedinem**, ipsum salis saporem. Et **salum**, mare á sapore salis. **Virgilius**: “Per que undas superante salo.” Et **Salinas**, urbem Siciliae

**22**,17 P. Fest. 140 | 18 Verg. ecl. 8,82 | **23**,1-7 Plin. nat. 31,90-92\* | 7 Plin. nat. 18,124 | **24**,1-7 ex Plin. nat. 31,98-101 | 9 Plin. nat. 31,102\* [ex quo Isid. orig. 16,2,6\*] | **25**,1 Isid. orig. 20,2,23\* | 4 70,20 | 6 ex Plin. nat. 32,89 | 7-8 Plin. nat. 31,89\* uel P. Fest. 327\* | 8-9 Plin. nat. 16,24\* | 9 12,17 | 11 Verg. Aen. 1,537

**23**,1 res diuersa ova || 3 ex calfactoria o excafactoria v || **25**,6 testis U<sup>2</sup> in textu || 7 in modum] immodum o || Et Salariam] et om. v || 8 consueuerat o consuemat v || 9 haliphleon v

iuxta Lilybaeum abundantem palmis, quod iuxta eam salinae fuerint, hoc est fossae, in quibus fit sal, quae et ipsae á sale nomen habent. Et **salinum**, uasculum in quo sal tenetur tum ad mensae usum, tum ad sacrificia paratum. **Persius**: “Purum et sine labe salinum.” Et **Salentinum**, Italiae promontorium. **Salustius**: “Omnis Italia coacta in angustias scinditur in duo promontoria, Pachinum et Salentinum.” Et **saliuam**, sputum, quod fe- (**c. 939**) re salis saporem habeat. Et **salmacidus**, salis saporem habens. **Plynius**: “Nam nitrosas aquas atque salmacidas ac feculentas addita polenta utiles esse aiunt.”

**26** Quidam etiam á sale siue salo **Salamina** deductum existimant. Est autem Salamin siue Salamina insula in mari Euboico contra Athenas sita, in qua urbs est eiusdem nominis, ubi Thelamon Aiacis et Teucri pater regnavit. Sed qum reuerteretur Teucer á bello Troiano nec inimicos Aiacis ultus fuisset, expulsus á patre in Cyprum nauigauit ibi que urbem aliam condidit nomine Salaminam. Salmoneus Aeoli filius fuit regnavit que apud Helidem, qui qum diuinos sibi honores petulantius quaereret Iouem que in iaciendis fulminibus imitaretur, ab eo fulminatus in infernum detrusus est.

**27** Á uoce uero Graeca, quae salum significat, hoc est ἀπό τοῦ ἁλῶς, **Halicarnasus** dicta urbs Cariae maritima in Minori Asia Argiuorum colonia, in qua Mausoli quondam nobilissimum opus extabat. Á quo **Halicarnaseus** deducitur. Et **Halizones** populi Paphlagonum ἀπό τοῦ ὑπόζωσθαι ἅλι, hoc est quod mari undique circundantur.

**28** Et **halcyones** insigne genus (**f° 602v**) auium uiuentium mari ac in ipso mari nidificantium. Latini **alcedines** uocant quasi algedines, quod frigidissimis temporibus nidificant. **Plautus**: “Iam hercle tu peristi, nisi illam mihi tam tranquillam facis, quam mare est olim, qum alcedo

**25**,14 Isid. orig. 20,4,12\*; 20,6,5\* | 15 Pers. 3,25 | 16 Plin. nat. 3,145\* | Sall. hist. frg. 4,23 ap. Serv. Aen. 3,400 | 19 Plin. nat. 31,36\* | **26**,2-6 Tort. Salamin | 6-9 Hyg. fab. 61\*; Seru. Aen. 6,585\*; Bocc. Gen. 13,52\*; Tort. Salmoneus\* | **27**,1-3 Tort. Halicarnasus | 4-5 Tort. Halizones | **28**,1 Plin. nat. 10,89\* | 2 P. Fest. 7. Tort. alcedo\* | 3 Plaut. Poen. 355-356

**25**,13 ipse o ipsa v || 18 salinum o et o lemma salium v || 19 Salmacidus U<sup>2</sup> lemma: salnacidus U p.c. o salinacidus U a.c. va || ritrosas a || 20 salmacidus U<sup>2</sup>: salinacidus U a.c. ova || **26**,1-9 Quidam - detrusus est U<sup>2</sup> in mg. inf. || 2 Est] Et o || Salanima o || 3 Telamon ova || 6 Salamoneus v || **27**,2 ἄλοσ o αλοσ v || 3 mausolei v || 5 ὑπόζωγαγα ο ὑπζοαι v ὑπόζώσασθαι a || λι v || **28**,1 auium om. U || 2-7 Latini - forum U<sup>2</sup> in mg. sin. || 3 nidificent v



5 pullos educit suos.” Sicut autem ab halcyone halcyonides, ita ab  
**alcedone alcedonia** dicuntur. **Idem**: “Tranquillum est, alcedonia sunt  
circum forum.” Dies partus earum etiam nautae nouere. Ipsa auis paulo  
amplior passere est, colore cyaneo, purpureis tantum et candidis admistis  
pennis, collo gracili ac procero. Hanc auem uidere rarissimum est nec nisi  
10 Vergiliarum occasu et circa solstitia brumam ue naue uisa statim in  
latebras abit. Foetificat bruma, qui dies ab ea **halcyonides** uocantur.  
Tunc mare placidum ac nauigabile est, praesertim Siculum. Faciunt autem  
septem ante brumam diebus nidos et totidem sequentibus pariunt.  
**Ouidius**: “Per que dies placidos hiberno tempore septem Incubat  
15 halcyone pendentibus aequore nidis. Tum uia tuta maris, uentos custodit  
et arcet Aeolus egressu praestat que nepotibus aequor.” Nidi earum  
admirationem habent pilae figura, ore paululum eminenti atque angusto,  
grandium spongiarum similitudine. Ferro intercidi non queunt franguntur  
que ictu ualido ut spuma arida maris nec, unde confingantur, compertum  
20 est; putant é spinis piscium aculeatis. Piscibus enim uiuunt subeunt que  
aliquando in amnes. Pariunt oua quina.

**29** Ab hac **halcyonium** appellatur ex nidis, ut aliqui existimant,  
halcyonum concretum, ut alii, é sordibus spumarum crassescens, alii,  
é limo uel quadam maris lanugine. Quatuor eius genera: cinereum  
spissum odoris asperi; alterum molle, lenius, odore fere algae; tertium  
5 candidius uermiculorum similitudinem habens. **Galenus**: “Σκώληκι μέν  
έστι τὸ σχήμα παραπλήσιον”, hoc est ‘spetie uermiculo simile est’.  
Quartum pumicosius spongiae que putri simile pene purpureum. Hoc ad  
oculorum cicatrices et alia plura medicamenta utuntur.

**30** Sal et masculini generis inuenitur et neutri. **Salustius**: “Neque  
salem neque alia irritamenta gulae habebant.” **Varro**: “Tum sal é penu  
protulit.”

**31** RAVCVS. Propter assiduam clamorem. Nam uociferando circuit  
urbem, ut inuitet emtores. **Rauum** ueteres dixerunt obtusum, á quo

**28,6** Plaut. *Cas.* 26 | 7-21 Plin. *nat.* 10,89-91\* + Tort. *halcyones* (Ou. *met.* 11,745-748) | **29,1-8** Plin. *nat.* 32,86-87 + Galenus *de simpl. medic.* uol. 12, p. 370,18 ed. Kuhn | **30,1** ex Non. 223 | Sall. *Iug.* 89,7 | 2 Varro ? *fr. inc.* 52 | **31,1** Mart. 1,41,9

**28,5** alcyonides a || 10 brumaue v || ue naue] uenaue o || 12 est om. ova || 20 patant a || **29,5-6** μενεσι ο μεν στι ν || 6 αχιμια ο αχιμα ν || παραπλισιον ν παραπλήσιον a || **30,2** habebat a

**raucus**, qui nimio clamore siue alia causa uocem habet obtusam, quemadmodum superius diximus.

**32 COCVS.** Qui cibos coquit et uendit. Sunt enim coci priuati, qui alicui seruientes coquinariam exercent. **Martialis**: “Non satis est ars sola coco seruire palato. Namque cocus domini debet habere gulam.” Sunt etiam coci publici, qui, ut dapes uendant, publice **popinam** tenent, hoc est taberna, in qua dapes coctae et uina uenduntur. Á qua **popinones** dicti et ipsi coci ac **popina-** (f° 603r) **riam** exercentes, et luxu- (c. 940) riosi ac in popinis uiuentes.

**33** Cocus, cuius diminutium est **coculus**, á **coquo** deducitur, notae significationis et interdum pro maturo usurpatur, quando significat maturum facio, unde **cocta poma** matura dicimus, ut superius ostendimus, quemadmodum cruda immatura. Á coquo **coquina** locus, in quo dapes coquuntur; quae et culina et, dum publica est, popina dicitur. Huius diminutium est **coquinula**, ab eo fit **coquinarium**, unde uasa coquinaria dicimus. Et coquinarius homo est, qui coquinariam artem exercet; et **coquinaria**, quum substantium est, ars ipsa; et **coquinor**, uerbum quod significat coquinam facio. **Plautus**: “Neque ego unquam nisi hodie ad bacchas ueni in bacchanal coquinatum.” Et **coctito** frequentatiuum, pro quo Plautus frequenter etiam coquito usurpat. Et **cocta**, aqua de qua superius diximus. **Martialis**: “Vimine clausa leui niueae custodia coctae.” Et **coctium**, quod facile uel coquitur uel maturatur, ut coctiua poma, coctium legumen. Et **coctile**, quod coquendo fit, unde coctilia uasa figulina appellamus. Et cocula uasa aenea coctionibus apta siue, ut quidam putant, ligna minuta, quibus obsõnia facile coquuntur. Et coccentum genus edulii ex melle et papauere factum, quod ad ignem coquatur.

**34** Praeterea á coquo composita fiunt **percoquo**, in totum coquo siue perfecte coquo; **decoquo**, quod modo significat coquo, á quo **decocta**, de qua superius diximus, modo patrimonium ac substantiam omnem consumo, tractum ab iis, qui gulae omnia dedunt. Vnde

**31,4** 16,4 | **32,1** Mart. 1,41,10 | 2 Mart. 14,220 | **33,3** 3,422 | 5 Non. 55\* | 6 Isid. orig. 20,8,1\* | 8-10 ex Non. 85 (Plaut. Aul. 408) | 10-11 ex Non. 509 ? | 12 40,10 | Mart. 2,85,1 | 15 Plin. nat. 35,159\* | 15-18 P. Fest. 39 | **34,3** 40,10

**32,5** popiniones ova || **33,5** quae om. o || 8 cum U || 15-18 Et cocula - coquatur U<sup>2</sup> in mg. inf.

5 **decoctores** dicuntur, qui patrimonio absumpto ad inopiam sunt redacti; et **decoctio** ipsa patrimonii absumptio. Hinc **Crassus** ille, qui primo diues cognominatus est, dictus est decoctor, quoniam substantia omni absumpta decoxisset creditoribus suis. **Plinius**: “Non erat apud antiquos numerus ultra centum milia. Itaque hic et hodie multiplicatur, ut decies  
10 centena milia, aut saepius dicantur. Foenus hoc fecit nummus que percussus. Postea diuites cognominati dummodo notum sit eum, qui primus accepit hoc nomen, decoxisse creditoribus suis.” **Valerius Maximus**: “Quid Crasso? Non ne pecuniae magnitudo locupletis nomen dedit. Sed ei postea inopiam turpem decoctoris superlacione inussit, si  
15 quidem bona eius á creditoribus, quia solidum praestare non poterat, uenierunt. Ita quoque amara sugillatione non caruit. Qum egens ambularet, diues ab omnibus salutabatur.”

**35 Incoquo**, quod proprie significat coquendo applico. Nam qum metallum aliquod deplumbamus uel deargentamus uel deauramus, incoquere dicimur, unde uasa aenea plumbo uel stanno ad ignem illita  
5 **incoctilia** dicuntur. **Plinius**: “Improbiores ad tertiarium additis aequis (**f° 603v**) partibus plumbi albi **argentarium** uocant et eo, quae uolunt, incoquunt.” **Idem**: “Album plumbum incoquitur aereis operibus Galliarum inuento, ita ut uix discerni queat ab argento, ea que incoctilia uocant.” **Idem**: “Deinde et argentum incoquere simili modo coepere equorum maxime ornamentis iumentorum que iugis.” **Recoquo** rursus  
10 coquo, unde uulgo nunc recoctam non inepte secundarium caseum appellant, sero, ex quo lac haustum est, iterum feruefacto et reliquiis in caseum coactis. **Concoquo**, cibos digero, á quo **concoctio** ipsa digestio; siquidem et indigestum cibum crudum dicimus. **Iuuenalis**: “Et crudum pauonem in balnea portas.” Cornelius **Celsus**: “Bis duo potius quam  
15 semel cibum capere et semper quam plurimum, dummodo hoc concoquat.”

**36 Praecoquo**, ante coquo uel ante maturo, á quo **praecox** dicitur fructus, qui ante solitum tempus aliorum huiusmodi fructuum

34,5 ex Gloss. *decoctor* ? | 6 Plin. *nat.* 21,6\* | 8-12 Plin. *nat.* 33,133 | 13-17 Val. Max. 6,9,12 | 35,4 Plin. *nat.* 34,161 | 6 Plin. *nat.* 34,162 | 8 Plin. *nat.* 34,162 | 12 Cato *agr.* 156\* | Cels. 1 pr. 39\* | 13 Ps. *Acr. sat.* 1,5,49 | Iuu. 1,143 | 14 Cels. 1,1,2 | 36,1 Isid. *orig.* 17,5,16; cf. Gloss. *praecoquo* | 1-3 Valla *eleg.* 5,31\* et Tort. *diphthongus, praecox*\*

34,10 fecit v || 11 notum U<sup>2</sup> in textu || 35,3 dicimus ov || 4 incoctile U<sup>2</sup> lemma || 14 pauoaem o

maturescit, ut praecox ficus, praecoces uuae, et praecocia persica.

**Plynius:** "Persica aestate praecocia intra triginta annos reperta et primo denariis singula uenundata." Et per translationem praecox ingenium, quod

ante maturitatem consuetam et nimis cito uidetur adoleuisse. **Quintilianus:** "Illud ingeniorum uelut praecox ge- (c. 941) nus non temere unquam peruenit ad frugem", hoc et **praecoquum** dicitur. Á praecox **praeciae** uuae quasi praecociae dictae sunt, quae cito maturescunt. Coquo uero á cogendo deducitur, quoniam coctum cogendo coerchetur, ut ad utilitatem uescendi perducatur. Cocum et pistorem apud antiquos eundem fuisse manifestum est.

**37 TOMACLA.** Farciminis genus est. **Tomaculum**, quod figurate et **tomaculum** dicitur, fit ex epate suillo minutatim conciso et iam semicocto, oua cruda infunduntur admisto caseo optimo conciso; additur liquamen, piper, anisum, gingiber, uua passa, croci momentum; teguntur omento porcino, coquantur sartagine cum adipe et sapa, coctis superteritur sacarum. **Iuenalis:** "Candiduli diuina tomacula porci." Dictum autem est tomaculum ἀπὸ τοῦ τέμνειν, quod est concidere. Á quo etiam **Tomus** dicitur locus in Ponto, in quo Absyrtius frater a Medea membratim discerptus est. Item tomus proprie fragmentum libri est, quod tamen et pro ipso libro accipitur, praesertim rudi et quasi imperfecto. Et **tomicus**, restis é canapi siue sparto leuiter torta; siue puluillus apponi solitus é conciso canarum canapi, ne restis laedatur. Et **prototomus**, cima brassicae á prima sectione ita appellatus, quae uere fit, est que quidam ipsorum caulium delicatior tenuior que cauliculus, **Apicii** luxuria<e> et per eum **Druso** (f° 604r) Caesari fastiditus, non sine castigatione Tyberii patris. **Columella:** "Sed iam prototomos tempus decidere caules." **Martialis:** "Et faba fabrorum prototomi que rudes."

**36,4** Plin. nat. 15,40 | 5-8 Valla eleg. 4,107 (Quint. inst. 1,3,3) | 9 ex Seru. georg. 2,95 | 10-11 P. Fest. 39 | 11-12 P. Fest. 58 | **37,1** Mart. 1,41,9 | 2 ex Schol. Iuu. 10,355 | 6 Iuu. 10,355 | 7 ex Cald. Mart. | 8-9 Tort. tomos | 10 Isid. orig. 6,8,2\* | 10-12 P. Fest. 357 | 14-16 Plin. nat. 19,137 | 16 Colum. 10,1,1 | 17 Mart. 10,48,16

**36,5** uenundat U a.c.; -a add. U<sup>2</sup> || 6 consuetum a.c. || nimis] minus U a.c. || 8 hoc et] et om. o || 9 quasi U<sup>2</sup> in ras. || 10-12 Coquo - est U<sup>2</sup> in mg. inf., sed non indicat ubi inserendum sit; hic ponunt ova || **37,6** semper teritur ov || 7 est autem ova || concidere U in ras. || 8 Ansytyus o || 11 restis est v || 12 cannarum o || 14 quidem ov || 17 decidere] -ci- s.l.

**38** Et **tomentum**, quod significat lanam illam breuem atque concisam, quae ex uestibus á fullone poliendo detrahitur. Á Graecis **gnaphalon** appellatur, quoniam **cnaphos** frutex est spinosus, quo uestes raduntur, traxit que nomen ἀπὸ τοῦ κνώ, quod est rado, abstergo. Hinc κναφεὺς fullo appellatur. Hinc etiam apud Graecos **gnaphalium**, apud nos tomentum herba appellatur, quam quidam **chamezelon** nominant, cuius folia ita alba ac mollia sunt, ut plane uideantur tomentum et pro tomento usurpentur, quemadmodum etiam é quarundam arborum lanis et sindones fieri, et culcitrae pro tomento impleri **Nearchus** scribit. Culcitrae enim aliquando plumis implebantur, ut nunc quoque fit. **Martialis**: “Lassus Amyclea poteris requiescere pluma, Interior cygni quam tibi lana dedit.” Aliquando tomento. **Idem**: “Leuconicis agedum tumeat tibi culcitra lanis.” Leuconicis lanis inquit, hoc est Leuconico tomento. Optimum quippe tomenti genus erat Leuconicum, á loco ita appellatum iuxta Leontidem, qui Λευκόνιον dicitur; unde et **Leuconium** et **Leuconicum** tomentum appellatur. **Martialis**: “Oppressae nimium uicina est fascia plumae, Accipe Leuconicis uellera missa sagis.” **Idem**: “Culcitra Leuconio quam uiduata suo.” Interdum etiam **gossimpio** seu **xilino** lino.

**39** Nonnumquam summitatibus pallustrium arundinum mollibus et lanae similibus, quod **Circense tomentum** uocatur. **Idem**: “Tomentum concisa palus Circense uocatur. Haec pro Leuconio stramina pauper emit.” **Plynius**: “Leni fastigio aquatica arundo tenuatur in cacumina crassiore peniculo coma neque hac superuacua. Aut enim pro pluma strata cauponarum replet aut ubi limosiore callo induruit sicut in Belgis, contusa et interiecta nauium commissuris ferminat textus glutino tenacior rimis que explendis tenacior pice.” Tales arundines erant in loco palustri circa Circeios; idcirco Circense tomentum uocabatur.

**38**,1 Plin. nat. 8,192\* | 3 Gloss. *tomentum*\* | 5-8 Plin. nat. 27,88\* | 8 Theophr. hist. plant. 4,7,7\* | 10 Nearchus ap. Strabonem [G.] 15,1,20 (=FGrH 133,19) | 11-12 Mart. 14,161 | 13 Mart. 11,56,9 | 17-18 Mart. 14,159\* | 18 Mart. 11,21,8 | 19 Plin. nat. 19,14 | **39**,2-3 Mart. 14,160 | 4-8 Plin. nat. 16,158

**38**,3 gnaphos ova || 4 radunt a.c. || ἀπὸ τοῦ κνώ om. v || tado v || 5 κναφας ο κιαφας v κναφεὺς a || 6 camezelon o lemma camezeon v chamaezelon a || 9 ramis post arborum ponunt ov || 10 Nearchus v || 15 λευκονιον ο λασκονιον v || 16 et Leuconium om. v || 18 fagis v || 19 gossimpio p.c. || **39**,2 Tomentum Circense U<sup>2</sup> lemma || 6 cauponarum U<sup>2</sup> in textu: cauponorum v || replet v

**40** Quin etiam foeno interdum culcitrae á pauperibus replebantur. **Martialis** de culcitra foeni: "Fraudata tumeat facilis tibi culcitra pluma. Non uenit ad duros pallida cura toros." Sed haec genera **mattae** potius quam culcitrae dicuntur, quamuis culcitrae generali nomine uocari possit  
 5 omne stragulum, in quo aliquid quiescendi causa inculcatum sit, mattae uero duntaxat, in quibus (**f° 604v**) stuppa uel foenum uel lanae rudiores aut (**c. 942**) aliquid simile sit insertum, fiunt que interdum é canabi aut scirpo. **Ouidius**: "At dominus 'discedite' ait plastro que morantes Sustulit; in plastro scirpea matta fuit."

**41** Item ab eodem **epitome** deducitur, quod significat opus recisum atque abbreviatum; á nostris compendium appellatur. Item **atomus**, de quo superius diximus, minutissimum quid et indiuisibile.

**42** FVMANTIA. Adhuc calida. Talia enim uenundari solent, nam refrigerata perdunt saporem. TEPIDIS. Calidis. **Tepidum** proprie dicitur, quod temperatum est, hoc est medium inter calidum et frigidum, unde interdum pro calido accipitur. **Lucretius**: "Tepidis que caminis."  
 5 Interdum pro frigido, praesertim quando per metaphoram transfertur ad alia. **Plautus**: "Hic homo factus est tepidior", hoc est frigidior, segnior. Hinc etiam aliquando pro inutili siue nocuo ponitur. **Virgilius**: "Vnde cauae tepido sudant humore lacunae." Hinc **tepidior**, **tepidissimus**, **tepede**, **tepidius**, **tepidissime**. **Tepidarium**, uas, in quo aqua  
 10 temperatur, siue cella, in quam ex balneis exeuntes ingrediuntur. **Tepor**, ipsa, ut ita dicam, tepiditas; et **tepeo** uerbum, á quo **tepesco**, et compositum **subtepeo**, á quo **subtepidum** et **subtepede** aduerbium. Item á tepidum diminutium **tepidulum** et aduerbium tepidule.

**43** POETA VRBICVS. **Poetae urbici** dicuntur uiri ignobiles, qui urbes peragrant canentes ad lyram in triuiis uersus fabulosos atque uulgares atque ita captantes uulgi aures quaestus gratia.

**44** NON OPTIMVS. Pessimus. Nam et in hoc hominum genere gradus sunt, quidam enim sunt ingeniosiores, quidam rudiores. OPTIMVS.

40,2-3 Mart. 14,162 | 5 P. Fest. 50 | 8 Ou. *fast.* 6,679-80 | 41,1 Tort. *epitoma*\* | 3 18,12 | 42,1 Mart. 1,41,9 | 2 Mart. 1,41,10 | 3 ex Sen. *epist.* 92,21 | 4 ex Lucr. *frag.* 3,1 ap. Char. *gramm.* p.58,24 ? | 6 Plaut. ? *fr. inc.* 197 | 7-8 Seru. et Verg. *georg.* 1,117 | 10 ex Vitr. 5,10 | 43,1 Mart. 1,41,11 | 44,1 Mart. 1,41,11

40,2 Fundata ova || 4 quam] nam a || dicuntur, quamuis culcitrae om. ova || possunt a || 7 canabi U<sup>2</sup> in textu || 8 dominus U<sup>2</sup> p.c. || 42,6 Hic] Hinc ov || 12-13 á quo - tepidule add. U<sup>2</sup> in mg. dextr.



**Bonus** nullum ex se facit comparatiuum aut superlatiuum, sed pro comparatiuo eius **melior** usurpatur, pro superlatiuo **optimus**. Illud á melle deductum existimant, ut sit melior quasi suauior. Hoc uero ab opto, ut dicamus optimum quasi optatissimum. Vel ab opimo siue ab opibus siue ab ope, quasi optimum sit quod pinguissimum uel quod opulentissimum uel quod maxime opiferum. Vnde **optimates** dicuntur, qui primum in ciuitate locum tenent, uel quod opulentiores sunt et in maiori censu, uel quod in primis opem ferre possunt oppressis. Et **optimitas** pro utilitate siue commodo usurpatur. **Plautus**: “Maximas optimitates gaudio effertissimas Suis heris ille unà mecum pariet.” **Idem**: “Iupiter supreme, seruas me meas que auges opes. Maximas optimitates opiperas que offers mihi, Laudem, lucrum, ludum, iocum, festiuitatem, ferias, Pompam, penum, (**f° 605r**) potationes, saturitatem, gaudium.”

**45 IMPROBVS MAGISTER.** Lasciuiae artifex. É Gadibus enim, ut superius diximus, praecipue que ex oppido Didyma, ioculatores, saltatores, dicaces, item puellae saltatriculae, tibicinae, lasciuiae in urbem confluebant et hae artes praecipuae in ea insula docebantur. **Martialis**: “Nec de Gadibus improbis puellae Vibrabant sine fine prurientes.” **DICAX.** Cinaedi etiam dicaciores sunt et linguae lasciuioris ob continuam inpuentiam et uitae turpitudinem.

**46 QVARE DESINE IAM TIBI VIDERI.** Ordo est: ‘Quare, o Caecili, desine iam uideri tibi id esse quod tibi soli uideris, talis scilicet esse qui possis salibus tuis uincere Galbam et ipsum Tettium Caballum.’ **DESINE.** Cessa. **Sinere** enim omittere siue permittere est. **Varro**: “Sine is ad pubertatis annos perueniat.” **Actius**: “Sine me, uiuere sine te possum.” Desinere uero interdum cessare. **Virgilius**: “Desine me que tuis incendere te que querelis.” Interdum terminare, unde desinentia apud grammaticos pro terminatione accipitur. Sino autem á sine praepositione deductum esse existimant, qum nihil aliud sit sinere aliquid quam sine illo facere. **Sine** uero á si coniunctione et negandi aduerbio esse compositum, quod

44,3 ex Varrone *ling.* 8,75 uel Char. gramm. p. 113,18 | 5 Scaur. gramm. VII,25,1\* | 9 Gloss. *optimates* (gr.)\* | 10-15 Non. 146 (Plaut. *Asin.* 282[-83] + Plaut. *Capt.* [768-] 769 [-771])\* | 45,1 Mart. 1,41,12 | 2 6,135; 137; 139-40 | 5 Mart. 5,78,26-27 | Mart. 1,41,13 | 46,1 Mart. 1,41,14 | 4 Gloss. *sino*\* | Varro ? *fr. inc.* 53 | 5 Accius ? *fr. inc.* 12 | 6 Gloss. *desino*\* | Verg. *Aen.* 4,360 | 8-9 ?

44,8 quod maxime] quod *om.* v || 13 serua o || auge o || 45,5 fine *om.* U || 6 dicatores U dicatōres o || 46,4 is] his v || 5 Accius a || 6 incendere U<sup>2</sup> in l.

significat **absque**, quod ab abs et que compositum (**c. 943**) est. **Virgilius**: “Te sine nil altum mens inchoat.”

**47 GALBAM ET IPSVM TETTIVM CABALLVM.** Galba et Tettius non tam urbanitatis dignitate quam scurrillitate iocorum clari fuere, quibus tamen comparare se posse **Caecilius** stulte atque impudenter existimabat. **Galba** Augusti temporibus fuit et scurrillitate cum **Sarmento** certauit. **Martialis**: “Ille suo foelix Caesare Galba fuit.” **Iuuenalis**: “Quod nec Sarmentus iniquas Caesaris ad mensas nec uilis Galba tulisset.” Nam sarmentum neutro genere est uirga inutilis á uite abscissa, hoc est purgamentum uitis, unde et sarpa uinea putata dicitur. Nam sarpere antiqui pro purgare usurpabant. **Tettius** uero **Caballus** sub **Vespasiano** et filiis claruit et propter scurrillitatem á calcitratu Caballi cognomen adeptus est, quemadmodum Iunius Bassus, homo in primis dicax, per eadem fere tempora **Asinus Albus** uocitatus est.

**48 NASVM.** Acrimoniam ad deridendum. **STOLIDA.** Inepta, insulsa, illepida. **Stolidi** proprie dicuntur, qui proxime accedunt ad naturam sensum que pecudum. Interdum tamen, ut A. **Gellius** scribit, stolidum pro excordi, tetro, molesto, illepido ponimus. Ab hoc **stolidior**, **stolidissimus** et aduerbia **stolide**, (**f° 605v**) **stolidius**, **stolidissime** et stoliditas deducuntur, et **stolones**, inutilis et quasi stolida fruticatio ex arborum radicibus. **Plynius**: “Fuere ab arboribus cognomina antiquis, ut **Fronديو** militi illi, qui praeclara facinora Vulturum transnatans fronde capiti imposita aduersus Annibalem aedidit, **Stolonum** Liciniae genti. Ita enim appellatur in ipsis arboribus fruticatio inutilis, unde et pampinatio inuenta primo Stoloni nomen dedit.” Est enim obiter **pampinatio** resecatio pampinorum, hoc est uirgultorum procedentium ex arboribus uitibus que cum foliis. Vnde **pampineum** dicimus, quod totum ex pampinis constat; et **pampinosum**, quod pampinis est referctum, et **pampino**, resecō, á quo **expampino** compositum.

**46,12** Verg. *georg.* 3,42 | **47,1** Mart. 1,41,16-17 | 4 Schol. *Iuu.* 5,3\* | 5 Mart. 10,101,2 | 6-7 *Iuu.* 5,3-4 | 7-9 P. Fest. 323\*, ex quo Cald. *Mart.* | 9-11 ex Cald. *Mart.* | 11-12 ex Quint. *inst.* 6,3,57 | **48,1** Mart. 1,41,18 | Mart. 1,41,19 | 2-3 *Valla eleg.* 4,113 | 3 *Gell.* 18,4,10 | 6 *Plin. nat.* 17,7 et *Gloss. stolones\** | 7-12 *Plin. nat.* 17,7 | 12-13 ex *Isid. orig.* 17,5,10 uel *Gloss. pampinatio. pampinus* | 14-16 *Hug. pando\**

**47,1** tertium v || 7-9 Nam - usurpabant *add. U<sup>2</sup> in mg. inf.* || 7 Nam sarmentum] Sarmentum enim v || 9 Tettius Caballus *U<sup>2</sup> lemma* || **48,4** excordi] -cordi *U<sup>2</sup> in l.* || 13 producentium v

**49** Et **stultus**, quod proprie significat imprudens, improuidus. Nam et multi non insipientes aliquando stulte aliquid uel loquuntur uel agunt. Ab hoc fit **stultior**, **stultissimus**, et aduerbia **stulte**, **stultius**, **stultissime**. Item **stultitia** et **stultiloquus**, qui stulte loquitur.

5 **Stultorum feriae** appellabantur Quirinalia, quod eo die sacrificabant ii, qui solenni die aut non potuerant rem diuinam facere aut ignorauerant. Quidam stultum á fatuo ita separant, ut **fatuus** plus sit quam stultus, hoc est insipiens et qui uel fari nescit uel alios fantes non intelligit. **Afranius**: “Ego stultum me existimo, fatuum esse non opinor.” Á fatuo **fatue**

10 aduerbium et **fatuitas** deducuntur et **Fatua** dea et **Fatui** et **infatuo**, de quibus superius diximus. Quidam ab insipiditate fatuos dictos existimant, quod **fatui cibi** uocentur, qui carent sapore. Sed plane contrarium est. Fatui cibi dicuntur insipidi á fatuis, hoc est insipidis uel potius insipientibus hominibus.

**50** PROCACITATE. Linguae petulantia. NON EST TETTIVS ILLE SED CABALLVS. Non est Tettius cognomento Caballus, sed est uere caballus, hoc est, non est homo, sed belua. **Caballus** equus est, á quo **caballinus**. **Persius**: “Nec fonte labra prolui caballino.”

#### DE PORCIA. EPIGRAMMA LXXI.

**1** CONIVGIS AVDISSET FATVM. Exemplo Porciae docet uolenti mori negari mortem non posse. In quo eorum philosophorum opinionem sequitur, qui existimarunt in rerum acerbitate quieti (**c. 944**) animi (**f° 606r**) morte esse consulendum. **Porcia** Catonis Vticensis filia fuit et

5 **Bruti** uxor, qui Caesaris interfector fuit. Hunc qum audisset post praelium cum Augusto et Caesarianis in Philippicis campis commissum gladio sibi mortem consciuisse, mori et ipsa statuit, sed qum arma á domesticis subtraherentur, haustis carbonibus et obstructo ore confestim extincta est.

**49,1-2** Valla *eleg.* 4,113\* | 5-7 P. Fest. 316 | 7 Valla *eleg.* 4,113\* | 8 Isid. *orig.* 10,103\* | 9 Afran. *com.* 416 ap. Isid. *orig.* 10,246 uel *diff.* 1,500 | 11 1,194 | 11-12 Valla *eleg.* 4,113\* | **50,1** Mart. 1,41,19 | 1-2 Mart. 1,41,20 | 3 Gloss. *caballus* | 4 Pers. *prol.* 1

**71,1,1** Mart. 1,42,1 | 4-8 Val. Max. 4,6,5\*, u. et introd.

**49,7** Stultum quidam v || 10 deducitur v || **50,1** TERTIVS v || 2 Tertius v  
**71 tit.** EPIGRAMMA LXXI. DE PORCIA. a || 1,7 á] in v

**2 FATVM. Mortem. DOLOR.** Ipsa Porcia dolore ob mariti necem affecta. SVBTRACTA. Quae domestici et familiares, ne se interficeret, subtrahebant. AIT. Dixit. Quidam haec ita distingunt, ut proprie ait de his dicamus, qui uana loquuntur, dixit uero de his, qui ualidiora. **Terentius:**  
 5 “Quem amicum tuum ais fuisse istum, explana mihi.” Aliquando aio pro affirmo accipitur. **Idem:** “Ait, aio, negat, nego.”

**3 CREDIDERAM SATIS HOC VOS DOCVISSE PATREM. Catonem Vticensem.** Hic enim qum post uictoriam Caesaris mori destinasset, simul atque animaduertit gladium, quem parauerat, filii sui iussu ablatum fuisse, uocato seruo eum sibi iussit reportari. Qua re intellecta, qum filius  
 5 ad eum cum quibusdam familiaribus uenisset, torua eum fronte Cato aspiciens “Tu ne”, inquit, “insanum me putas, qui non rationibus, sed ui me compellere niteris. Cur uero parentem non alligas atque in uinculis tenes? Sed nihil agis, mihi crede. Neque enim mihi ad mortem, qum ita statuero, opus est ense. Nam si breui temporis spatio spiritum praeclusero,  
 10 si parieti caput illisero, mori possum.”

**4 ARDENTES FAVILLAS.** Igneos carbones. Partem pro toto posuit. Hoc genus mortis, ut **Plutarchus** scribit, et Nicolaus philosophus et Valerius tradiderunt. I NVNC. Elegans loquendi modus, de quo superius diximus, qum leue aliquid seu stultum factum uolumus declarare.

#### IN MANCINVM. EPIGRAMMA LXXII.

**1 BIS TIBI TRICENI.** Mancini auaritiam carpit, qui sexaginta familiaribus ad coenam uocatis, unum duntaxat aprum apposuerat et eum perexiguum, nec ex eo quicquam distribuerat. Merito ergo imprecatur, ut deinceps nullus ei aper, sed ipse apro dilaniandus apponatur. PRAETER

2,1 Mart. 1,42,1 | Mart. 1,42,2 | 2 Mart. 1,42,2 | 3 Mart. 1,42,3 | 3-5 Don. et Ter. *Phorm.* 380 | 6 Ter. *Eun.* 252 | 3,1 Mart. 1,42,4 | 3-10 ex Plut. *Cato minor* 68,2-8 tr. Leonardus Arretinus; u. introd. | 4,1 Mart. 1,42,5 | 2-3 ex Plut. *Brutus* 53,5 tr. Iacobus Angelus (Nicolaus Damascenus FGrH 90 F 99; Val. Max. 4,6,5), u. introd. | 3 22,7

72,1,1 Mart. 1,43,1 | 1-4 u. introd. | 4 Mart. 1,43,2

2,3-6 AIT - nego add. *U<sup>2</sup> in mg. dextr.* || 3 de iis a || 4 de iis a || 5 Quem] Qum o cum v || 3,7 aligas o

72 tit. EPIGRAMMA LXXII. IN MANCINVM. a

- 5 APRVM. Excepto apro. **Praeter** praepositio est accusatiuo casui seruiens et á prae deducitur sicut á pro **propter**. Significat autem idem fere quod **absque** et **ultra** et **ante** et **supra** et **citra**. Ab eo fit compositum **praeterea**, quod est aduerbium ordinis, et **praeterpropter**, (f° 606v) de quo supra diximus. Et praeter spem dicimus ex insperato, et praeter  
10 opinionem ex inopinato.

- 2 NON QVAE DE TARDIS. Sensus est: 'Ne uilia quidem nobis apposita sunt, et quae dari in conuiuio á rusticis consueuerunt.' DE TARDIS VITIBVS. De uitibus ex quibus uuae tardae colliguntur. Et **duracinas uuas** intelligit, non quia uino insignis sit, sed quia sine ullis uasis in uite seruat. Tanta est contra frigora, aestus, tempestates que firmitas. **Martialis**: "Non utilis cyathis et inutilis uua Lyaeo. Sed non potanti me tibi nectar ero." **Augustus** in epistolis: "Dum lectica ex regia domum redeo, panis unciam cum paucis acinis uuae duracinae comedi." Duracinae á duritie, hoc est firmitate corticis dictae sunt. Durum enim  
10 proprie solidum ac firmum dicimus. **Virgilius**: "Sed duris genuit te cautibus horrens Caucasus." Est que eius contrarium molle. Sed per metaphoram durum aliquando pro aspero ac nocenti ponimus. **Lucillius**: "Et saeuo ac duro in (c. 945) bello optimus hostis." **Virgilius**: "Aut durum tineae genus." **Idem**: "Res dura et regni nouitas me talia cogunt  
15 Moliri." Aliquando pro patiente ac perseuerante. **Idem**: "Scipiadas duros bello." Interdum pro immiti, crudeli. **Idem**: "Quid, iuuenis, magnum cui uersat in ossibus ignem Durus amor?" Ab hoc fit **praedurus**, hoc est ualde durus; et **duricies**, hoc est firmitas, soliditas, item asperitas, crudelitas, quae et **duricia** dicitur; et **dure** ac **duriter** aduerbia, quae  
20 ita á quibusdam separantur, ut duriter sit sine sensu laboris, dure uero crudeliter; et dure in alterum, duriter in nos aliquid faciamus. **Terentius**: "Vitam parce ac duriter Agebat."

1,5 ex Prisc. gramm. III,42,28-43,1; 343,11 | 7 ex Gloss.<sup>L</sup> Ansil. PR 1084-86 + Non. 529 ? | 9 1,460 | 9-10 ex Synon. Cic. p. 444,18 | 2,1 Mart. 1,43,3 | 2 Mart. 1,43,3 | 3-7 u. introd. (Mart. 13,22) | 7 August. Suet. Aug. 76,2 | 9 u. introd. | 9-11 Non. 285 (Verg. Aen. 4,366-67) | 12-17 Non. 285 (Lucil. 973; Verg. georg. 4,246; 2,170; 3,258-59)\* | 13-14 Verg. Aen. 1,563-64 | 17 Char. gramm. p. 235,12 | 19-21 Don. Ter. Andr. 74 | 22 Ter. Andr. 74-75 ap. Non. 512

2,1-2 DE TARDIS - consueuerunt om. ova || 3 tardae] tardo a.c. || 4 duracinae] duraciae v || 6 utilis] habilis ova edd. || 8 domum] dum ova || 9 Duracinae] duraciae v || 11 molle] Mole v || 12 aspro v || 13 imbello o in hello v || 19 crudelitas que ov || 20 separantur o || 21 faciamus] facimus U. a.c. v

3 Et **duro** uerbum, quod aliquando significat firmo, solido. **Plynius**: “Qui assiduo labore et partim aestu, partim frigore durant corpora.” Aliquando patienter fero. **Virgilius**: “Durate et uos met rebus seruate secundis.” Non numquam perseuero. **Terentius**: “Non hercle hic  
5 qui uult durare quisquam sic sit potens.” Et **durabile**, quod durare potest, cuius contrarium est **indurabile**. Item á duro **dureo**, hoc est durus fio, á quo **duresco**. Item composita **induro**, quod est durum facio, cuius passiuum est **induror**, et ab eo **indureo**, á quo **induresco**. **Obduro** eiusdem significationis, á quo passiuum **obduror**. Subduro,  
10 parum duro, á quo **subduror**.

4 TARDIS. Etiam pro perseuerantibus et diuturnis possimus accipere. Nam **tardum** (f° 607r) proprie pigrum et lentum dicimus. **Virgilius**: “Saepe oleis tardi costas agitator aselli Vilibus aut onerant pomis.” Per metaphoram tamen aliquando pro perseueranti ac diuturno  
5 ponimus. **Idem**: “Media fert tristis succos tardum que saporem.” Aliquando pro denso et crasso. **Idem**: “Vdo sub robore uiuit Stuppa uomens tardum fumum.” Non numquam pro rudi et stulto. **Idem**: “Tardi uenere subulci.” **Terentius**: “Tardus est”, idest stultus. Ab hoc fit diminutiuum **tardiusculus** et **tardior**, **tardissimus**, **tarde**  
10 aduerbium, quod et **tardo** dicitur, á quo **tardius**, **tardissime** et **tardiuscule** aduerbium. Item **tarditas**, lenticia, pigricia, quae et **tarditudo** et **tardicies** dicitur. **Actius**: “Atque eccos segni somno et tarditudine.” **Idem**: “Multa mittuntur tardiciae et socordia.” **Plautus**: “Deuicisti cocleam tarditudine.” Item **tardigradus**, de quo superius  
15 diximus, et **tardiloquus**. **Tardiloquentia** notae significationis. Item **tardo** uerbum quod modo significat moror, tardus sum, modo remoror,

3,2 ex Plin. nat. 14,40? | 3-4 Seru. et auct. Aen. 1,207\* + Don. et Ter. Ad. 554 (Verg. Aen. 1,207)\* | 7 Prisc. gramm. II,397,12\* | 4,1 Mart. 1,43,3 | 2-5 Non. 410 (Verg. georg. 1,273[-74]; 2,126)\* | 2-17 lemmata in et composita cum *tard-* cf. Hug. *tardo* | 6-7 Seru. Aen. 5,682 et Verg. Aen. 5,681-82 | 7-8 Seru. et Verg. ecl. 10,19\* (Ter. Haut. 776) | 11-14 ex Non. 181 (Acc. trag. 69; 278; Plaut. Poen. 532) | 14 2,175

3,2 Quia assiduo a || 7 duru fio o || 8-9 induror-obduror] bduror v, *duabus lineis, ut uidetur, omissis* || 10 sbduror v; *post eam uocem inseruit uersuti, fallaces, maliciosi, calidi, ueteratores, uafri quasi sine flexu et aliquam plicatione. RECTI, perfectio* || 4,2 *tardum om. ov* || 9 *tardiusculus*] -us- *U<sup>2</sup> s.l. et in textu et in lemmate* || 10 quod et] et *om. ov* || 11 *tardiuscule*] -us- *U<sup>2</sup> s.l. et in textu et in lemmate* || 12 *Accius a* || 13 *Idem*] Item v || *mittuntur U<sup>2</sup> in L* || 13-15 *Plautus - et add. U<sup>2</sup> in mg. sin.* || 15 et *tardiloquus*] Item t. *U a.c. et tardilocus v*



quod potius per compositionem **retardo** dicimus, á quibus tardatio et retardatio.

5 **5 MELIMELA.** Mala dulcia, de quibus superius diximus. Haec á celeritate maturescendi **mustea** dicuntur et á sapore melleo **melimela**. Graeci enim μέλι mel uocant, μήλα mala. Vulgo uero **mala nana** appellunt, quod arbores ea ferentes pomiliae sunt. Graeci μέλι per simplex  
 5 'I' scribunt, nos duplicamus ad differentiam, ut opinor, eius animalis, de quo superius diximus, quod melis dicitur et per simplex 'I' scribitur. Malorum plura genera sunt: **Matiana**, **Gestiana**, **Manliana**, á Matio Gestio que et Manlio appellata, quod ii huiusmodi pomis inserendis insignes fuissent. Similiter ab Appio é Claudia gente **Appiana** sunt  
 10 cognominata. Odor his maximus est fere cotoneorum, magnitudo non multo inferior, sed **Claudianis** rubeus color. **Sceptiana** á Sceptio libertino eorum primo insitore, insignia rotunditate. **Quiriana** á Quirio, et quae Cato tradit in doliis optime condi, **Scantiana**. Praeterea parua gratissimi saporis **petisia**. Item quae á patria nomen habent, **Camerina**  
 15 et **Graecula** et á Sentino patria mea **Sentinatia**, quae uulgo ab Apennino ad urbem **Saxoferratia** dicuntur. Veteres ea á colore **serica** uocabant.

**6** Caetera á causis traxere nomen. **Rosea** á colore odore que rosarum, excellentia apud Sentinates meos et in alterum annum durantia. **Gemella** quod numquam fere singula (**c. 946**) in foetu nascantur ab Appiorum similitudine. **Melappia** maiora Appiis uulgo **Appionia**  
 5 uocata. (**f° 607v**) Á figura orbis in rotunditatem circumacti, **orbiculata**, quae Graeci á patria **Epirotica** nominant. Á situ, quod fere in omnibus pomariis inserantur odore, colore sapore que insignia, **paradisea**; nam Graeci παράδεισον pomarium uocant. Ab effigie mammaram **orthomastica**; ὀρθὸν enim Graeci rectum, μαστὸν mammam appellant.  
 10 Á conditione castrati seminis **spadonia**, quae uulgo á caporum similitudine **capuncula** uocitant. Á foliis **melgemella**; folium enim

**5,1** Mart. 1,43,4 | **6,9**, cf. 4,188 (app. crit.) et introd. | 1-2 Plin. nat. 15,51\* | 3 Tort. *melimella*\* | **6** 4,180 | 7 Plin. nat. 15,47 | 7-15 Plin. nat. 15,49-50\* | **6,1-17** Plin. nat. 15,50-52\* | 8 Tort. *paradisus*\*

**5,2** melleo] melis ov mellis a || 3 μεδι ν || μιλα ν || 4 fomiliae ν || 6 dicitur et U<sup>2</sup> in l. || 7 Martiana ν || 8 quod ii] U p.c. || 10 his] iis ova || 11 Claudianus ν || Septiana o et o lemma || **6,4** Mellapia o lemma Melapia ν || apiis ν || 7 colore om. ova || paradissea ν || 8 παράδεισον U<sup>2</sup> παραδεισον o παραλεισον ν || 9 μασον ν

unum aliquando et geminum erumpit é latere medio. Quod celerrime in rugas marcescant, pannicea. Quod stolidè tumeant, **pulmonea**, uulgo **centum solida** dicta; quae prima adueniunt et ueluti decerpi properant  
 15 quasi statim liquescentia, á farina **farinacea** uocantur. Omnia fere partibus, quae á sole fuerunt, aliquantulum rubent. Ea, quibus sanguineus est color, originem á mori insitu habuisse existimant.

7 FAVIS. Melle recentí. **Fauis** enim, ut superius diximus, proprie cellae sunt, quas apes construunt, ut melle impleant, á fouendo dicti, quod in iis foetus suos foueant. **Plynius**: "Primum itaque fauos construunt, ceram fingunt, hoc est domos cellas que faciunt." **Virgilius**: "Pars intra  
 5 septa domorum Narcyssí lachrimam et lentum de cortice gluten Prima fauis ponunt fundamenta, deinde tenaces Suspendunt ceras, aliae faurissima mella Styphant." **Plynius** iunior: "Bucellam panis dedit et fauum mellis," hoc est frustum operis apiarii melle plenum. Á fauus fit diminutium **faulus**. **Plautus**: "Meus dulciculus fauulus."

8 PIRA. Horum quoque multa genera sunt. **Superba**, quae á mosci odore **moschatula** dicuntur, et á celeritate aduentus, quasi principatum tenere uelint, **superba**; parua enim haec sunt, sed ocissima gratissimi que et odoris et saporis. **Moschum** ignorarunt ueteres nihil que aliud est  
 5 quam sanies animalis, quod Arabes eodem nomine appellant. Ignotum id quoque ueteribus fuit: paruum est, muris fere effigie, binos duntaxat dentes in superiori mandibula et totidem in inferiori habens eos que ad interiora recuruos. Oritur in eius corpore apostema sanguinolentum iuxta umbilicum, id que putrescens cum pelle excidunt, uesicae instar sanguine  
 10 plenae. Quae exsiccata gratissimi odoris est et inter primas hominum

7,1 Mart. 1,43,4 | 3,193 | 2 P. Fest. 88 | 3 Plin. nat. 11,14 | 4-7 Verg. georg. 4,159-64 | 7 ex Plin. Val. (non Plinius minor) 1,5,18 ? | 9 Plaut. ? fr. inc. 198 | 8,1 Mart. 1,43,5 | 3-4 ex Plin. nat. 15,53 | 4-11 ex Paulo Veneto 1,62; cf. Tort. muschus\*

6,13 stolidae ov || timeant ov || 14 hercerpi v || 17 amorí v || in situ ov || 7,1 mele v || 5 septa] scepta a.c. || lachrimam] -h- s.l. || 7 dedit et] dedit v || 8 appiarii o || fauus] fanus o faus v || 9 diminutium o || 8,1 musci U a.c. || 2 moschatula] -h- U<sup>s</sup> s.l. et in textu et in lemmate; utroque muscatula a.c. || principatus ova || 4 Moschum] -h- U<sup>s</sup> s.l. et in textu et in lemmate; utroque muscum a.c. || 5 post animalis del. parui || 6-8 paruum - recuruos add. U<sup>s</sup> in mg. dextr. || 8 a postema o || 8-9 sanguinolentum - umbilicum add. U<sup>s</sup> in mg. sin. || 9 cum pelle U<sup>s</sup> s.l. || sanguine U<sup>s</sup> p.c. || 10 quod exsiccatum U a.c. ova

delitias habetur cibus, unguentis, medicinis passim adhibita. **Muscus** uero est lanugo uiridior, quae in fontium marginibus frequens esse solet. Vnde **muscosi** fontes dicuntur. **Virgilius**: “Muscosi fontes et somno mollior herba.”

9 Sunt secundo loco **Crustumina** omnibus gratissima á Crustumino agro Thusciae, ut quidam uolunt, cognominata. Franguntur facillime, unde uulgo á glacie nomen <**glaciolorum**> sumpsere. Proxima his bonitate **Falerna**, ru- (**f° 608r**) biginosi corticis, sed á potu  
5 ita appellata, quoniam mira uis succi abundat. Quidam haec ob eandem causam **lactea** uocant, alii á colore **Syriaca**. Vulgo nunc **coroella** dicuntur. Praeter haec **curmundula** gratissimi et ipsa saporis, corticis tenerrimi, propter quod á plerisque nequaquam detracto corio eduntur, unde nomen habent. Item **decumana** uulgo nota; quibus similia, sed  
10 differentia bonitate pseudo decumana appellantur. **Dolobelliana** longissimi pediculi ab insitore Dolobella, **Pomponiana**, quae cognomine mammosa appellantur, á mammaram similitudine. **Liceriana**, **seueriana**, **tyranniana**, **fauoniana**, rubra et paulo superbis maiora, **lateriana**, **aniciana**. Post haec autumnalia, acidulo sapore iucunda,  
15 quae á Tyberio principe **Tyberiana** sunt dicta. Patriae nomen habent **Amerina**, **Picentina**, **Numantiana**, **Alexandrina**, **Numidiana**, **Graeca**, **Tarentina**, **Signina**, quae alii á colore **testacea** appellant, sicuti **onychina**, purpurea; ab odore **myrrhappia**, **lau-** (**c. 947**) **rea**, **nardina**; á tempore **hordearia**; á collo **ampullacea** et **coriolana**; á  
20 forma **cucurbitana**, á succo **acidula**. Incertam nominum causam habent **barbarica**, **ueneria**, quae **colorata** dicuntur, **regia**, quae minimo pediculo ueluti sessilia sunt, **patricia**, **uoconia** et, quae **Virgilius** á Catone sumpsit, **uolena** et **sementina** et **mustea**.

10 Est et aliud pitorum genus suauiissimum in hyemem durans, succosum, grande, coloratum, quod **pontificium** dicitur. Item aliud, quo nullum inter omnia sapore acerbius est, si crudum edatur, nullum

8,11-14 u. introd. + Verg. ecl. 7,45 ex Seru. ad l.\* | 9,1-20 ex Plin. nat. 15,53-55 | 20-23 Plin. nat. 15,56\*

8,11 medicis v || 11-14 Muscus - herba add. U<sup>o</sup> in mg. inf. || 9,3 glaciolorum suppl. Pade ex U<sup>o</sup> lemmate Glaciola || 4 Proximas v || 5 appellant v || 12 à om. a || 16 Alezandrina v || 19 hordeacea a || ampullacea U<sup>o</sup> lemma, o lemma et a; ampulacea ov || 21 ueneria o o lemma va || 22 minimo] nimio ova || 10,1-2 suauiissimum - aliud add. U<sup>o</sup> in mg. sin.

5 iucundius, si coctum: **amabilia** haec uocant, uiridia sunt et uisu quoque horrida; durant in alterum annum. Fiunt ex iis coppuli et pulmentaria miri saporis, nullae dapes aequae in praetio sunt. Excellunt haec maxime apud Sentinates, praesertim quae in paruo oppido nostro aquis undique circumfluentibus, quod ex argumento **Insulam Centumperaneam** uocant, á quo et familia nostra **Perottorum** traxit cognomen, quippe 10 pira uulgo á Sentinatibus et fere per omnem Italiam pera dicuntur. Dant haec pira in escam aegris, cocta duntaxat uel in uino uel in sapa et pulmentarii uicem implent.

**11 Pero** aliquando proprium nomen est uiri. Fuit hoc nomine Nelei filius et frater Nestoris. Aliquando genus est calciamenti rustici ex crudo corio. Nam peram ueteres pellem dicebant pendentem á collo ad lumbos. **Iuuenalis**: “Quem non pudet alto Per glaciem perone tegi.” Hinc 5 **peronatus** deducitur. **Persius**: “Nauem si poscat sibi peronatus arator”, hoc est peronibus calciatus. Á pera etiam, hoc est pelle, **pera** dicitur sacculi genus. Hinc **peram uiatoriam** uocamus, qua panem et aliquid opsonii gestare uiatores solent, quemadmodum poculum uiatorium, quo uinum. Ab hoc fit diminutiuum **perula**.

**12 RELIGATA LONGA GENISTA.** Pira pediculo ligata suspenduntur, ut in hyemem durent, quaedam etiam, ut diximus, toto anno seruantur; conduntur quoque saepe in cadis ut uuae. GENISTIS. Genista arbor est uulgo nota, cuius florem tingendis uestibus ueteres 5 adhibebant. Idem apibus in cibo ingrattissimus. Semen eius in folliculis pasiolorum modo nascens ellebori uice per (**f° 608v**) uomitum purgat drachma una et dimidia in aquae mulsae quatuor cyathis á ieiunis pota.

**13** Graeci hanc **sparton** appellauere. De hac enim intellexit Homerus, qum inquit: “Καὶ δὴ δοῦρα σέσηπε νεῶν καὶ σπάρτα λέλινται”, hoc est: ‘Et iam latera putrefacta et nauium sparta soluta sunt.’ Neque enim de sparto intelligi potest, qum non dum Africanum aut Hispanum

11,1-6 Tort. *Pero* (Iuu. 14,185-86; Pers. 5,102)\* | 7 ex Aug. *serm.* 101,6 uel Gloss. *pera* | 12,1 Mart. 1,43,5 | 1-2 ex Cald. *Mart.* | 3 Plin. *nat.* 15,58\* | 4-7 ex Plin. *nat.* 16,74. 21,82. 24,65 | 13,1 Plin. *nat.* 24,65\* | 2 Hom. *Il.* 2,135 ap. Gell. 17,3,2 | 3-10 ex Plin. *nat.* 19,26

10,5 miri saporis *om. ova* || 11,1-9 Pero - perula *add. U<sup>2</sup> in mg. inf.* || 4 paerone  $\nu$  || 7 saculli *o* || 12,2 ut i. h. durent] i. h. durant  $\nu$  || 13,1 sparthon  $\nu$  σπάρτον *a* || 2 δοῦρα *o* λουρα  $\nu$  || σεσημη  $\nu$  || νεον *o* νεοη  $\nu$  || σπάρτα] υπαρα τα *o om.*  $\nu$  || λελωνται *o* λωῦται  $\nu$  λέλυνται *a* (ut *edd. Hom.*)

5 **spartum** Homeri temporibus in usu esset, nec ante Poenorum arma, quae primum hoc Hispaniae intulerunt. Herba haec est sponte nascens et quae seri non potest, iuncus proprie aridi soli, ubi nec seri aliud nec nasci potest. In Africa exiguum et inutile gignitur, in Hispania abundantius. Hinc strata rusticis eorum, hinc ignes faces que, hinc calceamina et  
 10 pastorum uestes. Hinc etiam **sportae**, quae et **sportulae** dicuntur, uasa quasi fiscellae, in quibus cibi in quotidianum usum dati ferri consueuerunt. Propter quod et pro ipsis cibis ponuntur. **Iuuenalis**: “Nonne uides quanto celebretur sportula fumo.” Item pro pecuniis, quae cibariorum loco quandoque dari solebant. **Martialis**: “Dat Baiana mihi quadrantes sportula centum.” Á sparto autem nomen habent, quod ex eo factitabantur. Qum ergo **Homerus** spartum dixit, genistam intellexit, ex qua certum est funes et lina piscatoria fieri. Quidam tamen uoluerunt Homerum hoc loco non  $\sigma\pi\acute{\alpha}\rho\tau\alpha$ , sed  $\sigma\pi\alpha\rho\tau\acute{\alpha}$  scripsisse, quod significat sata, et lina intelligi uoluisse, quae seruntur. É lino quippe nauium armenta  
 20 apud ueteres facta fuisse manifestum est.

**14 MALA PVNICA.** Granata, quae hoc cognomen sibi circa Carthaginem uendicarunt, ubi et multa et insignia (**c. 948**) nascuntur. **Granata** dicuntur á granis, hoc est acinis, quibus sunt refercta. **Grana** et **acini** in eundem sensum accipiuntur, sed hoc proprie differunt, quod  
 5 granum fere frugum dicitur ut tritici, ordei, farris et similium. Á quo **granarium** uocatur locus, in quo frugum grana reponuntur, et **granosum**, quicquid grana intus habet. **Acini** uero sunt caeterorum fructuum, ut puta uuae, bacarum, leguminum et aliorum huiusmodi. Tamen haec saepenumero confunduntur et granum accipitur generaliter  
 10 pro omni eo, quod Graeci coccum uocant. Vnde **coccum ilicis** granum uocamus, á quo **coccinum** et **coccineum**, de quibus superius diximus. Et **granum cnidium**, quod aliqui linum uocant, in Asia et Graecia nascens paruo frutice, spetie rotundum, colore rubrum minus que (**f°**

**13,10** Isid. *orig.* 20,9,10\* | 12-14 ex Gloss. *sportulae* et Iuu. 3,249 | 14 Mart. 1,59,1 | 16 Hom. uide supra | 17 Plin. *nat.* 24,65\* | 17-19 ex Gell. 17,3,3-5 | 19 Plin. *nat.* 24,65\* | **14,1** Mart. 1,43,6 | ex Cald. *Mart.* | 2 Plin. *nat.* 13,112\* | 6 ex Non. 47? | 11 e.g. Plin. *nat.* 16,32 | 2,578 | 12 Plin. *nat.* 13,114 | 13-15 Theoph. *hist. plant.* [Th. G.] 9,20,2

**13,5** penorum o paenorum v || 10 etiam om. v || 15 habet a || 17 lina] ligna ov || 18  $\pi\alpha\rho\tau\alpha$  ov ||  $\sigma\pi\alpha\rho\tau\acute{\alpha}$ ] *accentum om. ov*  $\sigma\pi\alpha\rho\tau\acute{\alpha}$  a || 19 lina] lana v || **14,10** uocant coccum ova || 12 gnidium a || 13 totundum o

15 **609r)** quam piper, sed caliditate multo ualidius. Quapropter, qum  
deuorandum datur, cum pane aut adipe sumitur, alioquin gulam adurit.

**15** Interunica mala genus est, quod **apyrinum** uocatur, cui  
lignosus nucleus abest, unde nomen habet ab á priuatiua particula et  
pyrin, quod graece paruum nucleum significat, qualis est oliuae.  
**Martialis:** "In Nomentanis tubures et apyrina ramis." Item alia dulcia  
5 sunt, alia acria, alia mista, alia acida, alia uinosa. Flos eorum  
**balaustium** uocatur, et medicinis et tingendis uestibus idoneus. Vnde  
color huiusmodi **balaustinus** uocatur. Corticibus quoque eorum, quae  
acerba sunt, ad perficienda coria utuntur. Vt autem conseruari haec mala  
10 melius possint, indurantur feruente aqua marina, mox triduo sole  
siccantur, postea ita suspenduntur, ne nocturno rore madescant. Qum  
libet uti, aqua dulci perluuntur.

**16** IMITATA BREVIS ROSAS. Quae similitudinem habent breuium  
rosarum. Etenim flos mali punici exiguae rosae simile est. Germinat enim  
uterque flos primo inclusus granoso cortice, quo mox intumescente et in  
uirides alabastros fastigato paulatim rubescens dehiscit ac sese pandit  
5 in calices medio sui complectens uel luteos uel purpureos apices.

**17** BREVIS. Paruas. **Breue** proprie est, quod longo opponitur  
dicitur quae á Graeco βραχὺς, á quo **braccha** indumentum genus pudenda  
maxime tegens. Vnde brachati Galli dicuntur, et βραχίων **brachium**, et  
**brachycatalecton**, quod breuis desinentia interpretari potest; et  
5 **brachyologia**, **breuiloquium** siue **breuiloquentia**. Á breuis fit  
**breuior**, **breuissimus**, **breuiter**, **breuius**, **breuissime**, **breui**  
aduerbium pro breuiter, **Martialis:** "Quibus remissum corpus astringes  
breui"; **breuitas**, **breuiloquus**, **breuiarium** compendium, hoc est  
10 et breuio uerbum, á quo compositum abbrevio.

**15,1** Plin. *nat.* 13,112\* | **4** Mart. 13,42,1-2\* | **4-6** Plin. *nat.* 13,113 | **7-8** ex Plin. *nat.*  
23,107 | **8-11** Plin. *nat.* 15,60\* | **16,1** Mart. 1,43,6 | **2** ex Theoph. *hist. plant.* 1,13,5  
| **3-5** Plin. *nat.* 21,14\* | **17,1** Mart. 1,43,6 | **1-8** *Breue-breuiloquus*] lemmata fere ut  
Hug. *bracos* | **1-3** ex Tort. *brachae* | **3** ex Tort. *brachium* | **4** ex Tort. *brachycatalecton*  
| **7-8** Mart. *epigr.* 1,49,11

**15,4** momentaneis *v* || tubures *U*<sup>2</sup> *p.c.*; tuberes *ova* || **5** acria *U*<sup>2</sup> *in l.* || **10** ita *om.*  
*ova* || **16,4** fastigato *v* || **17,1** proprium *o* || **2** βραχίς *ov* || bracha *Uoa* bracca *v*  
|| **3** brachati] -ch- *U*<sup>2</sup> *s.l.* brachati *o* || βραχίων *ov* || **4** brachycatalectio *v* || **7**  
astringens *ova*



**18 FISCINA.** Instrumentum rusticum, de quo superius diximus, aptum ferendis é rure fructibus; cuius diminutium est **fiscella**. In hac portari recentes casei consueuerunt, á quo **fiscelli** appellati sunt casei mollis appetitores, sicuti **catillones**, **catillorum** liguritores. Vnde et lupum piscem á nimia uoracitate catillonem ueteres nuncupauere.

**19 METAS LACTENTES.** Caseos recentes á metarum enim figura casei **metae lactis** appellantur. Lactentes (f° 609v) autem dicit quasi adhuc lac sugentes et nondum in totum coactos.

**20 OLIVA.** Fructus oleae. Proprie enim **olea** arbor ipsa est, **oliua** fructus, **oleum** succus, qui ex oliua exprimitur. Legimus tandem et oliuam de arbore. **Virgilius:** "Incumbens tereti Damon sic coepit oliuae." Haec autem omnia á Graecis sumpta sunt, qui *ἐλαίαν* oleam, *ἐλάαν* oliuam, *ἔλαιον* oleum dicunt. Olearum genera tria **Virgilius** posuit, **orchitem**, **radium**, **posiam**. Alii **Liciniam**, **Sergiam**, **Neuiam**, **Cominiam**, **contiam**, **albiceriam**. Item alia genera addunt. Sergiam Sabini **regiam** uocant, cuius fructus non ante Fauonii flatum nigrescit, hoc est (c. 949) ad VI Idus Februarias. Alii hanc **maiorinam** uocant, alii **bambiam**. Quanto maturior est oliua, tanto pinguior succus, sed minus gratus. Optima autem aetas ad decerpendum est inter copiam bonitatem que, qum baca incipit nigrescere. Has nostri **drupas** uocant, Graeci **drypetas**. Oliuae constant nucleo, oleo, carne, **amurca**. Haec sanies est eius amara, quae ex aquis prouenit, ideo siccitatibus minima est, riguis copiosa. Suus oliuae succus **oleum** est. Optimum fit in **Venafrano** agro Campaniae, ubi **Venafrum** est oppidum. Cuius odor unguentis accommodatissimus est. **Martialis:** "Hoc tibi Campani sudauit baca Venafri: unguentum quotiens sumis, et istud olet."

**21** Oleae honorem Romana maiestas maximam praebuit turmas equitum Idbus Iuliis ex ea coronando. Item minoribus triumphis ouantes.

**18**,1 Mart. 1,43,7 | 1,134; 2,741 | **18**,2-**19**,2 ex P. Fest. 90; cf. et Cald. Mart.\* et introd. | **19**,1 Mart. 1,43,7 | **20**,1 Mart. 1,43,8 | 1-3 Seru. georg. 2,63\* (Verg. ecl. 8,16) | 4 Gloss. olea\*. oleum\* | 5 Plin. nat. 15,4 | 6-9 ex Plin. nat. 15,13. 20 + 2,122 | 10-13 Plin. nat. 15,6 | 13-15 Plin. nat. 15,9 | 15-17 Plin. nat. 15,8\* | 17-18 Mart. 13,101 | **21**,1-8 ex Plin. nat. 15,19

**18**,4 catullorum v || **20**,3 oliuam] oliua oa || 4 sunt sumpta U a.c. || 5 Virgilius] Idem U<sup>2</sup> lemma || 7 cominam v || Albiceria U<sup>2</sup> lemma et o lemma Albigeria U<sup>2</sup> lemma a.c. albiceram Uova || 13 δρυπέτας a || constat v || 14 minima] nimia ova || 15 uena frano a || 16 afro v || 16-17 odor - est] o. est u. a. ova || 18 quoties a

Athenae quoque uictores olea coronabant, et Graeci Olympiae **oleastro**; olea siluestris haec est, ab olea nomen habens. Oleo natura est tepefacere corpus et contra algores munire. Ideo institutum á Graecis, ut in gymnasiis athletarum corpora ungerentur, quod tanta luxuria factitatum est, ut aliquando magistratus honoris eius octogenis sestertiis strigmenta olei uendiderint.

**22** Fit et **ficticium oleum** é diuersis arboribus herbis que et aliis rebus, ut puta ex oleastro, quod **oleastrinum** dicitur; ex chamelea, frutice saxoso non altiore palmo, folia oleastri bacas que habente, <**chameleinum**>. É cicy altero frutice, quem alii **scoton**, alii **rhibim**, alii **sisamon siluestre** appellant, folio uitium, caule ferulaceo, semine ad similitudinem ricini, unde et ricinum hunc fruticem uocant: coquitur id semen in aqua, innatans que oleum tollitur, quod **cycinum** appellatur. Ex amygdalis **amygdalinum**, quod et metopum (**f° 610r**) dicitur; ex lauro **laurinum**, ex myrto myrtinum, et oxymyrsine siue chamemyrsine **oxymyrsinum**, quod et **chamemyrsinum**. Ex citro **citrinum**, é cupresso **cupressinum**, é nucibus iuglandibus, quod **carynion** nuncupant, é lini semine **lineum**, é malis cedri **cedreleon**, é grano Cnidio **Cnidium**, é lentisco **lentiscinum**, ex cypro arbore **cyprinum**. Indi etiam ex castaneis et sisama et oriza facere **castaninum** et **orizinum** et **sisaminum** dicuntur. Ichthyophagi é piscibus **piscinimum**. Aliquando et é foliis platani factum est luminum causa propter olei inopiam. Ex oenanthe, de qua diximus, **oenanthinum**, é sansuco **sansucinum**. Item fit ex cardamomo, meliloto, nardo Gallica, panace, helenio, cinami radice, omnium succis in oleo maceratis expressis que. Sic **rhodinum** siue **rosaceum** é rosis, **iuncinum** é iunco, quod est rosaceo simillimum. Item hyoscyamo, lupinis et narcisso. Plurimum etiam in Aegypto é rafani semine aut gramine, quod **cortinon** uocant. Item é sisama et urtica mistis, quod **agrostinum** appellant. É lilio **lilinum**. Suis praeterea herbis inter Cappadociam et Seleuciam, quod **Seleuticum** dicitur, neruis admodum utile. In Italia é gumi, quod **guminum**, é pice,

**22,1-27** ex Plin. nat. 15,24-32

**21,3** ante Graeci om. et v || **22,4** chameleinum suppl. Pade ex U<sup>2</sup> lemmate || cyri a || fruticem a || 6 recini a || 7 cycinum U cocynum ov cocinum a || 9 chamaemyrsine a || 10 chamemyrsinum] camaemirsinum o camemyrsinum v chamaemyrsinum a || 11 iuglandis ova || carinium v || 12 é malis] é om. o || 13 lentiscinum] lentisci v || 14 fecere ov || 15 Ichthyophagie e o ichthyophagiae e v || 25 gummi a

quod **picinum** appellant. Sponte nascitur in Syriae maritimis, quod **elaemeli** diximus uocari. Fluit item é petris quibusdam, quod et **petreleon** dicitur. Est praeterea oleum **oenanthinum**, cuius in medicina idem effectus, qui rosacei. Fit ex florescente uua labruscae, quae  
30 oenanthe dicitur.

**23 Omphacinum oleum** est, quod ex oliua immatura fit. Hoc omnium optimum atque utilissimum est. Etenim **omphacium** proprie dicimus, quod fit ex uua acerba hoc modo: decerpitur uua, quando est ciceris magnitudine, ante Canis ortum, eius que melligo, et totum corpus,  
5 sola coquitur, nocturni rores cauentur. Additur aliquid salis. In fictili condita melligo colligitur optime que Cyprio aere seruatur. Fit et alio modo: in mortariis uua immatura teritur siccata que in sole digeritur in pastillos. **Omphacii** uocabulum á Graecis sumptum est, apud quos immatura uua dicitur ὄμφαξ.

**24** Olei fex, quae **amurca** dicitur, ad multa utilis est. Dolia olearia cadí que ea imbuuntur, ne bibant oleum. Eadem subiguntur areae terendis messibus, ut formicae rimae que (**c. 950**) absint et similiter lutum parietum et tectoria et pauimenta horreorum frumenti. Vestiarium etiam  
5 contra teredines et noxia animalia amurca aspergitur, semina frugum perfunduntur. Lora etiam et coria omnia ac calceamina axes que et aeramenta contra eruginem. Postremo ligna macerata amurca sine aliquo fumi tedio ardent.

**25** Ab oliua **oliuetum** deducitur locus, in quo oleae consitae sunt; et **oliuitas**, fructus olei. **Varro**: "De oliuitate oleas exui optime conscribit **Cato**." Et **oliuum** oleum et **oliuo** uerbum, quod est oliuarum uindemiam ago, siue oliuas colligo. **Plynius**: "Quippe oliuantibus lex  
5 antiquissima fuit, oleam ne stringito ne ue uerberato." Et **oliuita**, olei uindemia. Ab olea uero **oleaginus** sicut á fago faginus, unde oleaginae coronae appellatae. Et **oleum**, á quo **olearius**, olearia, olearium, unde

**22**,28-30 ex Plin. nat. 12,132 + 14,98 | **23**,1-9 Tort. *omphatium* [ex Plin. nat. 12, 130-31\*] | **24**,1-8 Plin. nat. 15,33-34\* | **25**,1 ex Ps. Acr. *epist.* 2,2,184 | 2-3 Non. 148 (Varro *rust.* 1,60,1) | 4-5 Plin. nat. 15,11 (Cato *agr.* 144,1) | 6 Seru. *georg.* 2,31\*

**22**,27 *elaemeli* v || 28 *petreleon* U U<sup>2</sup> *lemma* et o *lemma* *petrelaeon ova* || **22**,28-**23**,9 est - ὄμφαξ *add.* U<sup>2</sup> *in mg. inf.* || **22**,28 Et praeterea v || 29 *labruscae a* || **23**,5 *sole ova* || 8 *Omphacii o* || 9 ὄμφαξ v || **24**,4 *horreorum*] -rum *add.* U<sup>2</sup> || 5 *aspergetur o* || 7 *lingua a* || **25**,4 *oliuanticus v* || 7 *olearius a* um v

oleariam cellam et (**f° 610v**) olearia instrumenta dicimus. Item **olearios**, qui oleum uel faciunt uel uendunt.

**26** Praeterea ab oleum **oleo** uerbum, quod et **olo** ueteres dixerunt, significat que odorem reddo uel bonum uel malum, qum compositum ab eo **redoleo** in bonam semper partem accipiatur. Tractum autem ab eo est, quod oleum inueterascens asperiozem habere odorem incipiat; uetustas enim taedium affert. Hinc **olentica** mali odoris loca dicuntur, et **olidum**, quod odorem habet. **Martialis**: "Olidae que uestes murice." Et **oletum** stercus humanum. **Veranius**: "Sacerdotula in sacrificio fecit oletum." Ab hoc fit compositum olfacio, quod et odfacio ueteres dixere.

**27** Item **adoleo**, quod modo significat cresco, quia crescentes pueri, qum primum puberes fiunt, olere hircum incipiunt, propter quod **hirquitalli**, ut superius diximus, sunt appellati. Hinc **adolesco**, á quo **adolescens**, cuius diminutium est **adolescentulus**, et **adolescentia**, et **adultus** deducuntur. Et **adolescentior** uerbum, quod significat luxurior. **Varro**: "Id equidem ut faciat censeo, quoniam tu quoque adolescentiaris." Item **adolescenturio**, quod adolescentium more facio siue in adolescentiam redeo. **Laberius**: "Incipit adolescenturire et nescio quid nugarum facere." Modo adoleo accipitur pro sacrificio, quasi odorem diis praebeo. **Virgilius**: "Verbenas que adole pingues et mascula thura." Quoniam uero sacrificium urendo fieri consueuit, adoleo etiam pro uro aliquando accipitur. **Varro**: "Cum intestina adoleuissent partem diis obtulerunt, partem ipsi consumpsere." **Virgilius**: "Adolescunt ignibus arae." Item ob eandem rationem pro colo usurpatur. **Idem**: "Cura penum struere et flammis adolere penates."

**28** Praeterea ab oleum fit et aliud compositum **aboleo**, quod est deleo ac prorsus oblittero, ut ne odor quidem eius relinquatur. Et **exoleo**, á quo **exolesco**, quod est adolescere, hoc est crescere desino. Á quo

**26,1-28,10** lemmata fere ex Hug. *oleo* | **26,1** Non. 147\* | 5 P. Fest. 192 | 6 ex Gloss. *olidus* | Mart. 1,49,32 | 6-8 P. Fest. 203 (Veranius) | 8 ex P. Fest. 179 | **27,1** Non. 248\*. Seru. *georg.* 2,362\* | 1-3 P. Fest. 101\* | 3 3,257 | 5-7 ex Gloss. V,637,23 + Non. 71 (Varro *Men.* 550) | 8 Laber. 132 ap. Non. 74 | 9-15 Non. 58. 247 (Verg. *ecl.* 8,65; *georg.* 4,379; *Aen.* 1,704)\* + Varro ? *fr. inc.* 54 | **28,1** Gloss. *aboleo*\* | 3 P. Fest. 80\*

**26,1** olo] omnino v || 7-8 fecit olum v || **26,8-27,1** olfacio - Item *add. U<sup>2</sup> in mg. dextr.* || **27,1** cresco] accresco ova || 2 hircum incipiunt *U<sup>2</sup> in l.* || 8 *post* redeo *add.* significat a || 10 sacrificio v || 13 partim ipsi o

**exoleti** dicti scorta mascula iam adulta et fere dimissa, quod crescere  
 5 desierunt. Aliquando etiam exoleo pro cresco accipitur, unde et  
**exoletum** adiectiuum pro adulto accipimus. **Plautus**: “Reliqui domi  
 exoletam uirginem.” Et **obsoleo** ex ob et oleo, ‘s’ littera interposita, quod  
 similiter significat reiicior, dimittor. **Cicero**: “Obsoleuit iam ista ratione  
 10 multo magis quam uerbis refutata.” Et **suboleo**, quod significat parum  
 oleo. **Actius**: “Elegans est, myrrham subolet.” Item ab oleo fit **inoleo**,  
 quod significat cresco, inualeo, á quo inolesco. **Virgilius**: “Vdoque docent  
 inolescere libro.”

**29** Et **indoles**, quae in pueris atque adolescentibus est significatio  
 quaedam et quasi odor futurae uirtutis. **Cicero**: “Vt enim adolescentibus  
 bona indole praeditis sapientes senes delectantur.” In uiris autem est  
 signum et quasi odor praesentis uirtutis. **Idem**: “Homines in quibus est  
 5 uirtutis indoles commouentur.” **Lucanus**: “Indole si dignum Latia, (f°  
**611r**) si sanguine prisco Robur inest animis.” ‘Indole’ inquit, quasi  
 generositate quadam uirtutis atque animi. Aliquando etiam in malam  
 partem indoles usurpatur. **Liuius** de Annibale: “Sic cum hac indole  
 uirtutum atque uitiorum triennio sub Hasdrubale imperatore meruit.”  
 10 Transfertur quoque ad muta atque inanimata. **Idem**: “Sicut in frugibus  
 pecu- (**c. 951**) dibus que non tantum semina ad obseruandam indolem  
 ualent quantum terrae proprietates caeli que sub quo aluntur.”

**30** Sunt tamen qui oleo uerbum non ab oleum, ut superius diximus,  
 deductum putant, sed ἀπὸ τοῦ ὀζειν, quod olere est; á quo et **odoro**  
 uerbum deriuatum existimant notae significationis, et **odor** siue odos. Á  
 quo **odoratus**, **odorus**, **odorificus**, de quibus superius diximus. Item  
 5 **odorabilis**, hoc est odorem reddens; et **odorummentum**, quod odorandi  
 gratia tenemus, sicut unguentum, quod causa unguendi.

**28,4** Valla *eleg.* 1,30 | 5 P. Fest. 5. 80\* | 6 Valla *eleg.* 1,30 (Plaut. *Paras. med. frg.* 4)  
 | 8 Cic. *Manil.* 52 | 10 Acc. ? *fr. inc.* 13 | 10-12 P. Fest. 5\* + Seru. *Aen.* 6,738 (Verg.  
*georg.* 2,77)\* | **29,1-12** Valla *eleg.* 4,46 (Cic. *Cato* 26; *off.* 3,16; Lucan. 5,17-18; Liu.  
 21,4,10; 38,17,10) | **30,1** 72,26 | 2 ex Gloss. *olet* | 4 2,627; 3,132

**28,4** post dicti *del.* hoc est. || et fere dimissa *add. U<sup>2</sup> in mg. dextr.* || 7-9 Et obsoleo -  
 refutata *add. U<sup>2</sup> in mg. inf.* || 7 oleo, ‘s’] oleos v || 8 dimitto o dimitto v || 9  
 ultomagis v || 9-10 parum oleo] parum leo ov || 10 Aboleo *una uoce o* || **28,10-**  
**29,1** inoleo - Et *add. U<sup>2</sup> in mg. dextr.* || **29,1** adolescentibus] indolescentibus *ov* in  
 adolescentibus a || 12 ualent] -lent *U<sup>2</sup> in l.* || **30,1-6** *add. U<sup>2</sup> in mg. inf.* || 1 post  
 diximus *del.* sed a *U<sup>2</sup>* || 2 putat o || ὀζειν o οζειν v || 4 odoros *om. ova*

**31 DE CADIS PICENIS.** De uasibus, in quibus Picenae oliuae conduntur. Ex omnibus enim Italicis oliuis Picenae et Sidicinae apud ueteres maxime commendabantur, sicut nunc propter magnitudinem et carnositatem Bononienses. Picenae partim sale condiebantur, partim oleo suo, sine aliqua arte sua commendatione purae innatabant. Quaedam frangebantur et herbarum uiridium condiebantur sapore; ob id **colymbades** uocatae ἀπὸ τοῦ κολυμβᾶν, quod innatare est, nam propter leuitatem urinabant. Fiebant et praecoces feruenti aqua perfusae, quamuis immaturae essent. **Cato** non alio modo condi laudat oliuas quam uel in muria uirides, uel fractas in lentisco.

**32 NVDVS APER.** Subintellige 'appositus est'. NVDVS. Solus, sine aliarum dapium apparatu. Solidos enim apros apponere in conuiuuis ueteres solebant. Primus Romanorum solidum aprum in epulis posuit **P. Seruilius** Rullus, pater eius Rulli, qui Cicerone consule legem agrariam promulgauit; postea bini et terni simul apri uno conuiuio consumpti. **Iuuenalis**: "Quanta est gula, quae sibi totos Ponit apros."

**33 POMILIONE.** Nano. **Nani** enim sunt homines paruae nimis staturae paululum que supra terram extantes. Quod uocabulum Graecum esse constat. Latini eos pomiliones siue pomilios appellant et in feminino pomilias. **Fronto** philosophus nani appellationem barbaram esse existimauit. **Nanum** Graeci uas aquarium uocant humile et concauum, quod uulgo **situlum barbatum** appellant. Hinc pomiliones etiam nanos uocitauerunt. **Domitianus** in spectaculis suis pomilionum aedit pugnam. **Papinius**: "Hic audax subit ordo pomilionum." Romani hoc genus hominum in deliciis habuere: sub diuo **Augusto** minimus homo fuit Canopus nomine in deliciis Iuliae neptis eius. Cuius longitudo duos pedes et palmam non excedebat, et eiusdem fere longitudinis mulier Andromeda, quae Iuliae Augustae liberta fuit. Manium (**P° 611v**) Maximum et M. Tullium equites Romanos binum cubitorum fuisse M.

**31,1** Mart. 1,43,8 | cf. introd. et Cald. Mart. | 2-9 ex Plin. nat. 15,16 | 9 Plin. nat. 15,21 de Cato agr. 7,4\* | **32,1** Mart. 1,43,9 | ex Cald. Mart. | 2 ex Schol. Iuu. 1,141 | 3-5 Plin. nat. 8,210 | 6 Iuu. 1, 140-41 | **33,1** Mart. 1,43,10 | 1-5 ex Gell. 19,13,2-3 | 2 ex Gloss. nanus | 5-7 P. Fest. 176 | 7-9 ex Cald. Mart. + Stat. silu. 1,6,57; cf. et introd. | 9-15 Plin. nat. 7,75\* (Varro)

**31,5** innatabant] inuitabant ov || 6 uiridum o || 7 κολυμβᾶν v || 8 lenitatem ova || 9 esset a || **33,2** tetram o || 3 siue pomilios U<sup>2</sup> in l. pomilios, siue pomiliones ova || 3-4 et in feminino pomilias add. U<sup>2</sup> in mg. sin. || 4 Phronto v || 6 Hinc] hoc v



15 **Varro** commemorat, qui mortui longissimis temporibus in loculis sunt  
 seruati. Nos pomilionem habemus Hectorem nomine annos nunc duo de  
 quadraginta natum, sed aspectu talem, ut ab omnibus puer et nondum  
 duodecim aetatis annum excedens iudicari possit, puberem alioquin et  
 propensioris in mulieres libidinis, ingeniosum praeterea et citra  
 20 scurrilitatem dicaculum. Sexquipedales gigni quosdam in trimatu  
 implentes uitae cursum compertum est. **Eutrapelos** Graeci uocant á  
 corporis dexteritate, nam proprie eutrapeli apud eos dicuntur, qui  
 facilitate quadam morum praediti sunt, hoc est lepidi, elegantes; in Latino  
 nomen non habent.

**34 INDE.** Deinde, post aprum scilicet. TANTVM. Solummodo.  
 HARENA. Amphitheatrum. CVI CHARIDEMVS. Scilicet 'positus fuit'.  
 Constat enim Charidemum damnatum á Domitiano aprorum dentibus in  
 harena dilaniatum fuisse.

#### AD STELLAM. EPIGRAMMA LXXIII.

**1 LASCIVOS LEPORVM CVRSVS.** Iocatur cum Stella facete eum  
 monens, ut si nimium uidetur, quod bis de lepore scripserit, ipse quoque  
 paria faciat et bis ei leporem in conuiuio ponat.

**2 MAIOR ET MINOR CHARTA.** Vel maiora et minora epigrammata,  
 quae de eadem re scribuntur, (**c. 952**) uel maior et minor scheda. Est  
 enim **scheda** folium chartae siue papyri nondum compactum et ligatum,  
 quod et **phylluram** Graeco uocabulo nuncupamus. **Plynius:** "Sed ratio  
 5 deprehendit uitium unius schedae reuulsione." Quidam detracta  
 aspiratione **sceda** scribunt. **Quintilianus:** "Nam qui omnes etiam  
 indignas lectione scedas excutit, anilibus quoque fabulis accomodare  
 operam potest." **Schedia** enim nauigii genus est inconditum et trabibus

**33,19-23** Plin. *nat.* 7,75-76\* | **34,1** Mart. 1,43,11 | Mart. 1,43,11 | 2 Mart. 1,43,12  
 | Mart. 1,43,14 | 3-4 ex Cald. *Mart.*, cf. et introd.

**73,1,1** Mart. 1,44,1 | 1-3 u. introd. | **2,1** Mart. 1,44,2 | 4 Plin. *nat.* 13,80 | 5  
 ex Char. *gramm.* p. 105,12 | 6 Quint. *inst.* 1,8,19 | 8-10 P. Fest. 335

**33,16** non dum o || 18 mulieris ov || 19 in trimatu U<sup>2</sup> in ras.: intrimatu o || **34,2**  
 CVICHARIDEMVS o || 3 constant a || 3-4 in harena om. ova

**73 tit.** EPIGRAMMA LXXIII. AD STELLAM. a || A. S. E. LXXVIII o || **1,3** ei]  
 eum v || **2,1** Vel maiora et] Vel U<sup>2</sup> in ras.: Vel maiora uel ova || 2 quae - uel U<sup>2</sup> in  
 ras. || 3 folilium o

- tantum inter se connexis factum, qualem supra diximus ratem esse. Vnde  
 10 **schedia** incondita et extemporaria carmina dicuntur, quae nostri siluas  
 appellant. Et Graeci σχεδιάζειν usurpant pro eo, quod est extempore  
 dicere, et **schedion** uocant, quod ex tempore compositum est, quasi  
 duntaxat ‘in schedis scriptum’. **Martialis**: “Ohe iam satis est, ohe libelle!  
 15 Tu procedere adhuc et ire quaeris. (P<sup>o</sup> 612r) Nec summa potes in scheda  
 teneri.” Maior ergo et minor scheda est, pro ut plura aut pauciora  
 epigrammata continet.

## DE LIBELLO SVO. EPIGRAMMA LXXIII.

- 1 AEDITA NE BREVIBVS. Eodem fere argumento ludit, propter quod  
 non nulli hoc distichon superiori epigrammati adnectunt. ‘Ne forte’, inquit,  
 ‘susceptus á me labor scribendi epigrammata propter libelli paruitatem  
 pereat, idem potius saepius repetatur’. CVRA AEDITA. Studium  
 5 impensum. BREVIBVS LIBELLIS. Propter breuitatem librorum.

- 2 DICATVR POTIVS TON TAPAMIBOMENOS. **Hemistichion**, hoc  
 est medius uersus, est **Homeri**: “Τὸν δ’ἀπαμειβόμενος”, quod significat  
 ‘huic autem respondens’, et á **Marone** nostro interpretatur ‘huic contra’.  
 Hoc hemistichion Homerus frequentissime repetit. Est ergo sensus:  
 5 ‘Repetatur potius á me idem saepius, ut ab Homero fit hoc hemistichium,  
 quam liber ob nimiam breuitatem pereat’.

## AD HEDYLV. EPIGRAMMA LXXV.

- 1 CVM DICIS PROPERO. Ex persona sua notat eos, qui nimio coitu  
 exhausti et impotentes facti exercere tamen libidinem non cessant.

2,9 1,236; 4,239 | 13-15 Mart. 4,89,1 et 3-4

74,1,1 Mart. 1,45,1 | 2-4 u. introd. | 4 Mart. 1,45,1 | 5 Mart. 1,45,1 | 2,1  
 Mart. 1,45,2 | 1-6 Hom. *Il.* 1,84 et passim + Verg. e.g. *Aen.* 9,93; u. introd. | 1 Tort.  
*hemistichos*\*

75,1,1 Mart. 1,46,1

2,9 fractum a || 11 σχεδιάζειν ov || quod est] est om. a

74 tit. EPIGRAMMA LXXIII. DE LIBELLO SVO. a || 2,1 TONTAPA  
 MIBOMENOS o Tontapa Mibomenos v Τὸν Δ' ἈΠΑΜΕΙΒΟΜΕΝΟΣ a || hemistichon  
 v || 2 uoces Graecas om. v || 3 huic] hunc U hinc ov || 4 hemestichon o hemistichon  
 v; ante hanc uocem om. hoc v || 5 ame id saepius o || hemistichum v

75 tit. EPIGRAMMA LXXV. AD HEDYLV. a

PROPERO FAC SI FACIS. Verba sunt Hedyli, dum cum eo coit Martialis. Et  
 est sensum: 'Quum dicis mihi coeunti tecum haec uerba, ego propero, hoc  
 5 est, mihi propere abeundum est, fac si facis, hoc est, exple opus, si potes  
 explere'. Est enim communis hic loquendi modus. FAC SI FACIS. Expedi,  
 perforce coitum, si potes; facere enim, ut superius diximus, coire est.  
 VENVS. Libido, coeundi appetitus, quemadmodum superius diximus.  
 DEBILITATA. Exhausta, infirmior facta ob nimium coitum. LANGVET.  
 10 Deficit, dissoluitur. Hoc enim accidit hominibus nimio coitu debilitatis, ut  
 etiam uerbis á coeundi libidine auocentur.

**2 PROTINVS.** Statim, quasi porro tenus. **Virgilius:** "Protinus ad  
 regem cursum detorquet Hiarbam." Aliquando tamen (**f° 612v**) ponitur  
 pro consequenter, deinceps. **Idem:** "Protinus aerei mellis caelestia dona  
 Exequar." Interdum pro iugiter, continue. **Idem:** "Traiecto missa lacerto  
 5 Protinus hasta fugit, seruat que cruenta cruorem." Non numquam pro  
 longe porro. **Idem:** "Cornu que recuruo Tartaream intendit uocem, qua  
 protinus omne Intremuit nemos." Quandoque pro ualde. **Idem:** "En ipse  
 capellas Protinus aeger ago." Item pro omnino sicut penitus. **Idem:** "Quin  
 protinus utraque tellus Vna foret." Quando autem huic aduerbio **additur**  
 10 **negatio**, significat non ideo, quemadmodum (**c. 953**) fit in continuo et  
 statim. **Quintilianus:** "Non autem, ut quicquid praecipue necessario est,  
 sic ad efficiendum oratorem maximi protinus erit momenti." Eandemque  
 uim et interrogatio habet. **Idem:** "Continuo ne, si ille stulte cogitauit,  
 nobis quoque stulte dicendum est?" idest 'non ideo'. **Protinam** etiam pro  
 15 protinus inuenitur. **Terentius:** "Protinam coniciam me in pedes."

**3 IVBE EXPECTARE.** Iube me lente facere, ne cogitatione  
 festinationis animus á libidine auocetur. SI PROPERAS abscedere. NE  
 PROPEREM facere.

1,3 Mart. 1,46,1 | 4-6 u. introd. | 6 Mart. 1,46,1 | 7 2,617 | 8 1,46,2 | 29,10 | 9  
 Mart. 1,46,2 | Mart. 1,46,1 | 2,1 Mart. 1,46,2 | Non. 375 uel Seru. Aen. 9,335 |  
 Verg. Aen. 4,196 | 2-9 ex Non. 375-77 (Verg. georg. 4,1-2; Aen. 10,339-40; 7,513-15;  
 ecl. 1,12-13; Aen. 3, 416-17), cf. etiam Seru. Aen. 10,340 | 9-14 Valla eleg. 2,30  
 (Quint. inst. 10,1,3; 9,2,84) | 14 Non. 376 | 15 Ter. Phorm. 190 | 3,1 Mart. 1,46,3 |  
 2 Mart. 1,46,4 | Mart. 1,46,4

1,3 hedylidum v || 5 abendum o || potest U || 8 VEMUS v || 2,8 Quin] cum ova ut  
 Verg. || 10 non protinus U<sup>2</sup> lemma || 11 precipuum ova || 12 sic ad] sic et v || 13  
 ne, si] ne om. ova || 14 idest] enim v || 3,1 expectare v || 3 propepem a

## DE DIAVLO. EPIGRAMMA LXXVI.

NVPER ERAT MEDICVS. Idem plane argumentum est quod quinquagesimi noni epigrammatis de chirurgo.

## DE LEPORE ET LEONE. EPIGRAMMA LXXVII.

1 RICTIBVS HIS TAVROS. Idem argumentum, quod superiorum duorum epigrammatum, hoc est xxxv et xlIII, de lepore ludente in ore leonis. MAGISTRI. Domitores leonum. RICTIBVS. Rostris, buccis, quemadmodum superius diximus. FVGAX PRAEDA. Eleganter leporem  
 5 descripsit, nam et fugacissimum animal est et omnium praedae nascens. NEC NIHIL REFERT. Et aliquid refert á leone, hoc scilicet, quod redit audacior et ex audacia fit celerior. Mirum dictu non modo non obesse leonem lepori, sed prodesse. SOLA HARENA. In qua nullae sint ferae saeuientes. CONDITVR. Absconditur, seruatur. (f° 613r)

2 CAVEAE. Receptaculo. **Cauum** dicitur proprie concauum, uacuum, et á **chaos** deducitur, quod quasi uorago quaedam erat inanis et uacua. **Virgilius**: "Tum dea nube caua tenuem sine uiribus umbram." **Idem**: "Haec ubi dicta cauum conuersa cuspide montem Impulit in latus."  
 5 Á cauum **cauea** deducitur, quae proprie significat locum sub terra uacuum atque obscurum. Quoniam autem in huiusmodi locis esse consueuerunt ferarum cubilia, caueas pro ipsis ferarum receptaculis frequenter usurpamus, et ab harum similitudine pro saeptis ex ligno siue  
 10 ex ebore aut aliquo metallo factis, in quibus auiculas tenemus, quas uulgo etiam caueas uocant. **Martialis** de cauea eborea: "Si tibi talis erit, qualem dilecta Catullo Lesbia plorabat, hic habitare potest." Item caueam uocamus fossam sub terra factam, tectam tamen superius. Item aream in

76,1,1 Mart. 1,47,1

77,1,1 Mart. 1,48,1 | 3 Mart. 1,48,1 | ex Cald. Mart. | Mart. 1,48,1 | 4 4,4 | Mart. 1,48,2 | 6 Mart. 1,48,4 | 8 Mart. 1,48,5 | ex Cald. Mart. | 9 Mart. 1,48,6 | 2,1 Mart. 1,48,6 | 1-3 ex Non. 466 (Verg. Aen. 10,636) | 2 P. Fest. 46\* | 4 Verg. Aen. 1,81-82 | 10-11 Mart. 14,77

76 tit. EPIGRAMMA LXXVI. DE DIAVLO. a

77 tit. EPIGRAMMA LXXVII. DE LEPORE ET LEONE. a || 1,1 ricticus o || 6 reddit a || 7 audatia o || 2,1 CAVAE o || 4-5 latus cauum. a v || 5 subterra o || 10 eburnea ova

medio theatri, in qua equitum subsellia constituta esse consueuerunt, quod uelis tecta caueae similitudinem haberet. **Virgilius:** "Hic totum caueae consessum."

**3** Item á cauum caula, stabulum, in quo pecudes reconduntur, quod antiquitus ante usum rectorum oues antris teneri solebant. Et caudicariae naues, quod ex lignis grossioribus cauatis fierent. Et cauda, quod intus caua sit. Est enim cauda pendens posterior pars, quae omnibus animalibus inest praeter hominem et simias. Veteres etiam aliquando codam dixere, á qua caudati et codati dicti, qui caudas habent. Et caudecae cistellae appellatae sunt ex iunco á similitudine equinae caudae factae. Item cauihares hostiae, quod cauae. Erant enim partes hostiae caudatenus, quae in sacrificio pro collegio pontificum quotannis ponebantur. Item **cauerna**, quam Graeci **cryptam** dicunt, hoc est concauitas quaedam terrae uacua atque obscura. Vnde cauernosum locum (**c. 954**) dicimus passim uacuum et ueluti cauernis plenum. Item á cauum **concauum**, hoc est uacuum sinuosum; á quo **concauitas** et **cauo** uerbum, quod est fodio, euacuo. Á quo **recauo** et **excauo** deducuntur, á quibus **recauatio** et **excauatio**.

**4** TANTA FIDE. Tam certa spe salutis. IMPROBE. Procax, proterue, qui ludere cum leone audes, uel improbe, hoc est callide, astute.

#### AD LICIANVM. EPIGRAMMA LXXVIII.

**1** VIR CELTIBERIS. Licianum Celtiberum taedio urbis in Hispaniam redeuntem repetita locorum illorum amoenitate laudat, et ocium ac tranquillitatem uitae more suo commendat. Carmen est dicolon distrophon; primus uersus est iambicus Hipponactius trimeter acatalecticis, constans sex iambis recipiens que etiam spondeos paribus

**2,14** Verg. *Aen.* 5,340 | **3,1-2** P. Fest. 46\* a quo Tort. *caula* | 4 Plin. *nat.* 11,264 | 5 Non. 86 et Gloss. *cauda\** | 6-7 P. Fest. 46\* | 7-9 P. Fest. 57 | 10 ex Seru. auct. *Aen.* 2,19 uel Seru. *Aen.* 8,242? | **4,1** Mart. 1,48,6 | Mart. 1,48,7

**78,1,1** Mart. 1,49,1 | 1-7 u. introd.; 4-6 cf. etiam Perott. *de metris, iambicum metrum\**

**3,1-9** caula - Item *add. U<sup>2</sup> in mg. inf.* || 3 Et cauda] Et om. ova || 5 est o || 10 κρύπταν a || 14 recauo] reuacuo o || **4,1** PROCAX o

**78 tit.** LICIALVM o || EPIGRAMMA LXXVIII. AD LICIANVM. a || 1,1 taedio] inedio v || 5 sex iambis] ex i. ov || imparibus a

sedibus. Secundus est iambicus Archilochius dimeter acatalecticis, constans quattuor iambis admisto interim imparibus sedibus spondaeo.

**2 NON TACENDE.** Laudibus prosequende. **Tacere** proprie est nihil loqui. **Naeuius:** “Hic loquitur, ille (f° 613v) tacet.” Quoniam uero, quum aliquid laude dignum uideremus, temperare nobis non possumus, quando illud laudamus, et é contrario malefacta non laudamus, inualuit  
5 consuetudo, ut **tacenda** pro non laudanda accipiamus, et é contrario **non tacenda** pro laudanda. Item quoniam qui securi sunt, nullam querendi causam habent, tacere aliquando usurpamus pro eo, quod est securum esse. **Terentius:** “Quin taces?” Nam quum ille inferat, “dicam”, manifestum est non silentium, sed securitatem imperatam fuisse. Dicimus  
10 etiam tacere de iis, quae uocem non habent. **Virgilius:** “Totum que pererrat Luminibus tacitis.” **Idem:** “Quum tacet omnis ager.” **Tacere** enim pro quiescere capitur. Vnde **tacitum** mare uocamus, quum placidum est et nullis fluctibus agitur. Á taceo **taciturnus** deducitur, qui natura facile tacet; et tacitus, qui scit tenere secreta. Á taciturno tamen fit  
15 **taciturnitas**, quae est obseruantiae genus in silendo constituta et in caelandis secretis. **Terentius:** “Sed iis, quas semper in te intellexi sitas, fide et taciturnitate.” Et **taciturnulus** diminutiuum. **Apuleius:** “Blanda mulier et taciturnula.” Item á taceo **tacite** aduerbio, hoc est cum silentio siue quiete.

**3** Praeterea composita **reticeo**, quod propie de iis dicitur, quae dolorem aut solitudine afferunt. **Terentius:** “Ne uerere, ne retice.” **Obticeo** de his, quae pudet nos loqui. **Idem:** “Virgo ipsa scissa ueste lachrimans obticet.” **Conticeo**, simul taceo; á quo **conticesco**, et  
5 **conticinium**, pars noctis, in qua omnes tacent, ut superius diximus. **Subticeo**, taceo; á quo **subticesco**.

**4** **CELTIBERIS.** **Iberus** fluuius est Hispaniae, á quo **Iberi** dicti sunt Hispani, qui utranque Ibero propinquam regionem usque ad maritima

2,1 Mart. 1,49,1 | 2 Naeu. ? fr. inc. 13 | 5 Seru. auct. Aen. 10,564\* | 8 e.g. Ter. Andr. 498\* | 9-11 Non. 463 (Verg. Aen. 4,363-64 et 525) | 13-15 lemmata ut Prisc. gramm. III,472,9-10 | 16 Ter. Andr. 33-34 | 17 Apul. ? fr. inc. 156 | 3,2 Ter. Haut. 85\* | 3 Ter. Eun. 820\* | 5 Non. 62 | 4,148 | 4,1 Mart. 1,49,1 | Bocc. de montibus, Iberus\*

1,7 paribus ov || 2,1 TACENDAE v || prosequendae v || est om. ov || 5 a contrario ov || 7 quaerendi ova || 13 Et a taceo ova || 14 tacitus] taciturnus v || 3,2 aut] siue ova || 3 uos v || 4,1 Hiberi o



incolunt. Et **Iberia** proprie ea pars Hispaniae, quae intra Iberum continetur, quamuis generali uocabulo Iberia pro Hispania capiatur. Hanc regionem **Celtae** Gallorum populi relicta quondam eorum prouincia habitauerunt. Vnde composito ex utraque gente nomine **Celtiberi** appellati sunt, et regio eorum **Celtiberia**.

5 Hi quondam omnis immanitate superare sunt crediti, et regio eorum magna ex parte inculta erat et aspera et amnium alluionibus uasta, quod per eam **Anas** defertur et **Tagus** et complura alia flumina, quae occasum uersus in oceanum erumpunt originem ex Iberis agris  
5 habentia, quorum <Dureias> propter Numantiam fluit. Postea ad mansuetiorem cultum redacti sunt. Eorum nobilissima ciuitas **Numantia** fuit, (**P 614r**) á qua Numantini, qui circa uiginti annos bellum cum populo Romano gessere tandem que á Scipione capti ac deleti sunt. Vnde Scipio ipse **Numantinus** est dictus. Á Celtibero **Celtibericus** deducitur,  
10 unde Celtibericum bellum et Celtibericam cladem dicimus.

6 NOSTRAE. (**c. 955**) Ex qua originem habemus. Á nos **noster** deducitur, á noster uero **nostras**, quod significat é nostra gente uel patria, nos ab eo pronomine, quod est ego, sicut uos ab eo pronomine, quod est tu. Á quo **uester** et **uestras**, in quibus illud animaduersione  
5 dignum est (ex quo licet facere coniecturam uocabula Latinae linguae magis naturalia et ratione inuenta quam fortuita siue arbitraria esse), quod quum uos dicimus motu quodam oris conueniente cum ipsius uerbi demonstratione utimur. Quippe labia sensim ac spiritum uersus eum mouemus, cum quo loquimur. Et é contrario quum dicimus nos neque  
10 profuso intentoque spiritu, neque extensis labiis pronuntiamus, sed spiritum et labra quasi intra nos met ipsos coercemus. Hoc idem fit in tu et ego et tibi et mihi et tuus et meus caeteris que ab his descendentibus. Nam sicut quum adnuimus atque abnuimus, motus ille uel capitis uel oculorum á natura rei, quam signat, non abhorret, ita in his uocibus quasi gestus

4,4 Plin. nat. 3,21\* | Curt. 10,1,18\* | 4-7 ex Plin. nat. 3,13 | 5,1-10 Strabo [G.] 3,2,15\* + 3,4,12-13\* | 6,1 Mart. 1,49,2 | 5-15 Nigid. Gell. 10,4,3-4\* | 15-16 P. Fest. 47

4,3 Iberum] hiberum U a.c. || 5 eorum om. ova || 5,5 Dureias suppl. Pade ex interpretatione Strabonis Guariniana || propter - fluit add. U<sup>2</sup> in l. || 6,5 et 6 uncas add. U<sup>2</sup> || 12 his] iis ova || 14 nos abhorret v || his] iis va

15 quidam oris et spiritus uidetur esse naturalis. Veteres **nis** pro nobis scripsere, sicut **im** pro eum.

7 HISPANIAE. **Hispania** Europae terminos claudit. Hanc ueteres ab Ibero amne primo Iberiam, deinde ab Hispali insigni eius urbe cognominauerunt. Quae inter Africam et Galliam posita oceani freto et Pyraeneis montibus clauditur, sicut minor ambabus, ita utraque fertilior.  
5 Nam neque ut Africa uiolento sole torretur, neque ut Gallia assiduis uentis fatigatur, sed media inter utranque hinc temperato calore, inde foelicibus et tempestiuis imbris et omni frugum genere fecundissima est, adeo ut non incolis tantum suis, sed aliis quoque prouinciis et ipsi Italiae cunctarum rerum abundantia sufficiat.

8 ALTAM. Nobilem, gloriosam. BILBILIM. **Segobriga** et **Bilbilis** duo insignia Celtiberiae oppida sunt, circa quae Sertorius et Metellus praelium commiserere. Bilbilis, patria Martialis, á Bilbili propinquo fluuio ita appellata.

9 NOBILEM EQVIS ET ARMIS. Recte de Celtiberis loquens equos et arma commemorat, quum iis (f° 614v) equi et arma sanguine proprio cariora sint. EQVIS. Sunt in **Celtiberia equorum** pernices greges, qui quum natura subalbi sunt, si in exteriorem Hispaniam traductantur,  
5 colorem mutant, Parthi corum similes. Nam et agilitate et cursus celeritate reliquos superant. ARMIS. **Celtiberi arma** habent rei bellicae aptissima, utpote aquarum temperamento obdurata. Nec apud eos probatur telum aliquod, quod non aut Bilbili fluuio aut Chalibe tinctum sit. Quapropter et **Chalybes** finitimi huius fluuii appellati sunt, ferro que caeteris praestare  
10 dicuntur. Sunt et alii in Ponto Chalybes. **Chalybs** aliquando pro ipso ferro ita temperato accipitur. Item pro opere ex huiusmodi ferro facto. **Lucanus**: “Chalybem frenos que momordit.” **Virgilius**: “Vulnificus que Chalybs.”

7,1 Mart. 1,49,2 | 1-9 ex Iust. 44,1,4; u. introd. | 8,1 Mart. 1,49,3 | Mart. 1,49,3 | 1-3 Strabo [G.] 3,4,13\* | 3 u. introd. | 9,1 Mart. 1,49,4\* | 3 Mart. 1,49,4 | 3-6 Strabo [G.] 3,4,15\* | 7-8 ex Iust. 44,3,8; u. introd. | 9 Seru. georg. 1,58\* uel Aen. 8,421\* | 10 ex Strabo 12,3,19 | 10-13 Seru. georg. 1,58 (Verg. Aen. 8,446)\* + Lucan. 6,398\*

6,15 nis] his a || 16 Im U<sup>2</sup> lemma p.c.: tin Uova || 7,2 eius] -u- p.c. || 6 hinc om. ova || inde] Vnde ova; ante hanc uocem add. perfruitur oa, perfluitur v || 8 non om. a || 8,2 insigni a o || 3 ita om. ova || 9,1 equis] quis v || 3 Celtibera ov Celtiberiae equi U<sup>2</sup> lemma || pernices v || 4 traduntur v || 6 Celtiberiae arma U<sup>2</sup> lemma || 8 bilbilis o || 10 Calibes v || Calibs o lemma et v || 13 Calybs o

**10** SENEM QVE CANVM NIVIBVS EFFRACTIS SACRVM. Ordo est: 'Et uidebis sacrum senem canum effractis niuibus'. **Sacer** nomen proprium est montis in finibus Galatiae aurum ferens. SENEM. Antiquae nobilitatis. CANVM. Candicantem. NIVIBVS. Propter niues, quibus tegitur. 5 EFFRACTIS. Allusit ad historiam; nam Sacrum montem ferro nudari nefas habetur, sed si quando terra fulgure, quod eo in loco assidua res est, aut imbris aut niuium pondere scinditur, detectum aurum uelut dei munus permittitur colligi.

**11** VADA VERONEM MONTIBVS. Sensus est: 'et uidebis Veronem apposituue uada montibus, hoc est, per quem est facilis transitus ad montes.' **Vero** enim fluuius est Celtiberiae, á quo populi circa eum habitantes **Verones** appellati. Cursus eius, ut caeterorum fere in ea 5 regione amnium, non torrens rapidus que est, ut noceat, sed lenis placidus que, ut transiri uado facile possit. BOTORDI. **Botordum** uicus est non lon- (**c. 956**) ge á Segobriga; quondam oppidum fuit, sed á Tyberio Graccho dirutum, ut refert **Polybius**.

**12** DELICATI. Deliciis pleni, quia arboribus, umbris, fontibus, nemoribus, siluis abundat. QVOD FOELIX. Fructiferis arboribus; ad nemus enim referri debet foelix, non ad Pomona. **POMONA**. Pomorum dea, quemadmodum **Bubona**, dea boum, et **Mellona**, dea mellis. Á pomo 5 Pomona appellata, unde etiam **pomiferum** deducitur. **Plynius**: "Tum (**f° 615r**) loca subigenda sunt, in quibus pomiferae arbores inserendae." Et **pomarium**, locus in quo uel insita sunt poma, uel reponuntur, uel est arborum pomiferarum copia. Pomum uero á potu deducitur, quasi potomum, ut **Varro** testatur, quod poma potu egeant.

**13** LENE. Leniter, placide, quia fluuius ipse lenis ac placidus est. TEPIDA VADA. Sub calidas aquas. Vada ideo dixit, quia propter lenitatem transiri uado facile potest, quemadmodum superius diximus, nec ullum

**10,1** Mart. 1,49,5 | 3 Iust. 44,3,6\* | Mart. 1,49,5 | 4 u. introd. | Mart. 1,49,5 | Mart. 1,49,5 | 5 Mart. 1,49,5 | 5-8 ex Iust. 44,3,6; u. introd. | **11,1** Mart. 1,49,6 | 3-4 Cald. Mart.\* | 6 Mart. 1,49,7 | 7 Strabo [G.] 3,4,13 (Polyb. 25,1,1) | **12,1** Mart. 1,49,7 | 2 Mart. 1,49,8 | 3 Mart. 1,49,8 | Aug. *ciu.* 4,34 p. 189,19-20; cf. 4,24 p. 176,23-24; cf. etiam 5,76 et introd. | 5 Plin. ? | 7 Perott. *rud.*, de punctibus de quibus oratio distinguitur\*; u. introd. | 8-9 Varro *rust.* 1,31,5\* | **13,1** Mart. 1,49,9 | 2 Mart. 1,49,9 | 3 2,748

**10,2** sacernomen o || 6 fulguri ov || 7 niuem ov || **11,3** eum] eam v || 6 Botordum om. ova || **12,3** ad Pomonam a || 8 arborum *add. U<sup>2</sup> in textu* || **13,1** placidus ac v

est in natando periculum. CONGEDI. **Congedus** amnis est iuxta Bilbilim, qui per agri planiciem fluens exiguum lacum effecit tepentibus aquis, qui erumpit in Bilbilim. Hoc se lauare Hispani post secundum Punicum bellum á Romanis didicere. MOLLES. Lenes, placidas. NYMPHARVM. In quibus se lauare Nymphae consueuerant, uel in quibus habitant Nymphae propter suauitatem et dilicias aquarum. REMISSVM. Resolutum. Quippe calidis aquis resoluuntur corpora, frigidis restringuntur.

**14 BREVI.** Statim, breui tempore. Est enim aduerbium temporis. SALONE. **Salo** fluuius est, qui et Bilbilis dicitur, quo temperatur ferrum atque acrius redditur. GELAT. Gelu, hoc est nimia frigiditate, astringit atque obdurat. **VOBERCA.** Villa est iuxta Bilbilim amnem, cursu fluminis, umbra arborum et frigiditate scaturientium fontium amoenissima. PROPE. Ex propinquo, ut superius diximus.

**15 PRANDENTI.** Dum prandes. Tanta est enim illic copia ferarum, ut etiam in uillas confluant. **Prandium** dicitur cibus, qui ante meridiem sumitur. Veteres **coenam** appellabant; quam uero nunc coenam dicimus, illi uocabant **uespernam**. Ab edendo autem prandium dictum est, quasi peredium. Ab hoc fit **prandeo**, á quo frequentatiuum **pransito**. **Pransos** ueteres uocabant non solum, qui edissent, sed etiam quibus nihil deesset. **Varro:** "Pransum te ac paratum esse oportere." **Impransus** uero dicitur, qui nondum pransus est, sicut **incoenatus**, qui nondum coenauit. **Prandiola** uero siue prandicula antiqui ientacula uocabant, de quibus superius diximus. FRANGES. Arcebis, superabis. AESTVS. Nimios calores. SERENOS. Temporis **sereni**. Nam quo maior est serenitas temporis, eo minores aerae et sol liberior ideo que maior (**f° 615v**) aestus.

**16 TAGO AVREO.** **Tagus** flumen est in Lusitanis ramenta auri ferens, iuxta quem uento equas foetus concipere multi autores

13,4 Mart. 1,49,9 | 4-5 u. introd. | 7 Mart. 1,49,10 | Mart. 1,49,10 | 9 Mart. 1,49,11 | u. introd. | 14,1 Mart. 1,49,11 | u. introd. | 2 Mart. 1,49,12 | Iust. 44,3,8; u. introd. | 3 Mart. 1,49,12 | u. introd. | 4 Mart. 1,49,14 | u. introd. | 5 Mart. 1,49,13 | 6 2,30 | 15,1 Mart. 1,49,14 | 2 P. Fest. 223\* | 3-4 P. Fest. 54 | 4-5 Isid. orig. 20,2,11\* | 6-7 Non. 458-59 (Varro Men. 175) | 9 P. Fest. 250 | 10 2,691 | Mart. 1,49,15 | 11 u. introd. | 16,1 Mart. 1,49,15 | 1-2 ex Bocc. de montibus, Tagus ?; u. et introd. | 2-3 Iust. 44,3,1

14,2 alo v || 3 Gelat] Gelu v || 15,1 enim est o || 3 Veteres - uero om. v || 9 Prandiola uero] uero om. ova || lenracula v || 16,1 auro v

prodiderunt. OBSCVRVS. Tectus, latens. **Obscurum** enim, quod superius á cura deriuari diximus; proprie significat, quod sine lumine est.

5 **Virgilius:** “Si nigrum obscuro comprehenderit aera cornu.” Per metaphoram tamen interdum pro ignobili ponitur. **Cicero:** “Qui magna sibi proponunt obscuris orti maioribus.” Interdum pro tecto, latenti et abscondito. **Virgilius:** “Vidimus obscuris primam sub moenibus urbem.” Vnde obscuram orationem dicimus difficilem, et cuius sententia latet. Ab

10 hoc fit **obscuritas**, quod interdum opacitatem, interdum ignobilitatem, interdum etiam difficultatem significat. Et **obscure** aduerbium, latenter, difficulter, ignobiliter; et comparatiua superlatiua que eorum, **obscurior**, **obscurissimus**, **obscurius**, **obscurissime**. Et **obscuro** uerbum, quod modo significat opaco, modo tego, modo uel igno- (**c. 957**) bilius uel difficilium facio.

15 **17 ARBORVM. Arbor** generale nomen est et appellatione eius uites quoque et hederas et arundines et salictum contineri **iurisconsulti** existimant. Sed siquis salignas uirgas instituendi salicti causa defixerit, eae que, antequam radices egerint, succidantur aut euellantur, recte

5 **Pomponius** scribit de succisis arboribus agi non posse, quum nulla arbor proprie dicatur, quae radicem non conceperit. Stirps tamen oleae arbor est, siue radices egerit, siue non dum, sed quum planta adeo tenera est, ut herba potius uideatur, arboris loco haberi non debet. Maximo uero in pretio apud ueteres arbores fuere umbrarum gratia, quod ex eo maxime

10 apparet, quod quum **CN. Domitius** pro domo **L. Crassi**, qui una secum censuram gerebat, centum numerorum milia identidem promississet, et Crassus concessurum se respondisset exceptis sex arboribus, Domitius ne uno quidem denario emptam se uelle respondit, si arbores adimerentur. Eae fuere loti patula ramorum opacitate lasciuae, quae postea centum

15 octuaginta annis usque ad Neronis principis incendia durauere, uirides adhuc iuuenes que, ni princeps ille arborum quoque mortem accelerasset. Dicimus autem in recto arbor et **arbos**, sicut odor et odos. Hinc ueteres **arboses** pro arbores scripsere. Ab hoc fit diminutium **arbuscula**. Item

**16,3** Mart. 1,49,16 | 18,10 | 4-8 Non. 359\* (Verg. *georg.* 1,428; Cic. *off.* 1,116; Verg. *Aen.* 9,244) | **17,1** Mart. 1,49,16 | 1-7 Vlp. et Pompon. *dig.* 47,7,3,1-3+7\* | 7-8 Gaius *dig.* 47,7,4 | 10-16 Plin. *nat.* 17,3-5\* | 17-24 *arbor - arbutus*] lemmata fere ut Hug. *arbor* | 17 Isid. *orig.* 1,27,23\* | 18 P. Fest. 15

**16,7** proponit *ova* || orti *om. ova* || 10-11 ignobilitatem significat *a.c.* || **17,4** euellantur *U<sup>2</sup> p.c.* || 11 identitatem *o* || 18 *arboses*] arbores *v*

**arbustum**, locus in quo arbores sunt, sicut salictum, in quo sunt (**F° 616r**) salices; hoc et **arboretum** aliqui uocant, ut **Gellius** testatur. Ab eo fit arbusto uerbum, quod est agrum arboribus consero ad maritandas uites. **Plinius**: “Transpadana Italia praeter supra dicta cornu, populo, tilia, acere, orno, carpino, quercu arbustat agros.” Et **arboreus**, notae significationis, et **arbutus**, genus arboris, quae et **unedo** dicitur, de qua superius locuti sumus. **Virgilius**: “Et quae nos rara uiridis tegit arbutus umbra.” Et **arboreo** uerbum, quod significat in arborem cresco. **Plinius**: “Alterius generis minor est herba, altera arborescit.”

**18 DERCE.** **Derce** et **Neme** fontes sunt frigidissimi aestate inter Bilbilim et Segobrigam, in ripa fere Salonis amnis. **RIGENS.** Frigidus supra modum. **Virgilius**: “Tellurem Borea rigidam spirante moueri,” de quo superius abunde disseruimus. **NIVES.** Aquam ex niuibis liquefactis, quod inuentum fuisse Neronis principis diximus, ut frigidius biberet. **CANVS.** Albus propter niues. ET. Idest.

**17,19** Isid. orig. 17,6,2\* | **20** Quadrig. hist. 29 ap. Gell. 17,2,25 | **22** Plin. nat. 17,201 | **24** Seru. ecl. 7,46\* | **25** 1,404 | Verg. ecl. 7,46 | **27** Plin. ? | **18,1** Mart. 1,49,17 | ex Cald. Mart.; cf. etiam introd. | **2** Mart. 1,49,17 | **2-3** Non. 380 (Verg. georg. 2,316) | **4** 1,22 | Mart. 1,49,18 | **4-5** Plin. nat. 31,40 | **6** Mart. 1,49,19 | u. introd.

**17,20-23** Ab eo - agros add.  $U^2$  in mg. dextr. Ante Ab eo del. a quo fit || **18,1** Nome ov || **3-4** de - disseruimus add.  $U^2$  in mg. dextr. Post moueri del. et á Graeco deducitur, quippe Graeci ῥιγὼν algorem dicunt et ῥιγεῖν algere. Quoniam non nimia frigiditate res indurantur et horrent, **rigidum** aliquando pro duro usurpatur. **Idem**: “Vestesque rigescunt Indutae.” Interdum pro erecto. **Idem**: “Tum rigidas mutare catumina quercus.” **Idem**: “Et curuae rigidum falcis curuantur in usum.” Aliquando pro graui et seuero. **Martialis**: “Quum sis nec rigida Fabiorum gente creatus.” Hinc fit **rigeo** uerbum, quod significat frigeo, horreo, induror; et **rigor**, frigus, durities, seueritas; et **rigide**, frigide, dure, seuere. Et comparatiua superlatiua quae eorum. Item **riigo**, rigas, ut quidam putant, quod est madefacio et quasi riuum aquae superinduco; hoc enim modo frigescent ea, quae rigantur. Ab hoc fit compositum **irriigo** eiusdem significationis. Item ab eo deriuatur **riuum**, quod irrigatur, seu per quod riuus [riui  $U^2$  in l.] defluunt. Et **riuosus** est, ut **Ulpianus** diffinit, locus depressus per longitudinem, quo aqua decurrit. Á quo fit uerbum **deriuo**, quod est deduco; unde **deriuatio** et **riuales**, qui et **corriuales** dicuntur [dicuntur  $U^2$  p.c.], amantes emuli, hoc est qui unam et eandem amicam habent, siue quod in unum amorem deriuent, siue, per translationem a feris, quae sitientes dum ex eodem riuo haustum petunt, contra se inuicem ueniunt in certamen. **Terentius**: “Militem ego riualet recipiendum censeo”, cf. sim. C.C. 2,22.



19 BRVMA IMPOTENS. **Bruma** proprie dicitur dies solstitii hyemalis, qui est post Idus decembres, dicta quasi βραχὺ ἡμῶν, hoc est brevis dies. Ponitur tamen interdum pro mense decembri, ut hoc loco, interdum pro hyeme: “Frigida sub terra tumidum quem bruma tegebat.” Á (f° 616v) bruma **brumalis** deducitur, ut brumale tempus, brumales dies. IMPOTENS. Quia homines impotentes et desidiosos facit, ab igne discedere nescientes.

20 MVGIET. Sonabit. **Mugire** proprie facticium est boum, á quo **mugitus**. Á cuius similitudine uenti quoque plerunque mugire dicuntur. Hinc fit **muginor** uerbum, quod significat murmuro. **Lucillius**: “Muginamur, molimur, subducimur.” Et **Mugius** cognomen Romani cuius á frequenti murmuratione. Á quo **Mugiola porta**, quod ipsi aliquando praefuit. Item á mugio fit **remugio** compositum eiusdem significationis cum primitiuo. **Virgilius**: “Horrendas canit ambages, antroque remugit.”

21 RAVCO. Sonoro, unde ἀπὸ τοῦ βοῶν, hoc est á uociferando, **Boreas** dicitur. Vociferando autem uox raucescit. APRICA. Temperata sine frigore, de quo supra diximus. TARACONIS. **Taraco** insignis urbs Hispaniae est, á qua **prouincia ipsa Taraconensis** uocatur. Altero capite Gallias, altero Beticam attingens, mari littora obiicit nostro, qua meridiem, qua uero septentrionem spectat, oceano; urbs amoenissima est, temperato caelo et, ut **Strabo** inquit, ad recipiendos principes percelebris. TVAM. (c. 958) Ex qua tibi origo est.

22 LALETANIAM. Regio est Hispaniae. **Hiberus** labitur á Cantabris, iuxta est Taraco. Hinc **Laletania**, á qua **Laletana** uina, magis copia quam bonitate nobilitata. MACTABIS. Occides, de quo superius diximus. **DAMAS**. Notum animal est é caprarum siluestrium genere, ideo que semiferum, ut hirundines in uolucris, apes in campo, in mari delphini. Reperitur et in masculino genere. **Virgilius**: “Cum canibus timidi uenient ad pocula damae.” VERNAS. Conterraneos tuos, et quasi domi tuae natos.

19,1 Mart. 1,49,19 | u. introd. | 2 Seru. et Verg. *Aen.* 2,472 | 6 Mart. 1,49,19 | u. introd. | 20,1 Mart. 1,49,20 | P. Fest. 30\* | 3-4 Non. 139\* (Lucil. 294) | 5-6 P. Fest. 144 | 7 Verg. *Aen.* 6,99 | 21,1 Mart. 1,49,20 | 3 3,94 | Mart. 1,49,21 | 3-7 ex Mela 2,90; 2,87 et Strabo 3,4,7; u. etiam introd. | 8 Mart. 1,49,22 | 22,1 Mart. 1,49,22 | 1-2 ex Plin. *nat.* 3,21; u. etiam introd. | 3 Plin. *nat.* 14,71\* | Mart. 1,49,24 | 1,372 | 4 Mart. 1,49,23 | Plin. *nat.* 8,214\* | 6-7 Seru. et Verg. *ecl.* 8,28\* | 7 Mart. 1,49,24 | ex Perott. *rud.*, de punctibus de quibus oratio distinguitur\*; u. et introd.

19,2 Decembris ova || ἡμῶν ο || 4 Virgilius ante Frigida add. a || 6 impotens a || 20,5 murmurationem o || porra v || 6 Item om. a || 21,1 βόαν ο || est om. ο || 4 Taraconensis prouincia U<sup>2</sup> lemma || 5 capite om. v || 22,2 Laletana aqua a || 6 in masculino] in om. ova

**23** RVMPES. Defatigabis. Plerique sanè ex uenatu uoluptatem capientes non sinunt leporem necari, sed currendo saepius uertunt, atque ita leporem fatigant et solo cursu delectantur, quod abs te, **Federice** princeps, fieri praesertim in leporariis tuis, quae tanto sumptu, decore atque elegantia fecisti, saepenumero non sine magna animi uoluptate conspicimus. **Rumpere** proprie frangere est. **Virgilius**: “Rupimus inuitae tua uincula.” Aliquando tamen capitur pro fatigare. **Terentius**: “Vt me ambulando rumperet.” Aliquando pro disiicere. **Virgilius**: “Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.” (**f° 617r**) Nonnunquam impetum facere. **Terentius**: “Cesso intro rumpere.” Rumpere silentium et rumpere uocem est loqui siue diu tacita proferre. Á rumpo **rupes** deducitur, quod ueluti abrupta sit, et **ripa**, quod aquarum agitatione rumpatur; de quibus et eorum deriuatiuis superius locuti sumus. Et rumentum abruptio, et rumex genus teli, quod sparo gallico simile est. Est etiam rumex oleris genus uulgo notum. Item **rupti** dicuntur qui ob nimiam fatigationem aut conceptum rigorem dolent et uix mouere possunt corporis membra. Praeterea á rumpo composita fiunt **interrumpo**, quod est aliquid dicentem facientem ue impedio. Perrumpo ualde rumpo. **Abrumpo** disiicio, auello; unde **loca abrupta** diuulsa atque ob id inuia appellamus. **Praerumpo** eiusdem ferè significationis; unde et **praerupta loca** dicimus. **Erumpo** cum impetu exeo; á quo **eruptiones** dicuntur, quando uel exercitus é castris uel praesidia ex urbibus in hostes impetum faciunt. Item egredior. **Plynius**: “Erumpunt ceruis cornua primo aridae cuti similia.” **Prorumpo** cum impetu feror. **Irrumpo** impetum facio; á quo irruptio. **Dirumpo** frango, scindo, et ad animum etiam refertur. **Cicero**: “Dirumpor dolore.” **Corrumpo** contamino; á quo **corruptela**, hoc est contaminatio, deducitur. Et **incorruptum** inuiolatum.

**23,1** Mart. 1,49,25 | 6-11 ex Non. 382 (Verg. *Aen.* 10,233; Ter. *Hec.* 435; Verg. *ecl.* 8,71; Ter. *Eun.* 996) | 13 2,256 | 14 rumentum] P. Fest. 271 | rumex] P. Fest. 271 | 23 ex Plin. *nat.* 8,117 | 26 Cic. *Att.* 7,12,3

**23,6** Rumpimus ova || 10 Rumpere silentium] rumpere om. v || 11 rumpo Rupes v || 12 quod aquarum] a quarum o || 13-15 Et-notum add. *U<sup>2</sup> in mg. inf.* || 19 desiicio va || Abrupta loca *U<sup>2</sup> lemma* || 20 appellemus v || ferè om. ova || 23 faciunt] -ciunt *U<sup>2</sup> in ras., postea rasura unius lineae* || 24-25 Prorumpo-irruptio add. *U<sup>2</sup> in mg. sin.*

24 CALLIDVM. Callentem flectere se et saluti suae terga uertendo  
 consulere. FORTI. Celeri, robusto. RELINQVES CERVOS VILLICO.  
 Mactandos scilicet, quoniam caro eorum mollis et insipida est ideo que  
 rusticorum potius cibus. **Ceruus** animalium placidissimus est. Vrgente  
 5 aliquando ui canum ad hominem confugit, et in pariendo minus cauet  
 semitas humanis uestigiis tritas quam quae secretae ac feris opportunae  
 sunt. Aeditos partus exercent tam feminae quam mares cursu, et fugam  
 meditari docent; ad praerupta ducunt saltum que demonstrant. In fuga  
 10 fugae praesidia repetunt. Hoc faciunt intestini dolore tam infirmi, ut leui  
 ictu intus rumpatur. Fugiunt mox latratu canum audito aura semper  
 secunda, ut secum uestigia quoque abeant. Mulcentur fistula pastoralis et  
 cantu. Qum erexere aures, acerrimi auditus sunt, qum remisere, protinus  
 15 stupens adeo, ut equo aut bucula propius accedente hominem iuxta  
 uenientem non uideant, aut si uideant, arcum ipsum sagittas que  
 mirentur. (f° 617v) Cornua mares habent soli que animalium omnibus  
 annis statuto ueris tempore ammittunt. Latent amissis quasi inermes et  
 noctu tantum in pascua exeunt. Dextrum cornu negant inueniri. Defodi ab  
 20 iis putant, ne in usum hominum ueniat, quod ei insit aliquod medicamen-  
 (c. 959) tum. Vtriuslibet accensi odore serpentes fugantur. Indicia certae  
 aetatis in illis sunt singulis annis adiicientibus ramos usque ad sexennes.  
 Ab eo tempore similia renascuntur nec potest amplius aetas discerni.  
 Dentibus senecta declaratur, aut enim paucos aut nullos habent. Non  
 25 decidunt castratis cornua nec, si careant, renascuntur. Capti aliquando  
 sunt hedera in cornibus uiridante ex attritu arborum innata, quoniam  
 innascentia ad solem durant, deinde in arboribus experiuntur. Maria  
 tranant gregatim nantes porrecto ordine et capita imponentes  
 praecedentium clunibus per uices quisque ad terga redeuntes. Conceptus  
 30 ceruarum est post Arcturi sydus. Octonis mensibus ferunt partus et  
 interdum geminos. Post conceptum statim disiunguntur. At mares relictis  
 rabie libidinis saeuunt. Fodiunt scobes, ideo tunc rostra eorum  
 nigrescunt, donec imbre abluantur. Candidi aliquando reperiuntur,

24,1 Mart. 1,49,25 | 2 Mart. 1,49,25 | Mart. 1,49,26\* | 4-42 Plin. nat. 8,112-119\*

24,7 meres v || 12 habeant v || 15 stuporis v || eqina v || 17 miretur a || 21 post  
 Vtriuslibet del. certe in U || 22 adiicientes] secunda i s.l. U || usque U<sup>2</sup> in rasura ||  
 31 relictis om. ova

qualem fuisse tradunt **Q. Sertorii** ceruam, quam fatidicam esse Hispaniae gentibus persuaserat. Pugnans cum serpente et cauernas eorum inuestigant narium que spiritu extrahunt renitentes. Ideo contra morsus praecipuum remedium ex coagulo hinnuli in utero occisi. Vita ceruis longa. Capti sunt aliqui post centum annos cum torquibus aureis, quos **Alexander Magnus** addiderat, cute iam ferè ob pinguitudinem adoptis. Febrium morbos non sentiunt, quin etiam huic timori medentur. Notum est quasdam principes feminas omnibus diebus matutinis carnem eam degustare solitas fuisse et ita longo aeuo caruisse febribus.

**25** Á ceruus **ceruinus** deducitur. **Martialis**: "Ceruinus gelidum torquet sic halitus anguem." Et **ceruarius**, unde **lupum ceruarium** á similitudine dicimus, et **ceruaria ouis** dicebatur, quae pro ceruo imolari solebat. Ceruus graece **elaphos** dicitur, á quo **tragelaphon** quasi hircinum ceruum uocant eadem spetie animal, barba tantum et armorum uillo distans nec alibi nascens quam iuxta Phasim amnem. Et **elaphoboscon** á pastu ceruorum – nam βόσκω pasco significat – herbam ferulaceam geniculatam, digiti crassitudine, semine corimbis dependentibus, foliis olusatri, commendatam (**P<sup>o</sup> 618r**) in cibis contra serpentum omniumque aculeatorum ictus. Quippe fama est hoc pabulo ceruos resistere serpentibus; quod eo minus est mirandum, quo et **dictamum** herbam extrahendis sagittis iidem hominibus monstrauere percussi eo telo pastu que eius herbae iecto. Quinetiam percussi á phalangio cancos edendo sibi medentur.

**26** VICINA SILVA. Ligna siluae uicinae. Continens pro contento accipitur, ut mos est poetarum.

**27** DESCENDET. Facile portabitur, quasi sponte ueniet. **Scandere** est in altum ire. Vnde scalae dictae, per quas in altum conscendimus. Et **scanna** quae lectis ueluti gradus apponuntur, ut per ea in lectum facilius ascendatur. Et **scabellum** diminutium á scanno. **Varro** scribit scabellum dici, per quod simplici scansione scandebant in lectum non

**25,1** ex Mart. 12,28,5 | 3-4 P. Fest. 57\* | 4-6 Isid. *orig.* 12,1,20\* | 7-11 Plin. *nat.* 22,79\* | 12-14 Plin. *nat.* 8,97\*; u. etiam introd. | **26,1** Mart. 1,49,27 | **27,1** Mart. 1,49,27 | 2 Isid. *orig.* 19,18,4\* | 3 Isid. *orig.* 20,11,8\* uel Pap. *scanna*\* | 4-7 ex Varrone *ling.* 5,168

**24,34** Sertorii] -rii U<sup>2</sup> s.l. || 36 spiritum o || 37 hinnuli U<sup>2</sup> in spatio uacuo || 41 matutinis] natiuis ov || **25,3-4** et-solebat add. U<sup>2</sup> in mg. dextr. || 4 Elaphus U<sup>2</sup> lemma || 7 βοσκο v || 12 herba o || **27,4-9** Varro-relinquantur add. U<sup>2</sup> in mg. sin. || 5 post dici del. duae fere uoces U<sup>2</sup>

altum, scannum uero, quo duplici gradu in lectum altiorem conscendebant. Scannum etiam dicitur terra illa altior, quae inter duos sulcos in colendo relinquitur. **Plynius**: “Scanna inter duos sulcos cruda ne reliquantur.” Quoniam autem in iis sedere consueuimus, factum est, ut  
 10 scannum et scabellum frequenter pro subselliis usurpentur. Et **scansile**, per quod ascendi potest.

**28** Praeterea á scando composita **ascendo**, á quo **ascensus**, **transcendo** ascendendo transgredior, **descendo**, quod proprie significat é loco superiore in inferiorem uenio. **Plautus**: “Descende iam ex equo.” Vnde fit **descensus**. **Virgilius**: “Facilis descensus Auerni.”  
 5 Dicimus tamen aliquando ‘descendo in forum’, ‘descendo in campum’, ‘descendo in praelium’, non quod de loco superiore in inferiorem descendamus, sed de loco tuto in locum discriminis, ab eo, ut opinor, tractum, quod qui in loco celsiore se tenet, pugnam detrectare existimatur, quem  
 10 pugnamdum sese habere declarat. Hinc (**c. 960**) quicumque pugnaturus uenit aut litis aut dignitatis defendendae gratia, descendere dicitur, etiam si ex inferiore loco in superiorem se conferat. **Conscendo** simul scando. Á quo **conscensus**. Item á scando **scandulaca** genus herbae frugibus inimicae, quod eis conscendendo quasi hedera noceat. Item secundum  
 15 quosdam **scateo**, á quo **scaturio**, **scaturies**, **scatebrae**, de quibus superius diximus. Scandere etiam uersus dicimus, hoc est mensurare, quod eos per pedes distinguendo ueluti ascendere uideamur. Hinc talis mensuratio **scansio** uocitatur.

**29** CINCTVM. Circumdatum. INFANTE. Infantibus, pueris. Singularis pro plurali. SORDIDO. Immundo. Quales sunt rusticorum pueri. VOCATVS. Inuitatus. VENABITVR. Vt secum uenationem afferat.

**30** CLAMATVS. Voce accitus, quando coenae tempus erit. **Clamor** proprie est calamorum sonus, quasi calamor; etenim uento agitatae arundines non paruam uocem emittunt. Ponitur et pro omni uoce. Ab

**27,8** ex Plin. *nat.* 18,179 | 10 Pap. *scannum\** | **28,3** Plaut. ? *fr. inc.* 199 | 4 ex Verg. *Aen.* 6,126 | 5-12 ex Valla *eleg.* 5,36 | 13-14 ex P. Fest. 331 | 15 quosdam] ? | 16 2,687 | **29,1** Mart. 1,49,28 | Mart. 1,49,28 | 2 Mart. 1,49,28 | 3 Mart. 1,49,29\* | Mart. 1,49,29\* | **30,1** Mart. 1,49,30

**27,9** ne *om. ov* || *post lectum del.* Scan *U*<sup>2</sup> || **28,2** Discendo *v* || 8 qui *om. a* || 10 sese] se *ova* || 11 aut-aut *om. ov* || 13-18 Item-uocitatur *add. U*<sup>2</sup> *in mg. dextr.* || 17 pedes per *v* || **29,3** VENERABITVR *ov* || uenerationem *ov*

hoc fit **clamo** uerbum, quod est uocifero, et interdum pro uoco accipitur  
 5 sicut frequentatiuum eius clamito. **Plautus**: “Plaudunt, partim clamitant  
 me, ut reuertar.” Ab hoc **clamosus** clamore obstrepens, uociferator.  
**Quintilianus**: “Non turbidus, non clamosus sit altercator.” Et **clamito**  
 frequentatiuum, et composita **declamo**, quod est fictam causam (**f°**  
 10 **618v**) ago aut docendi aut exercendi ingenii gratia, á quo **declamator**  
 et **declamatio**, de quibus superius diximus. **Exclamo** uocifero et quasi  
 é medio pectore uocem in altum emitto, quod aut indignationis aut doloris  
 causa fieri solet. Á quo **exclamatio** eiusmodi uox dicitur. Item figura,  
 quae á Graecis **epiphonema** appellatur, quae diffinitur rei narratae uel  
 probatae summa acclamatio. **Cicero**: “Facere enim probus adolescens  
 15 periculose quam perpeti turpiter maluit.” Ἐπὶ enim apud Graecos ex,  
 φώνημα clamorem significat. Praeclamo anteclamo, á quo praeclamito,  
 unde praeclamitatores dicebantur, qui flaminem Dialem, hoc est  
 sacerdotem Iouis, antecedeabant clamantes, ut homines ab operibus  
 abstinerent, quia ei opus facientem uidere irreligiosum erat. **Proclamo**  
 20 procul clamo, denuntio. **Inclamo** clamando reprehendo. **Succlamo**  
 submurmuro. **Reclamo** uel rursus clamo uel ex aduerso clamo.  
**Conclamo** simul clamo, á quo **conclamatio** et **conclamatum est**, de  
 quo superius disseruimus.

**31** PROPE. Deprope, hoc est ex propinquo. LVNATA PELLIS.  
**Calcei lunati**, hoc est nobiliores, qui calceis lunatis utuntur. Est enim  
 sensus: ‘Non sint tecum in conuiuio nobiliores et magni uiri, quibus te  
 morem gerere oporteat.’ Nobiliores calceis, in quibus lunae effigies esset,  
 5 usos fuisse manifestum est. **Iuuenalis**: “Nobilis et generosus appositam  
 nigrae lunam subtexit alutae.” Cuius rei diuersas rationes affert  
**Plutarchus** ueterum morum scrutator diligentissimus. Aut enim ob id  
 institutum hoc esse scribit, quod animae post mortem lunam sub pedibus

**30,5** ex Plaut. *Pseud.* 1276 | 7 ex Quint. *inst.* 6,4,15 | 10 10,54 | 12-16 Tort.  
*epiphonema\** (Cic. *Mil.* 9) | 17-19 ex P. Fest. 248 | 23 6,386 | **31,1** Mart. 1,49,30 |  
 Mart. 1,49,31 | 2-6 u. introd. (Iuu. 7,191-192) [4-5 fortasse ex Schol. *Iuu.* 7,192] |  
 7-19 Plut. *quaest. Rom.* 76 282A-B (Parmen. Vorsokr. 18 B 15)

**30,5-6** sicut-hoc *add. U<sup>2</sup> in mg. inf.; post signum insertionis del.* á quo || 7-8 Et-  
 frequentatiuum *om. v* || 9 declamator et *om. ov* et *om. a* || 12-19 eiusmodi-erat *add.*  
*U<sup>2</sup> in mg. inf.* || 13 Epiphomena o, *sed -nema o lemma* || 14 prolatae ova || 15 ex]  
 super a || 16 φωνήμα οα (*rectius*); *in ed. princ. Tort. uox Graeca deest* || 18  
 antecedentem *ov* || 21 -x aduerso clamo *U<sup>2</sup> in ras.* || **31,1** est *om. v* || 2 ast o



spectent, uel ut argumentum sit eius habitationis, quam in luna esse  
 10 nonnulli prodiderunt, uel quod Archades, qui cum Euandro in Italiam  
 uenerunt, **Proselines** appellati eo calcei genere uterentur, uel ut  
 homines elati ac tumidi eo signo admonerentur instabilitatis atque  
 inconstantiae humanarum rerum, quod luna primo ex occulto prodit et  
 15 facta indies spetiosior os suum lumine ac splendore conspicuum facit, tum  
 formosissima et maxima reddita rursus defluit ad nihilum que reuertitur,  
 uel quod eo exemplo admonerentur subditi magistratibus parendum esse  
 et, quemadmodum luna, ut **Parmenides** scribit, solis radios continue  
 respicit, sic inferiores secundum locum tenere debere et principes colere,  
 quorum opibus atque honoribus perfruantur. Sed, quod pace Plutarchi  
 20 dictum sit, illa nobis uerior ratio uidetur, quod **Numa** rex Romanorum,  
 cum chlamydem ab Isaurorum legatis sumpsisset uestem que regiam cum  
 senatoria coniunxisset, (**c. 961**) non foris, sed intus purpura posita, ut ex  
 utraque una conficeretur, tum calceis quoque senatorum C litteram, quae  
 centum significat, inscribi iussit, ut per eam sese é numero centum patrum  
 25 esse admonerentur. Hanc postea á figurae similitudine lunae effigiem esse  
 dixere et ob id lunatos calceos (**f° 619r**) appellauerunt.

**32 TOGA.** Longior uestis, qua in urbe, ut superius diximus,  
 utuntur, qui principes ciuitatis salutant comitantur que. **Martialis**: “Si  
 matutinos facile est tibi rumpere somnos, Attrita ueniet sportula multa  
 toga.” OLIDAE MVRICE. Ostrum olentes. De quo superius diximus.  
 5 LIBVRNVS. Nuntius magistratum, de quo superius diximus, homines in  
 iudicio uocans. **Iuuenalis**: “Primus clamante liburno ‘Currite, iam  
 sedit’ rapta properabat abolla.”

**33 HORRIDVS.** Vel pannosus, squalidus, hispidus. Erat enim  
 uilissimum hominum genus. Vel horridus odiosus et qui omnibus esset  
 horri. Vel horridus metuendus, propterea quod homines iussu  
 magistratum in forum uocat. **Horror** interdum tremorem significat.  
 5 **Plautus**: “Quis hic horror est? quid pauitas?” Interdum toruitatem  
 aspectus. **Apuleius**: “Quem cum aspexisset, horrore hominis deterritus

**31,23-26** cf. Isid. *orig.* 19,34,4 ? | **32,1** Mart. 1,49,31 | 2,408 | 2 Mart. 14,125,1-2\*  
 | 4 Mart. 1,49,32 | 2,583 | 5 Mart. 1,49,33 | 5,129 | 6 Iuu. 4,75-76 | **33,1** Mart.  
 1,49,33 | 5 Plaut. ? *fr. inc.* 200 | 6 Apul. ? *fr. inc.* 157

**31,11** Proselenes ova || 16 eo] ex ov || 22 inetus o || 25 esse om. ova || 26 calces o  
 || **32,2** que om. ov || 3 rompere a || uenit a || 4-5 Ostrum-LIBVRNVS om. ova ||  
**33,3** horrendus a

statim retrocessit." Aliquando abominationem. **Varro**: "Ira, odium, horror eos ab incepto retrahit." Nonnunquam ad uenerationem pertinet. **Virgilius**: "Arboribus suis horror inest." Hinc **horreo** et, quod ab eo deducitur, **horresco** aliquando pro contremisco usurpatur. **Idem**: "Campi que natantes lenibus horrescunt flabris." Aliquando pro eo, quod est hispidus, asper, terribilis sum. **Idem**: "Tum late ferreus hastis horret ager."

**34** Item **horridus**, cuius diminutium est **horridulus**, quod modo trementem significat. **Iuuenalis**: "Sic comitem horridulum trita donare lacerna." Modo hispidum asperum que. **Virgilius**: "Et glacie riget horrida barba." **Idem**: "Inseritur uero et foetu nucis arbutus horrida." Modo timendus. **Idem**: "Horridus in iaculis." **Horribilis** uero modo pro formidabili accipitur. **Cicero**: "Et quod dictu quoque horribile uidetur uiuentis sanguine hausto." Modo pro tetro, deformi. **Varro**: "Foeda atque horribili facie." Item **horrendus** aliquando pro terribili seu uitabili capitur. **Virgilius**: "Horrendas canit ambages antro que remugit." Modo pro nouo et mirabili. **Idem**: "Horrendum et dictu uideo mirabile monstrum." Modo pro ridiculo. **Idem**: "Ora que corticibus summunt horrenda cauatis." Ab horror **horrificus** quoque deriuatur, hoc est horrorem faciens. Et **horrisonus** cum horrore sonans siue horridum sonum habens. Et **horride** duriter, hispide, aspere. Cuius diminutium est **horridule**. Et **horriditas** pro horrore. **Naeuius**: "Omnia mihi horriditati erant maxime."

**35** Et **herix**, ut quidam putant, qui et **hericius** et **herinaceus** dicitur, quod horreat spinis. Animal est hyeme se condens praeparans que huic tempestati cibos, etenim uolutatus supra iacentia poma affixa spinis unum non amplius tenens ore in cauas arbores portat. Item mutationem

**33,7** Varro ? fr. inc. 55 | 8-9 Seru. Aen. 1,165\* (Lucan. [non Verg.] 3,411) | 10-11 Seru. georg. 3,199\* (Verg. georg. 3,198-199) | 11-12 Seru.\* et Verg. Aen. 11,601-602 | **34**,1-15 lemmata fere ut Hug. horreo (ibi etiam Pers.) | 1-3 Seru. georg. 3,199 (Pers. [non Iuu.] 1,54) | 3 Verg. Aen. 4,251 | 4 Verg. georg. 2,69 | 5 Verg. Aen. 5,37 | 6 Cic. ? fr. inc. 94 | 7 Varro ? fr. inc. 56 | 9 Verg. Aen. 6,99 | 10-11 Verg. Aen. 3,26 | 11 Verg. georg. 2,387 | 15 Naeu. ? fr. inc. 14 | **35**,1 quidam ? | 2-19 Plin. nat. 8,133-134\*

**33,9** suis o || **34**,1 quod U<sup>2</sup> s.l. || 2 tremantem v || Persius ova (recte) || Sic] Scis ova ut Pers. || 5 iaculis U<sup>2</sup> in spatio uacuo || 8 facie-terribili om. ova || 13 horridum U<sup>2</sup> in spatio uacuo || **35**,1-22 add. U<sup>2</sup> in mg. inf. || 1 Hetrix v || hericius] bericus a (sed hericius a in indice) || 3 effixa v

5 aquilonis in austrum praesagit in cubile se condens. Vbi uero sensit uenantem, contracto ore pedibus que ac parte omni inferiore, qua raram et innocuam lanuginem habet, conuoluitur in formam pilae, ne quid comprehendendi possit praeter aculeos. In desperatione uero urinam ex se tabificam reddit tergori suo spinis que noxiam. Putant propter hoc se capi, quod certe ueteres faciebant, hac cute expolientes uestes. Nam cibum ex eo non sumebant, ut nos facimus. Quamobrem exinanita prius urina uenari ars erat et tum praecipua dos tergoris, alias corrupta, fragilis, putribus spinis atque deciduis, etiam si uiuat subtractus fuga. Ob id non nisi in nouissima spe maleficio illo perfunditur, quippe et ipsi odere insitum ueneficium, ita parcentes sibi terminum que supremum operientes, ut ferme prius occupet captiuitas. Calidae postea aquae aspersu resoluitur pila apprehensus que pede altero é posterioribus suspendi á ueteribus solebat ac ita fame necari. Aliter occidi non poterat, ut tergori parceretur. Ex herinaceo- (c. 962) rum genere et **histris** est spina undique contexta, sed longiores habens aculeos et, quum intendit cutem, missiles. Ora urgentium fugit canum et paulo longius iaculatur. Hibernis se mensibus condit.

36 Item ab horreo (f° 619v) **hordeum** secundum quosdam, quoniam licet calamus altior frumento quam hordeo sit, arista tamen est mordacior hordeo. Ab eo fit **hordeacius**, unde farinam hordeaceam et panem hordeaceum dicimus, et hordearium, unde **aes hordearium** ueteres uocabant, quod pro hordeo equiti dabatur, et **horreum**, quod in eo hordeum seruaretur, sicut á grano granarium, á farre farreum á ueteribus dictum est. Ii enim et hordeo et farre uesci solebant. Ponebant autem frequenter 'f loco aspirationis, **fordeum** pro hordeo dicentes, sicut **fedum** pro hedo. Hinc **horctum** et **forctum** pro bono usurpabant. 10 **Hordam** etiam praegnantem uocabant. Vnde dies, quo grauidae hostiae imolabantur, **hordeacia** nuncupabant. **Hornum** autem ueteres 'ipsius anni' dicebant. **Lucillius**: "An horno te abstuleris auro."

35,19-22 Plin. nat. 8,125\* | 36,1 uix Hug. horreo | 4-5 P. Fest. 102\* | 6 P. Fest. 102\* | 7-9 ex Quint. inst. 1,4,14 uel Vel. gramm. VII,81,11-12 | 9-11 P. Fest. 102\* | 11-12 Non. 121 (Lucil. 781\*)

35,6 uenante o || 7 forma o || 21 iaculator a || 36,1-37,1 hordeum-horreo add. U<sup>2</sup> in mg. inf. || 36,3 mordacior o || hordeaceus U<sup>2</sup> || 4 diximus v || 8 hasp- v || 11 post nuncupabant del. U<sup>2</sup> Item ab horreo

**37** Item ab horreo composita **perhorreo**, hoc est ualde horreo, á quo **perhorresco**. **Abhorreo**, quod significat alienus sum, et semper requirit ablatiuum cum praepositione ab, ut ‘abhorreo ab hac re.’ **Exhorreo** expauesco, á quo fit exhorresco, et semper requirit accusatiuum, ut ‘exhorreo siue exhorresco hanc rem.’ **Inhorreo** horridus, asper, hispidus fio, á quo **inhorresco** eiusdem significationis. **Martialis**: “Quae trita duro non inhorruit mento.” Aliquando pro intremisco accipitur. **Virgilius**: “Spicea que in campis qum messis inhorruit.”

**38** QVERVLVS CLIENS. Epitheton clientis est querulus. Etenim clientium mos est de patronum negligentia semper queri. IMPERIA VIDVARVM. Imperiosae uiduae. Mos est loquendi apud poetas duntaxat. **Virgilius**: “Ferimur per opaca locorum”, idest ‘per loca opaca’. Recte autem mulieris naturam expressit, quando non est uiro subiecta. PALLIDVS. Epitheton rei. Semper enim pallet nimio timore, ne in causa succumbat, ideo importunus est et continue uexat patronum. ALTVM. Profundum, quemadmodum superius diximus.

**39** SOMNVM. Quietem. Graeca uox est, p littera in m mutata. Graeci enim ὕπνον dicunt. Significat autem modo quietem. **Virgilius**: “Mors hominum facilis dulci que simillima somno.” Modo ipsum quietis deum. **Martialis**: “Et quia nulla uenit, tu mihi, Somne, ueni.” Á somnus **somnolentus** deducitur, hoc est plenus somno. Et **insomnis** peruigil. Vnde insomnes noctes dicimus, hoc est peruigiles. Et **somniferum**, quod affert somnum. Et **sopor** ipse somnus, á quo **soporiferum** idem quod somniferum. Et **sopio** somnum induco, cuius passiuum est **sopior**, á quo **sopitum** dicimus, qui iam inceptit dormire. **Virgilius** tamen sopitum somno dixit quasi irrigatum. Et **soporo** idem quod sopio, cuius passiuum est **soporor**, á quo **soporatus**, cui ueluti irrigatus est somnus. Et semisoporatus ac semisopitus, qui inter somnum uigiliam que medius est, quem etiam semisomnem et semisomnum dicimus. **M. Caelius** de Marco

**37**,1 compos. fere ut Hug. *horreo*\* | 7 Mart. 1,66,8 | 7-9 Seru. et Verg.\* *georg.* 1,314 | **38**,1 Mart. 1,49,33 | 2 Mart. 1,49,34 | 3-4 Seru.\* et Verg. *Aen.* 2,725 | 6 Mart. 1,49,35 | 7 Mart. 1,49,35 | 8 16,19 | **39**,1 Mart. 1,49,35 | 1-2 Gell. 13,9,5\* | 3 ex Verg. *Aen.* 2,794 + 6,522 ? | 4 Mart. 1,71,4 | 9-10 Seru. *Aen.* 1,680

**37**,7-9 Aliquando-inhorruit *add. U<sup>2</sup> in mg. dextr.* || **38**,4 *loca om. v* || **39**,4 *somnus] somno ova* || 9 *qui om. v* || 13 *dicimus om. v* || *Caelius] Gel. v*

Antonio: "Nec dormire excitatus nec uigilare hebruius poterat, sed  
 15 semisomno sopore inter manus centurionum concubinarum que  
 iactabatur." Item á somnus **somnio** uerbum, et ab eo compositum  
**insomnio**, quod est per quietem aliquid quasi uigilans uideo. Item  
**somnium** et **insomnium** ipsa uisio, quae dormiendo fit. Somnium  
 20 tamen aliquando pro somno positum inuenitur. Á somnio **somniator** et  
**somniatrix** deriuantur. Veteres etiam (P<sup>o</sup> 620r) **somnorinum**  
 usurparunt pro eo quod in somnis uidetur. **Varro**: "Hic somnorinas  
 imagines affatur." Et **insomniam** feminino genere pro uigiliis, quod  
 nomen **Plynius** ambiguitate lectionis exclusit et de usu remouit.

40 Somnum describunt animi in medium sese recessum.  
**Aristoteles** uero ita diffinit: "Υπνος ἐστὶν ἀντιπερίστασις (c. 963)  
 ἀναθυμιάσεως πρὸς τὰ κάτω ὑπὸ τῆς κινήσεως τοῦ συμφύτου πνεύματος  
 <ἀνα>χθείσης καταληφθέντος τοῦ πρώτου αἰσθητηρίου σωτηρίας ἔνεκεν  
 5 τοῦ ζώου." **'Somnus'**, inquit, 'est refluxio exhalationis ad inferiores  
 partes, hoc est ad cor, ascendentis á motu naturalis spiritus uidelicet ad  
 caput, compresso primo sensitio, hoc est corde, propter animantis salu-  
 tem.' In qua diffinitione quatuor causarum genera exprimuntur. Refluxio  
 enim exhalationis causam materialem indicat, motus naturalis spiritus  
 10 efficientem, compressio cordis formalem, salus animantium finalem.  
**Idem** somnium sic diffinit: "Ἐνύπνιον ἐστὶ ἐν ὕπνῳ τῆς ἀρχῆς

39,14-16 Cael. or. frg. Quint. inst. 4,2,124 | 20-22 Non. 172\* (Varro Men. 427) | 22-  
 23 Seru. Aen. 4,9\* (Plin. dub. serm. frg.) | 40,1 ex Plin. nat. 10,211 | 2 Aristoteles ?  
 fortasse respicitur Arist. Somn. Vig. 458a26sq.\* | 11-12 Aristoteles ? fortasse  
 respicitur Arist. Insomn. 459a19sq.\*

39,16 iactabatur] ia- U<sup>2</sup> || 19 somno va || 20 somnorum on || 21 insomnis una uoce  
 o || 22 post affatur del. fere unam lineam U<sup>2</sup> atram. rubro Somnum eleganter  
 describunt nihil aliud esse quam animi in medium sese recessum. cf. 40,1 || Et om. v  
 || 40,1 Somnum-recessum add. U<sup>2</sup> in mg. dextr. || sese] esse a || 2-5 ὑπνός ἐστιν  
 ἀντιποριστάσις ἀναθυμιάσεως πρὸς τὰ κάτω ἢ τοῦ τῆς κινήσεως τοῦ συμφύτου  
 πνεύματος χύσασθαι καταληφθέντος τοῦ πρώτου αἰσθητηρίου σωτηρίας ἔνεκεν τοῦ  
 ζώου ο ὑπνος ἐστὶν ἀντιποριστάσις ἀναθυμιάσεως πρὸς τὰ κάτω ἢ τοῦ τῆς κινήσεως  
 τοῦ συμφύτου πνεύματος χύσασθαι καταληφθέντος τοῦ πρώτου αἰσθητηρίου σωτηρίας  
 ἔνεκεν τοῦ ζώου v || 3 ἀναθυμία- U<sup>2</sup> || 4 ἀναχθείσης potius quam ἀχθείσης proposuit  
 Pade propter ascendentis (l. 6) χυθείσης a || καταληφθέντος Pade sec. on  
 καταληφθέντων U<sup>2</sup> καταληφθέντος on καταληφθέντος a || ἔνεκεν a, spiritus non  
 discernitur in on || 5 Somnus quid U<sup>2</sup> lemma || 6 ascendentes corr. Pade (cf. app. crit.  
 ad 40,4) ascendentes Uona || 11 somnium quid U<sup>2</sup> lemma || 11-12 ἐνύπνιον ἐστὶ  
 ἐν ὕπνῳ τῆς ἀρχῆς κατεχομένης φαρτάσιμα ο ἐνύπνιον ἐστὶ ἐν ὕπνῳ τῆς ἀρχῆς  
 κατεχομένης φαρτάσιμα v

κατεχομένης φάντασμα”, hoc est: ‘Somnium est in somno uisum occupato principio.’ Quippe per principium sensum communem intelligit. Nam illo occupato Socratis imaginem in somno uidentes ipsum nos Socratem uidere existimamus. Mirum est somnare statim infantem. Nam et pauore expergiscitur et suctum imitatur. Hinc oriuntur inter philosophos quaestiones, sint ne aliqua animi praescita quiescentis et qua ratione fiant, item somniis ne credendum sit; ab eo praesertim, qui somniauerit, non esse somniis credendum.

**41** DORMIES. Quiesces. Á **dormio** fit **dormitio**, hoc est quies, et **dormito** frequentatiuum. **Horatius**: “Quandoque bonus dormitat Homerus.” Á quo **dormitabundus** quasi dormiens, et **dormitatio**. Item composita **addormio**, á quo **addormisco**, quod est contrarium huius uerbi expergiscor. **Suetonius** de Claudio: “Et quotiens post cibum addormiseret, quod ei ferè accidebat, olearum ac palmularum ossibus incessebatur.” **Obdormio**, quod modo pro dormio accipitur, modo pro eo, quod est soporor. **Praedormio** ante dormio. **Subdormio** parum dormio. **Redormio** euigilo, á quo **redormitio** excitatio, euigilatio.

**10** **Plinius**: “In redormitione uana fuisse somnia apparet.”

**42** MERCETVR. Emat. Huiusmodi scilicet laboribus patrocinandis et frequentandi forum. SOPHOS. Gloriam, existimationem, nomen sapientiae, de quo diximus. INSANVM. Ingens. MISERERE TV FOELICIVM. ‘Te uero’, inquit, ‘potius commiseratio (f° 620v) teneat eorum, qui se foelices inter tot curas et negocia putant, qum tu uere in hac quiete animi foelix sis, illi uero sint infoelices.’ NON SVPERBVS. Omni ambitione uacuuus, non laudem neque gloriam quaerens cum animi solitudine. VERO GAVDIO. Quod in quiete ac tranquillitate uitae positum est, ut superius diximus.

**43** DVM SVRA LAVDATVR TVVS. ‘Donec’, inquit, ‘tuus Sura laudem in foro ac senatu uersando captat, tu ocio indulge.’ **Palfurius**

40,15-16 ex Plin. nat. 10,211 | 41,1 Mart. 1,49,36 | 2 Hor. ars 359 | 5 Suet. Claud. 8\* | 10 ex Plin. nat. 10,211 | 42,1 Mart. 1,49,37\* | 2 Mart. 1,49,37 | 3 32,15 | Mart. 1,49,37 | 3-4 Mart. 1,49,38 | 6 Mart. 1,49,39 | 8 Mart. 1,49,39 | 9 6,270 ? | 43,1 Mart. 1,49,40

40,16 luctum v || 17 qua om. ov || 41,4-7 Addormio-incessebatur add. U<sup>2</sup> in mg. inf. || 5 huius om. ova || 7 incessabatur ov || 8 Subdormio parum dormio om. ova || 10 uana] uaria ova || 42,2 exstimationem o || 5 tu] tum o || 7 neque] non ova || 8 GAUDEO o

**Sura** orator et causidicus fuit, saepe etiam declamavit, Martialis et Liciani amicus, sed ob suspicionem, quod cum Vitellianis sensisset, senatu á Domitiano fuit amotus. Qum uero in Capitolino certamine de oratoribus coronatus fuisset omnes que ingenti consensu pro eo precarentur et, ut restitueretur, orarent, Domitianus nullo responso dignatus est, sed tacere tantummodo iussit uoce praeconis.

**44 NON IMPVDENTER.** Sensus est: 'Qum uita hominis satis famae adepta est, non impudenter facit, si se ad ocium transfert et animi quietem.' PETIT. Dari sibi scilicet. Nam id uitae datur, quod quietem et tranquillitatem parit. QVOD RELIQVVM EST. Quod post famam adeptam superest uitae.

#### AD AEMILIANVM. EPIGRAMMA LXXVIII.

SI TIBI MISTYLVS. Facete Aemilianum deridet, qui cocum suum sumpto ex Homericò uersu uocabulo Mistylon appellauerat. In quo notat eos, qui no- (**c. 964**) bilia et antiqua nomina cuius imponere pulchrum putant. Est uersus **Homeri** in secundo Iliados huiusmodi: 'Mistylon taratalla cae amphobeloesin epiron', hoc est: "Μίστυλόν τ'ἄρα τ'ἄλλα καὶ ἀμφοβελοῖσιν ἔπειρον", quod significat: 'Secabant in frust[r]a et alia et uerubus perforabant.' Quem locum interpretatus est **Virgilius**: "Pars in frust[r]a secant uerubus que tremantia figunt." Facete ergo inquit **Martialis**: 'Si tu uocas cocum tuum Mistylon, cur non et ego uocem Taratalla?'

**43,5-8** u. introd. et Suet. *Dom.* 13,1\* | **44,1** Mart. 1,49,41 | 3 Mart. 1,49,41 | 4 Mart. 1,49,41

**79,1** Mart. 1,50,1 | 3 u. introd. [ex Cald. *Mart.*?] | 4 ex Hom. *Il.* 2,428 | 7 Verg. *Aen.* 1,212 | 8-10 u. introd.

**43,7** tantummodo tacere *oua*

**79 tit.** EPIGRAMMA LXXIX. AD AEMILIANVM a || 1 mixtylus v || 3 cuiuis] cuius v || 4-5 Mistylon-est *om. a* || 4-5 Mistylon] Mistilon *U a. c. My- corr. U<sup>2</sup> (falso)* || 5 Amphobeloesiu v || 5-6 μίστυλλον ... ἔπειραν *Hom.* || 5 μίστυλον *U<sup>2</sup>* || 6 ἀμφοβελοῖσιν ο ἀμφοβελοῖσιν v || frusta va || 8 frusta *oua*



IN LEPOREM ADVERSUS LEONEM LASCIVIENTEM.  
EPIGRAMMA LXXX.

**1** NON FACIT AD SAEVOS. Rursus de (**f° 621r**) lepore et leone iocans notat eos, qui se in existimatione esse putant apud eos, á quibus habentur contemptui. NISI. Praeterquam. **Nisi** enim ex non et si composita est et idem significat quod 'si non' uel 'praeterquam'. Est enim  
 5 coniuunctio exceptiua. Aliquando tamen pro continuatiua ponitur. **Cicero**: "Nisi forte putamus dementem P. Scipionem Africanum fuisse, qui, cum per seditionem á C. Carbone interrogaretur quid de Tyberii Gracchi morte sentiret, respondit iure sibi caesum uideri." In quo notandum, quod, quotiens 'nisi' principium sententiae est, indicatiuum desyderat, alias  
 10 etiam subiunctiuum. Dicitur que per apocopen **ni**. Et haec omnia ni, nisi, **quam** et praeterquam semper repetunt eosdem casus, qui praecesserunt, ut: 'Quid quaeris nisi pecuniam?' et 'Quid aliud quaeris quam uoluptatem?', 'Quid est animal nisi corpus cum anima concretum?', 'Quid est aliud animal quam corpus cum anima concretum?'. At '**praeter**' semper  
 15 exigit accusatiuum, ut: 'Nulli places praeterquam mihi' et 'Nulli places praeter me'. Ni etiam pro ne ueteres usurpabant. **Plautus**: "Ni male inculata sis." **Virgilius**: "Ni teneant cursus."

**2** PRIMA CERVIX. Primarum ferarum, ut puta tauri et aliarum huiusmodi. NON FACIT. Non conuenit tibi, ut superius diximus. AMBITIOSE. Qui per ambitionem ostendis te eum timere, á quo contemneris. NON CERNVNT. Vel despiciunt et contemnunt uel ob  
 5 paruitatem uix uidere possunt. INGENTIS FATI. Pulchrae mortis. SVB HOC HOSTE. Tam feroci atque magnanimo.

**80,1,1** Mart. 1,51,1 | **3** Mart. 1,51,1 | **6** Valla *eleg.* 2,19\* (Cic. *Mil.* 8\*) | **10-14** ex Valla *eleg.* 3,54 | **16-17** Seru. *Aen.* 3,686 (Plaut. *Men.* 110; Verg. *Aen.* 3,686) | **2,1** Mart. 1,51,1 | **2** Mart. 1,51,1 | *Cald. Mart.\** | 2,617 | **3** Mart. 1,51,2 | **4** Mart. 1,51,4 | **5** Mart. 1,51,5 | **5-6** Mart. 1,51,6

**80 tit.** LASCIVIENTEM *om. ov* || **1,13** est *om. ov* || **14** concretum *iteratur in o* || **15** placet *o*

## AD QVINTIANVM. EPIGRAMMA LXXXI.

COMMENDO TIBI QVINTIANE NOSTROS. Librum suum Quintiano commendat, ne patiat eum á Fidentino tamquam proprium recitari. QVOS RECITAT TVVS POETA. Qui scilicet male recitat. Et tunc desinunt esse nostri. SERVITIO. Seruitute in quam redacti et uincti sunt á Fidentino. ASSERTOR. Liberator. SATIS PRAESTES. Satis des, fide iubeas eos que meos fuisse affirmes et á me manumissos. Omnia haec uerba 'seruitium', 'assertor', 'satis praestes', 'dominus', 'manumissus', 'plagiarius' iurisconsultorum sunt, quorum disciplinam (**f° 621v**) optime calluisse uidetur Martialis. PLAGIARIO. Furi librorum meorum. De quo superius late disseruimus. (**c. 965**)

## AD FIDENTINVM. EPIGRAMMA LXXXII.

**1** VNA EST IN NOSTRIS. Rursus in Fidentinum scribit furem librorum suorum carmine heroico. Sensus est: 'Tu putas libellos nostros uideri tuos posse, quod tui aliquando uersus interpositi sint. At erras. Nam hoc magis te furti arguit, quia dissimilia et contraria simul posita magis apparent.' CERTA FIGVRA. Claro et aperto signo ruditatis scilicet et ignorantiae domini. TRADVCIT. Transfert, separat á nostris. SIC INTERPOSITVS. Ordo est: 'Interpositus Lingonicus bardocucullus sic contaminat urbica Tyrianthina uncto uitio, ut tua scilicet carmina contaminant nostra.'  
**2** BARDOCVCVLLVS. Vestis genus, ut superius diximus. Amiculum habet, quo caput tegitur, quod á forma dicitur cucullus. Nam proprie **cucullus** est papyraceum tegmentum, quo pigmentarii utuntur.

**81,1** Mart. 1,52,1 | 3 Mart. 1,52,3 | 4 Mart. 1,52,4 | 5 Mart. 1,52,5 | Mart. 1,52,5 | 9 Mart. 1,52,9 | 2,654

**82,1,1** Mart. 1,53,1 | 5 Mart. 1,53,2 | 6 Mart. 1,53,3 | 6-7 Mart. 1,53,4 | **2,1** Mart. 1,53,5 | 2,438 |

**81 tit.** EPIGRAMMA LXXXI. AD QVINTIANVM *a* || 1 QVINTIPNE *o* || 3 RECITAT TVVS] RECITATVRVS *oa* RECItaturos *v* || 9 Fur *o*

**82 tit.** EPIGRAMMA LXXXII. AD FIDENTINVM *a* || 1,1 VNA] VNP *o* || 2 suorum librorum *ova* || 3 uersus *add. U<sup>2</sup> in mg. dextr.* || interposite *a* || 4 te magis *ova* || 5 FIGVRA] AFIGVR *o* || 8 contaminant] cant- *o* || **2,3** pigmaritarii *ov*

- Iuuenalis:** "Contentus que illic Veneto duro que cucullo." Quod si hoc  
 5 genus uestis cucullo careat, non bardocucullus, sed **bardiacus** dicitur.  
**Martialis:** "Lassi bardiacus quod euocati." Habet autem nomen á **Bardis**  
 Galliae gente, quod haec eo genere uestis praecipue uteretur. Maximo  
 apud Gallos in honore fuerunt Bardi, quod laudibus magnorum uirorum  
 ac poeticae studerent; unde, quicumque uirorum fortium laudes canerent,  
 10 dicti sunt bardi. **Lucanus:** "Plurima securi fudistis carmina bardi."  
 Aliquando tamen **bardos** stultos uocamus á tarditate ingenii. Nam apud  
 Graecos βραδὺς tardus dicitur. **Cecilius:** "Nimis audacem nimis que  
 bardum barbarum." **Plautus:** "Nimis tandem me quidem pro **barda** et  
 pro rustica reor habitam." Erat autem bardocucullus uestis omni tempore  
 15 commoda, cum qua etiam cubare soliti erant imbrum tempore in castris  
 milites et in agris rustici. Gallicae grossioris uilli erant oleo madidae,  
 colore natiuo, interdum etiam, si uacinio tinctae essent, rufo. Sed illis  
 rustici, his milites quoque et non ignobiles pueri utebantur. **Martialis:**  
 "Gallia Santonico uestit te bardocucullo." **Idem:** "Roma magis fuscis  
 20 uestitur, Gallia rufis, Et placet hic pueris militibus que color."

- 3** LYNONICVS. Gallicus. **Lyngones (F° 622r)** enim populi  
 Galliae sunt supra Eluetios et Sequanos in occasum uergentes.  
**TYRIANTHINA.** Violaceas purpureas uestes, de quibus superius locuti  
 sumus, ita dictas ab ianthino, hoc est uiolaceo colore, et Tyrio, hoc est  
 5 purpureo, quod purpura in urbe **Tyro** parabatur, quam superius  
 memorauimus, uetustate originis, magnitudine et claritate omnibus Syriae  
 et Phoeniciae urbibus quondam praelatam, dictam prius **Sarram**, et ab  
 Agenore prisci Beli filio conditam, insulam septuaginta milibus passuum á  
 terra diuisam, postea Alexandri oppugnantis studio continenti adiunctam.  
 10 **Ouidius:** "Fluctibus ambitae fuerant Antisa Pharos que Et Phoenissa  
 Tyros, quarum nunc insula nulla est."

2,4 Iuu. 3,170 | 6 ex Mart. 4,4,6 | 6-19 u. introd. (Lucan. 1,449; Caecil. com. 250;  
 Mart. 14,128,1 Gallia...) uel etiam 6-10 P. Fest. 34 (Lucan. 1,449) et 11-13 P. Fest.  
 34 (Caecil. com. 250) | 13 Plaut. Pers. 169 (uix e Non. 10) | 19-20 Mart. 14,129,1-2  
 | 3,1 Mart. 1,53,5 | 3 Mart. 1,53,5 | ex Caes. Gall. 1,26,6 uel sim. + Plin. nat. 4,106  
 ? | 2,596 | 5 16,10 | 6-11 Tort. Tyros\* (Ou. met. 15,287-288)

2,8 Bardi fuerunt ova || 9 student ova || 12 βραδῖς ov || 13 barbarum om. ov || 13-  
 14 Plautus-habtam add. U<sup>2</sup> in mg. sin. || 3,3 uestis ov || 7 arram v || 10 Antisa] -ti-  
 U<sup>2</sup> in spatuo uacuo, sed male legitur

4 VRBICA. Vrbanā, quibus non ruri, sed in urbe utuntur. VITIO VNCTO. Vitio olei, quo unctus est. ARRETINAE TESTAE. Vasa figulina, quae olim Arretii oppido Thusciae nobili fieri solebant, ut superius diximus. CRYSTALLINA. Vasa é crystallo, de quibus superius locuti sumus.

5 5 **CORVVS.** Nota auis est. Omnium nigerrima. Ideo niger epitheton est corui. Dicitur autem á graeco κόραξ, quod coruum significat, unde et Latini aliquando **coracem** coruum uocauerunt. **Cicero:** "Quare coracem istum uestrum patiamur nos, quod pullos exclu- (**c. 966**) dat suos." Corax etiam nomen proprium fuit oratoris Siculi, qui Thisiam docuit, item fratris Tyburti, á quo oppidum Volscorum cognominatum est. Coritus uero oppidum est Thusciae in paruo colle eiusdem nominis situm, á Corito rege ita uocatum. Coriti autem missilia in modum sagittarum. **Virgilius:** "Coriti que leues humeris et letifer arcus." Á coruo **coruinus**  
10 deducitur, ut 'coruinum rostrum', 'coruinus adeps'.

6 Exprimit sermonem humanum miro modo. Qum ex Actiaca uictoria reuenteretur **Augustus**, occurrit ei inter gratulantes quidam coruum tenens, quem instituerat proferre haec uerba: 'Aue Caesar uictor imperator.' Miratus Caesar tam officiosam auem uiginti milibus nummum  
5 eam emit. Multas que praeterea similis comparauit. Quo exemplo motus pauper sutor instituere ipse quoque agressus est coruum ad parem salutationem, sed impendio exhaustus ad auem non respondentem dicere solebat: 'Opera et impensa periiit.' Coepit tamen aliquando coruum optatam salutationem exprimere. Hac forte audita dum transiret Augustus  
10 respondisset que: 'Satis talium saluatorum habeo domi', superfuit coruo memoria, ut et illa, quibus dominum querentem solebat audire, uerba subiungeret: 'Opera et impensa periiit'. Ad quod subridens Caesar emi auem iussit, quanti nullam aliam emerat.

7 Sub (**f° 622v**) Tyberio principe ex foetu supra Castorum aedem genitus pullus in oppositam sutrinam deuolauit. Qui mature sermonibus assuefactus omnibus matutinis euolans in rostra in forum uersus Tyberium, deinde Germanicum et Drusum Caesares nominatim, mox

4,1 Mart. 1,53,5 | Mart. 1,53,4\* | 2 Mart. 1,53,6 | 3 31,36 | 4 Mart. 1,53,6 | 2,530  
| 5,1 Mart. 1,53,8 | 3 Pap. *coruus*\* | ex Cic. *de orat.* 3,81 | 5-6 Tort. *corax*\* | 7-8  
Tort. *Coritus*\* | 8-9 Seru. et Verg. *Aen.* 10,169 | 9 ex Pap. *coruinus*? | 6,1-13 Macr.  
*Sat.* 2,4,29-30\* | 7,1-14 Plin. *nat.* 10,122-123\*

4,1 utimur a || 5,4 iustum a || 5-9 Corax-arcus *add. U<sup>2</sup> in mg. dextr.* || 8 etiam a ||  
10 rostrum *add. U<sup>2</sup> in mg. sin.* || 6,9 Hac] ac a || 7,4 Caesaris *ov*

5 transeuntem populum Romanum salutabat, deinde ad tabernam  
 remeabat. Quem morem quum pluribus annis seruasset, tandem manceps  
 proximae sutrinae, siue emulatione incitatus siue iracundia subita, ut  
 uoluit uideri, quod excrementis forte calceos eius foedauerat, eum  
 10 interemit. Ex quo tanta plebis consternatio secuta est, ut primo ex ea  
 regione hominem expulerint, mox etiam exanimauerint, funus que aliti  
 maximis exequiis celebrauerint constrato lecto super duorum Aethiopum  
 humeris, praecedente tibicine et coronis omnium generum ad rogam  
 usque, qui constructus dextra uiae Appiae fuit, in **campo**, qui ex eo  
**Ridiculi** appellatus fuit.

8 Craterus uero, cui Monoceroti cognomentum extitit, in Troecena  
 regione Asiae coruorum opera uenari solitus proditur, quos deuehebat in  
 siluas insidentes humeris. Illi uero ceruiculos uestigabant agebant que eo  
 perducta consuetudine, ut exeuntem sic comitarentur et feri uisi sunt, et  
 5 per sitim congerere lapides in situlam monumenti, in qua pluuia aqua  
 durabat, sed quae non posset tangi, et tali congerie exprimere, quod potui  
 sufficeret.

9 Gerit internicinum odium cum chloreo aue. Vterque enim nocte  
 oua inuicem exquirunt. Item cum miluo, cui uolanti praeripit escas. Sunt  
 qui prodant hanc auem ore parere ideo que grauidas, si ederint coruinum  
 ouum, per os partum reddere, quin etiam difficulter parere, si tecto  
 5 inferantur. **Martialis**: "Corue salutator, quare felator habetis? in caput  
 intrauit mentula nulla tuum." **Aristoteles** hoc negat, non hercle magis  
 quam in Aegypto ibim. Sed exosculationem in iis esse tradit talem, qualem  
 saepe cernimus in columbis. Ipsi apud **Alphonsum** Siciliae regem, dum  
 Neapoli sub Callisto pontifice essemus, uidimus **coruum** ei á rege  
 10 Britanniae missum miro candore conspicuum. Item alium allatum ei á  
 rege Scytharum aucupio mirabilem, si quidem alios coruos et phasianas  
 cum eo capere solebat.

10 Á coruo etiam **cornicem** appellatam quidam existimant notam  
 auem. Et ipsam aliquando albam uisam á nobis. Imitatrix et ipsa

8,1-7 Plin. nat. 10,124-125\* | 9,1-2 ex Plin. nat. 10,203 | 2-5 ex Plin. nat. 10,32 | 5  
 Mart. 14,74,1 | 6-8 ex Plin. nat. 10,32 (Arist. gen. anim. 756b15) | 10,1 quidam] ? |  
 2-3 Varro ling. 6,56\* et sim. saepe

7,6 tamen ova || 11 constructo o || 13 contractus o constratus v || Campus ridiculi  
 U<sup>2</sup> lemma || 8,1 Menoceroti ova || 3 coruiculos a || 4 ferri ov || 5 fistulam v || 9,4  
 partem a || 6 magis U<sup>2</sup> s.l. || 9 Coruus albus U<sup>2</sup> lemma || 11 Scytharum] -h- U<sup>2</sup> s.l.  
 10,1 quidem o ||

aliquando est humanarum uocum. Á quo Corniscarum diuarum locus trans Tyberim erat cornicibus dicatus, quod in Iunonis tutela esse putabantur. Item á corui uoce fit facticium uer- (c. 967) bum **croco**, á quo **crocito**. Inde uero **crocatio** et **crocitatio** deducuntur. Item crocio, á quo **crocitus** quartae declinationis. **Plautus**: "Simul radebat pedibus terram et uoce crocitabat sua."

**11** Á corace uero graeca uoce (**f° 623r**) **phalacrocorax** dictus Balaerium insularum peculiaris auis, cuius superius mentionem fecimus. Et **pyrocrococorax** luteo rostro, niger, praecipuo sapore. Nomen habet á colore rostri igneo, quasi ignitus coruus; πῦρ enim ignis est.

**12** RIDETVR. Deridetur. OLORES. **Cygnos**. Latine enim **olores** dicuntur, graece κύκνοι. Á cygno **cygneus**, ab olore **olorinus** deducuntur, quae aliquando significant, quod cygni siue oloris est, ut cygnea siue olorina uox. Modo ponitur pro candidus. Est enim olor candidissima auis, ansere maior, uocem habens argutam. Mutua carne uescitur. Moritura flebilem cantum emittit, fixa prius in cerebro penna. Quod miror **Aristotelem** ac **Plinium** uel ignorasse uel, si sciuerunt, non tradidisse. **Ouidius**: "Traiectus penna tempora cantat olor." **Martialis**: "Dulcia defecta modulatur carmina lingua Cantator cygnus funeris ipse sui." Commeant cygni anserum more, sed in uolatu eorum lyburniarum more rostrato impetu feruntur, facilius hoc modo scindentes aerem quam si recta fronte impellerent. Colla imponunt praecedentibus, fessos duces ad terga recipiunt. Olor licet latina uox sit, quidam tamen á graeco deriuatam putant quasi ὄλος ὠραίος, hoc est totus candidus. **15** "Ὄλος, hoc est **holos**, totus dicitur. Hinc **holographum** uocatur testamentum, quod totum testatoris manu scriptum est, et **holoschenos**, de quo superius diximus, et **holocaustum** hostia, quae detractis extis

10,3-5 et 7-8 Non. 45\* (Plaut. *Aul.* 625\*) | 6 crocatio | P. Fest. 53 | 11,1-4 ex Plin. *nat.* 10,133 | 2 101,3 (immo inferius) | 12,1 Mart. 1,53,8 | Mart. 1,53,8 | 1-2 Isid. *orig.* 12,7,19\* | 5-6 Plin. *nat.* 10,63\* ? | 8 Ou. *fast.* 2,110 | 9 Mart. 13,77,1-2 | 10-13 Plin. *nat.* 10,63\* | 13-14 Tort. *holor\** | 15 Tort. *holos\** | 15-16 Tort. *holographum\** | 17-19 Tort. *holocausta* + Seru. et Verg. *Aen.* 6,253

10,3-8 á-sua add.  $U^2$  in mg. sin. || 4 dicatum  $U^2$ ov || 11,4 πῦρ  $U^2$  || 12,4 enim] etiam ov || 8-9 Traiectus-Martialis om. ova || 11 lyburniarum] -a- corr.  $U^2$  liburniorum ova || 12 componunt ov || 13-14 Olor-candidus add.  $U^2$  in mg. sin. || 14 ὠραίος a || 15-19 ὄλος-flammis add.  $U^2$  in mg. inf. || 15 hoc-holos om. a || olos ov

integra arae imponebatur, quasi ὄλον καυστόν, hoc est totum combustum.

**Virgilius:** “Et solida imponit taurorum uiscera flammis.”

**13 LEDAEOS. Ledaei** dicuntur cygni, quia Iupiter, ut superius diximus, in forma cygni cum Leda concubuit. Ob eandem rationem et

**Amyclaei** dicuntur, hoc est Lacones. **Papinius:** “Amyclaeos ad frena citauit olores.” **Amyclae** Laconiae ciuitas fuit, unde Castor et Pollux

5 Amyclaei dicuntur. **Virgilius:** “Talis Amyclaei domitus Pollucis habenis Cyllarus et quorum Graii meminere poetae.” Aliae quoque Amyclae fuerunt in Italia inter Caietam et Tarracinam conditae á Laconibus, qui Castoris et Pollucis comites fuere. **Virgilius:** “Tacitis regnauit Amyclis.”

10 Tacitas uocauit, uel quod haec urbs Pythagoreae sectae fuit et ab esu carniū atque omnium animalium caede abstinuit, propter quod serpentes in uicinis paludibus natos occidere nefas putantes ab ipsis interempti sunt. **Plynius:** “Iuxta Tarracinam fuere Amyclae á serpentibus deletae.” Vel quod iis aduersus finitimos bellum gerentibus, quum frequenter aduentare hostes falso nuntiaretur et ob id ciuitas uano terrore

15 quassaretur, cautum fuit, ne quis deinde hostium aduentum nuntiaret. Itaque postea quum hostes nullo nuntiante aduenissent, ex improuiso capta ciuitas fuit et ob id **tacitae** dictae. **Lucillius:** “Mihi necesse est loqui, nam non nescio Amyclas (f° 623v) tacendo periisse.” **Amyclas** in singulari proprio nomen fuit nautae in Epyro pauperrimi.

**14 ERRAT.** Vel pascitur uel uagatur. CAYSTRI. **Cayster** fluuius est Asiae, qui multos secum amnes deferens praeter Asiam paludem labitur et abluit Ephesum. Multi circa hunc amnem cygni uersantur. **Virgilius:** “Atque Asia circum Dulcibus in stagnis rimantur prata Caystri.” IMPROBA.

5 Vel propter inuidiam, quia luscinae cantum impedit, uel propter calliditatem. Est enim **pica** natura sagax ut monedula, quemadmodum superius diximus, et ipsa quoque humanam uocem imitatur. **Persius:** “Picas que docuit nostra uerba conari.”

13,1 Mart. 1,53,8 | 1-4 Cald. Mart.\* (Stat. silu. 1,2,142); u. etiam introd. | 1 6,296 | 4-18 Tort. Amyclae\* (Verg. georg. 3,89-90; Aen. 10,564; Plin. nat. 3,59; Lucil. 957-958\*) | 18-19 Tort. Amyclas\* | 14,1 Mart. 1,53,7 | Mart. 1,53,7 | 1-4 ex Tort. Cayster (Verg. georg. 1,383-384) ? | 4 Mart. 1,53,10 | 7 6,403? | 8 ex Pers. proem. 9

12,18 ὄλον U<sup>2</sup> || 13,2 cum oleres v || 4 olores] om. v || 11 natas o || 13 delatae v || 17 Tacitae amyclae U<sup>2</sup> lemma || 18 periisse] secundum -i- s.l. U<sup>2</sup> || 14,1 CAYSRI a || 2 Asiam] aliam v || 3 Epheseum v



15 OFFENDIT. Impedit, laedit. **Offendere** et **defendere** proprie contraria sunt. Nam offendere est incurrere in aliquid atque incidere. **Terentius**: “Offendi adueniens quendam mei loci hinc atque ordinis hominem haud impurum”, hoc est incidi. Defende- (**c. 968**) re uero est  
 5 depellere. **Virgilius**: “Solstitium pecori defendite.” **Ennius**: “Serua ciues, defende hostes.” Quoniam uero, qui incidunt in aliquid, laedere saepe solent id, in quod incidunt, et é contrario, qui depellunt, tuentur, factum est ut offendere frequentissime pro laedere usurpetur et defendere pro  
 10 tueri et quasi uim depellere. **Cicero**: “Qum iste cum pallio purpureo pari que tunica uersaretur in conuiuuis cum mulieribus, non offendeabantur homines in eo neque moleste ferebant.” **Quintilianus**: “Qui nullum uitae discrimen refugit, quo me ab hostium crudelitate defenderet.” Offendere etiam aliquando pro inuenire accipitur. **Cicero**: “Sed imitor Architam illum Tarentinum, qui qum ad uillam uenisset et omnia aliter offendisset.”  
 15 **Varro**: “Romam regressus ibi nihil offendi, quod ante annos quinquaginta reliquerim.” Ab offendo fit **offendiculum**, quod significat impedimentum, obstaculum. Et **offensio** atque **offensa**, quae ita differunt, quod offensio semper passiuè accipitur, offensa uero actiuè. **Cicero**: “In corpore aegro odiosa est omnis offensio”, idest omnis  
 20 molestia, omnis passio. **Idem**: “Qum tot eius offensas pati non possem, inde discessi.” **Offendices** etiam ueteres uocabant ligaturae nodos, quibus apex retinebatur. Id qum peruenisset ad mentum, dicebatur **offendimentum**. Á defendo defensor et defensio deriuantur.

16 CECROPIAS QVERELAS. Cantus luscinae, de quo supra dictum est. (**f° 624r**) FERRET. Ardet, frequentatur. ATTIDE. Philomela siue luscina, quemadmodum supra diximus. MVLTISSONA. Multam et uariam uocem habente. INDICE NON OPVS EST. Non est necessarius accusator,  
 5 qui affirmet libros esse meos, neque iudex, qui sententia id diffiniat. Nam scripta á te contra te iudicant.

15,1 Mart. 1,53,10 | 3-4 ex Non. 359 (Ter. Eun. 234-235) | 4-6 ex Non. 277 (Verg. ecl. 7,47; Enn. scaen. 6) | 9 Cic. Verr. II 5,31\* | 11 Quint. ? | 12-16 ex Non. 359 (Cic. rep. 1,59; Varro Men. 491) | 16-17 deriu. fere ut Hug. fendo\* | 17-19 ex Valla eleg. 3,86 (Cic. Cato 65) | 20 Cic. ? fr. inc. 95 (ex Valla eleg. 3,86\* ?) | 21-23 P. Fest. 204\* | 16,1 Mart. 1,53,10 | 5,162 | 2 Mart. 1,53,9 | Mart. 1,53,9 | 3 5,162 et 165 | Mart. 1,53,9 | 4 Mart. 1,53,11

15,5 impellere ova || 12 defenderent o || fOffendere o || 23 Á-deriuantur add. U<sup>2</sup> in mg. dextr. || 16,5 index v

## AD FVSCVM. EPIGRAMMA LXXXIII.

1 SI QUID, FVSCE, VACAS ADHVC AMARI. Hortatur Fuscum, ut se in amicitiam recipiat, monet que non esse aspemandos nouos amicos neque inspiciendum an noui sint, sed an tales, qui durare et ueteres fieri possint. FVSCE. Cornelius Fuscus praefectus cohortium praetorianarum sub Domitiano fuit magna apud principem autoritatis. **Martialis**: "Ille sacri lateris custos Martis que togati." SI QUID VACAS. 'Si quem locum uacuum habes ad alium, qui te amet, recipiendum.' Elegans est loquendi modus. Dicimus enim 'uacas laudare', 'uacas amare', item passiuè 'uacas laudari', 'uacas amari'.

2 ROGAMVS. Petimus. **Rogare** enim interdum petere est. **Plautus**: "Spectandus ne cui illum det neque roget." Interdum quaerere, sciscitari. **Terentius**: "Accedo ad pedissequas, quae sit, rogo." Nonnunquam orare, deprecari. **Virgilius**: "Littus que rogamus innocuum." Quandoque etiam statuere. **Cicero**: "Ego ad eam belli ciuilis causam attuli, ego leges perniciosas rogauì." Hinc legis **rogatio** ducitur, quoniam rogare populum magistratus solebant, an id placeret quod statuerant. Hinc etiam '**derogare** legi' et '**abrogare** legem' dicimus. Est autem derogare legi aliquid ex ea detrahere, abrogare legem irritare eam atque infringere. **Modestinus**: "Derogatur legi, qum pars detrahitur, abrogatur lex, qum prorsus tollitur." Ab his derogatio atque abrogatio deducuntur. Á rogo etiam fit **rogito** frequentatiuum, quod interdum significat precor. **Plynius**: "Patrem adit, rogitat, ut sui misereatur." Interdum sciscitor. **Plautus**: "Quae sit, rogitas?" Et rogamen, quod poetae pro prece frequenter usurpant. Et **rogatarii**, hoc est tabelliones, qui rogant quid quisque stipuletur, hoc est promittat. Et **rogus**, ut quidam (c.

**83,1,1** Mart. 1,54,1 | 1-4 ex Cald. Mart. | 4 Mart. 1,54,1 | 4-6 ex Cald. Mart. (Mart. 6,76,1) | 6 Mart. 1,54,1 | **2,1** Mart. 1,54,3 | 1-6 ex Non. 383 (Plaut. Asin. 778; Ter. Andr. 123-4; Verg. Aen. 7,229-230; Cic. Phil. 2,72) | 6-17 deriu. et compos. fere ut Hug. rogo\* | 10 Mod. dig. 50,16,102\* | 13 Plin. ? | 14 ex Plaut. Merc. 721 | poetae] ?

**83 tit.** EPIGRAMMA LXXXIII. AD FVSCVM a || 1,3 sunt ov || sed an] sed an sint oa sed si an v || 2,1-18 ROGAMVS-imposita add. U<sup>2</sup> in mg. inf. || 2 illam ova || 5 bellici ciuilis a || 6 dicitur va || 12 fit etiam oa etiam om. v || 16 quid] quod ova

969) putant, quod in eo dii manes rogentur. Est enim rogi strues lignorum ad cremanda cadauera. In qua simul atque imposita corpora sunt et ignis adhibitus, **pyra** dicitur ἀπὸ τοῦ πυρός, hoc est ab igne.

20 **Bustum**, postquam cadauer crematum est, quasi bene ustum. **Funus**, dum uritur cadauer ipsum, seu pompa ipsa exequiarum. **Exequiae** celebratio funeris, dum corpus effertur. **Sepulchrum**, in quo ossa conduntur. **Reliquiae** ossa ipsa et cineres. **Tumulus** congestio terrae supra sepulchrum. **Monumentum** quicquid ad defuncti memoriam

25 aedificatur.

3 Item á rogo fit compositum **arrogo**, quod modo significat ‘nimium mihi tribuo’, unde **arrogans** dicitur, qui sibi temere atque insolenter tribuit, quae in eo non sunt. Et **arrogantia**, quae contraria est modestiae et ita diffinitur: ‘Arrogantia est, per quam temeritas atque

5 impudentia uanam sibi compara(t) autoritatem, modestia autem, per quam (f° 623v mg. inf.) pudor honestus puram ac stabilem autoritatem acquirit.’ Item arroganter aduerbium. Modo arrogo significat ‘in filium ac familiam mihi ascisco.’ Á quo fit **arrogatio**, quae ita ab **adoptio**ne differt, quod adoptamus eos, qui filii familias sunt, arrogamus, qui sunt

10 sui iuris. Ideo autem arrogatio dicitur, quia is, qui asciscit aliquem in filium, interrogatur, an uelit illum iustum sibi filium esse, et is qui asciscitur, rogatur, an id fieri patiat. Vel quod arrogatio per populi roagationem fit, cuius uerba haec sunt: ‘Velitis, iubeatis, ut L. Valerius L. Titio tam iure lege que filius siet quam si ex eo patre matre que familias

15 eius natus esset, uti que ei uitae necis que in eum potestas siet, uti pariendo filio est; hoc ita ut dixi, ita uos Quirites rogo.’ Adoptio per praetorem fit, arrogatio per populum.

4 **Interrogo** peto. Á quo **interrogatium**, **interrogatorium** et **interrogatio** deducuntur. **Erogo** distribuo et quasi rogatoribus effundo. **Rogatores** enim postulatōres dicuntur. **Obrogo** prioris legis infirmandae gratia legem aliam fero. **Prorogo** extendo, dilato. Á quo

5 **prorogatio** extensio. **Curtius**: “Prorogans ad paucos dies induciis.”

2,19 ex Isid. orig. 20,10,9 | 23 ex Isid. orig. 14,8,21 | 24 ex Isid. orig. 15,11,1 | 3,1-4,12 deriu. et compos. fere ut Hug. rogo\* | 3,8-10 Mod. dig. 1,7,1,1\* | 10-12 Gaius dig. 1,7,2 pr.\* | 12-17 Gell. 5,19,1-2; 9\* | 4,5 Curt. ?

2,17 rogantur v || 2,18-3,4 corpora-quam add. U<sup>2</sup> in mg. dextr. perpend. || 3,5 compara U<sup>2</sup> || 3,6-4,14 pudor-deducitur add. U<sup>2</sup> fol. 623v in mg. inf. || 10 quia is] qui is o quia om. v || 15 fiet o || 4,4-5 Prorogo-induciis om. ova

**Praerogo** ante impendo, á quo praerogata beneficia dicuntur, quae ante sunt impensa. Vnde **praerogatiua** excellentia et antelatio uocatur. **Paulus** iurisconsultus: "Veteranorum priuilegium inter caetera etiam in delictis habuit praerogatiuam, ut separentur á ceteris in poenis", hoc est caeteris praeferantur. "Nec ad bestias itaque ueteranus datur nec fustibus caeditur." **Irrogo** infligo, impono. **Plynius**: "Non modo culpam omnem, sed etiam multam ei irrogauit." **Surrogo** sufficio, substituo. **Quintilianus**: "Quum defuncto patruo in eius locum surrogatus fuisset." Ab hoc **surrogatio**, hoc est substitutio, deducitur. (f° 624r) HOC  
 15 FVERVNT. Noui scilicet amici.

## AD FRONTONEM. EPIGRAMMA LXXXIII.

1 VOTA TVI BREVITER. Laudat hoc epigrammate uitam rusticanam ocio praeditam et quiete, eam que anteponit uitae urbanae anxiae semper atque sollicitae. FRONTO. **Iulius Fronto** Iulii Grati frater tribunus militaris fuit sub Othone uixit que usque ad Domitiani tempora, doctus in  
 5 primis et poetas fauens. **Iuuenalis**: "Frontonis platani conuulsa que marmora sonant Semper et assiduo ruptae lectore columnae."

2 CLARVM DECVS MILITIAE ET TOGAE. Clarus et belli et pacis artibus. **Toga** pro pace usurpatur, quoniam hoc habitu utuntur intra urbem, quemadmodum **arma** pro bello, quoniam in expeditionem deposita toga armati incedunt. **Cicero**: "Cedant arma togae, concedat  
 5 laurea linguae." HOC PETIT. Quod sequitur scilicet.

3 ARATOR. Cultor. **Arare** proprie est terram iam proscissam rursus uomere (f° 624v) euertere. **Plynius**: "In (c. 970) arando magnopere seruandum est Catonis oraculum: 'Quid est primum? Agrum bene colere. Quid secundum? Bene arare. Quid tertium? Stercorare.' "  
 5 **Idem**: "Si inter arbores uites que aretur, fiscellis capistrari boues oportet,

4,8 Men. [non Paul.] *dig.* 49,18,1\* | 11 Plin. ? | 13 Quint. ? | 14 Mart. 1,54,5

84,1,1 Mart. 1,55,1 | 3 Mart. 1,55,2 | 3-6 u. introd. (Iuu. 1,12-13) [3-4 ex Tac. *hist.* 2,26,1] | 2,1 Mart. 1,55,2\* | 4 Cic. *carm. frg.* 16 in *off.* 1,77 | 5 Mart. 1,55,3 | 3,1 Mart. 1,55,3 | 2 Plin. *nat.* 18,174\* (Cato *agr.* 61,1) | 5 Plin. *nat.* 18,177\* |

4,6 Praerogo] Prorogo a || 7 intensa v || 15 FVERANT a

84 tit. EPIGRAMMA LXXXIII. AD FRONTONEM a || 1,6 sonant] clamant ova || 2,4 Caedent v || 5 HOC-scilicet om. ova ||

ne germinum tenera praecerpant.” Ab hoc **arator** deducitur, quod tam de boue quam de homine bouem ducente dicitur. **Idem**: “Arator nisi incuruus praeuaricatur.” Et **aratio**. **Idem**: “Aratione per transuersum iterata occatio sequitur.” Et **aratum** instrumentum, quo aratur. Quod, 10 quando duas rotulas additas habet, quali in Gallia utuntur, **planaratum** appellatur, in quo cuspis uomeris palae effigiem habet. Et manica eius stiua dicitur. **Cicero**: “Ab stiua ipsa mecum homines loquebantur.” Et **artro** uerbum, quod significat segetes iam natas rursus arando proscindo, quod impinguandi agri causa fit, uel incipiente culmo uel qum bina terna 15 ue emiserit folia. Dictum autem artrare est quasi aratrare, quod inuentum á **Salassis** proditur Tauriscae gentis populis, qui qum subiectos Alpibus depopularentur agros, panicum milium que iam excrescens tentauere. Postquam natura respuebat, inararunt, ex quo messes duplicatae fuere. **Idem** et in Treuerico agro contigisse memoratur. Nam qum hyeme prae- 20 gelida captae segetes fuissent, resecuerunt resarcientes campos mense Martio et uberrimas messes habuerunt.

4 Ab aro praeterea composita fiunt **inaro** eiusdem cum suo simplici significationis. **Plynius**: “Sunt qui iam natas inarant segetes.” Item **dearo**, **peraro**, **subaro** eiusdem ferè significationis. Item **exaro**, quod accipitur pro eo, quod est scribo, quod á quadam arandi similitudine 5 tractum uidetur; unde fit **exaratio** pro conscriptione.

5 **5 SORDIDA**. Villica, non urbana, non culta. **OCIA**. Quietem. **Ocium** proprie dicitur uacatio á labore, sed quia ii, qui studiis litterarum operam impendunt, necesse est, ut caeteris negociis uacui sint, factum est, ut ocium pro litterario studio accipiatur. **Cicero**: “Quid dulcius ocio 5 litterato?”, idest studio et ut ita dicam negocioso ocio, unde dicere solitum Scipionem legimus nunquam se minus ociosum esse quam qum esset ociosus.

6 Ab ocium fit **ociosus**, **ociosior**, **ociosissimus**, et **oclose** aduerbium, idest cum ocio. Á quo **ociosius**, **ociosissime**, et **ocior**

3,7-8 Plin. nat. 18,179 | 8 Plin. nat. 18,180 | 9-11 ex Plin. nat. 18,172 | 12 Cic. Scaur. 25\* | 13-21 Plin. nat. 18,182-183\* | 4,2 Plin. ? | 5,1 Mart. 1,55,4 | Mart. 1,55,4 | 4 Cic. Tusc. 5,105\* | 6-7 Cic. off. 3,1\* | 6,1-2 deriu. fere sec. Hug. otium\*

3,6 ne germinum] negerrimum a || 8 Arationem a || 9 occasio v || 11-12 Et-loquebantur add. U<sup>2</sup> in mg. dextr. || 12 ipsa] eius ova || mecum om. v || 15 ue] que ova || 16 Sarassi U<sup>2</sup> lemma perperam, ut uid. || Taurificae v || 18 respuebant ova || 5,1 non culta om. ova || 3 intendunt a

uerbum, quod significat in ocio sum. **Ocyor** uero comparatiuum pro  
 celerior accipitur fit que á positio graeco ὀκὺς, quod significat celer, et  
 5 superlatiuium (f° 625r) habet **ocyssimus**. Item aduerbia **ocyus** et  
**ocyssime**. Hinc ocynum appellatur herba ad boum pabulum sata, qua  
 ciebant aluum bobus. Id erat huiusmodi: Fabae modios decem, uiciae  
 duos, tantundem et eruiliae in iugero autunno miscebant ac serebant  
 admista etiam auena graeca, cui non cadit semen. Hoc **ocynum**, ut  
 10 **Varro** scribit, dicebatur á celeritate nascendi. Boum causa fieri solitum.  
 Nam **ocimum** herba longe ab hac diuersa est; uulgo basilicum uocant  
 odoris optimi. **Chrysippus** eam grauiter increpuit tanquam inutilem  
 stomacho et insaniam facientem. Alii tradunt, si tritum operiatur lapide,  
 scorpionem gignere, commanducatum que et in sole positum uermes  
 15 producere. Sunt etiam qui dicant manipulo ocimi cum cancris decem  
 marinis uel fluuiatilibus trito conuenire ad eum scorpiones é proximo  
 omnes. Sed contrarium esse secuta aetas comperit. Nam et scorpionum  
 uenenis medetur cum uino addito exiguo aceto, et odoratu salutare est.  
 Prodest capitis doloribus, illitum cum rosaceo stomacho confert,  
 20 inflationes et rutum dissoluit ex aceto sumptum, aluum sistit impositum,  
 urinam cit, uerucas misto atramento sutorio tollit. Multis praeterea  
 medicamentis adhibetur, hoc uno noxium, quod uenerem stimulat. Ideo  
 que equis etiam asinis que admissurae tempore ingeritur.

7 Ab eodem etiam **oceanus** deducitur, quia oceanus mira  
 celeritate in maria interiora diffunditur per fauces, in quibus sunt  
 Columnae Herculis; qua de causa limen interni maris multi eum locum  
 appellauere. Est autem proprie (c. 971) oceanus mare quod uniuersam  
 5 circuit terram et á littoribus plerunque accipit nomen. Nam ad dextram,  
 ubi primum terram intrat, **Atlanticus** dicitur, ad sinistram **Gaditanus**,  
 illinc **Arabicus, Persicus, Indicus**, hinc **Britannicus, Germanicus,**  
**Scythicus**. Postquam uero terras intrauit, primo ab Iberia, hoc est  
 Hispania, **Ibericum mare** dicitur, tum á Balearibus insulis  
 10 **Balearicum**, posthac Narbonensium prouintiam contingens **Gallicum**,  
 deinde á Liguria **Ligusticum**, mox usque in Siciliam á Thuscis

6,3-6 Tort. *ocyus*\* uel Hug. *ocus*\* | 6-10 Plin. *nat.* 18,143\* (Varro *rust.* 1,31,4) | 11-12 Hesych. ὀκίμων | 12-23 ex Plin. *nat.* 20,119-123 | 7,1-18 Tort. *oceanus*\*

6,3 comparatiuum o || 4 ὀκίον || 7 uicinae a || 14 positum om. v || 15 dicunt a || ocini v || 18-19 et-cum om. ova || 19 confers a || 20 rutum] ructum v (sec. orthogr. ed. Plin.) || 7,1-8,5 Ab-incedunt add. *U*<sup>2</sup> in mg. inf. || 6 Atlanticus oceanus *U*<sup>2</sup> lemma || 11 thusis o

**Thuscum** siue **Tyrrhenum** á Tyrrenis siue á differentia superi **inferum**; **superum** enim Adriaticum uocamus, quod ad id ab urbe ueniens Apenninum conscendamus. Inde ab Ionibus **Ionium**, á Sicilia **Siculum**, á Creta **Creticum**, ab Asia **Asiaticum**, á Pamphilia **Pamphiliu**. Á **Carpatho** insula, quae inter Aegyptum et Rhodum est, **Carpathium**, á Cypro **Cyprium**, á Rhodo **Rhodium**. Multa praeterea nomina habet, ut **Aegeum**, **Corinthium**, **Argolicum**, **Tyrium**, et similia, de quibus partim diximus, partim suis locis dicemus. Poetae tamen oceanum pro quocunq; mari usurpant. **Virgilius**: "Et ruit oceano nox."

8 Item ab eodem **Ocyrhoe** nympha, de qua superius diximus. Et **Ocyrhon** fluuius in finibus Arcadiae, quasi uelociter fluens. **Ocrem** uero montem confragosum dixerunt antiqui, á quo **ocrea** notum calciamenti genus, quod inaequaliter tuberata sit. Ab hoc **ocreati** dicuntur, qui ocreis calciati incedunt. Praeterea ab ocio per compositionem fit **negocium**, quod ocio contrarium est. De quo atque eius deriuatiuis superius locuti sumus.

9 QVISQVAM PICTA COLIT? Interrogatiue pronuntiandum est, ut sit sensus: 'Erit ne quisquam qui colere possit fastus et labores urbanos, quod frui liceat ocio ac deliciis ruris?' COLIT. Habitat, frequentat. PICTA FRIGORA SPARTANI SAXI. Pictos ac frigidos Spartanos lapides, idest potentiorum domos Laconico marmore cultas. Frigidum epitheton marmoris est. Pictum autem ideo dicitur, quia Lacedaemonium marmur quadam ueluti squammarum uarietate pictum uidetur.

10 SAXI SPARTANI. Lacedaemonii marmoris, quod pretiosissimum habetur, et uirid(it)ate cunctis hilarius, quale superius diximus ophiten et Tyberianum atque Augusteum esse. **Spartani** Lacedaemonii dicuntur. Nam qum hi cum Messeniis ob stupratas uirgines suas in solenni Messeniorum officio bellum intulissent, (**f° 625v**) grauissima se execratione obstrinxerunt non prius, quam Messenam expugnassent, reuersuros. Itaque qum praeter opinionem annis iam decem tenerentur et

7,19 6,303 (*Aeg. m.*); 5,62 (*Argolic. sinus*) | dicemus] ubi? | 20 Verg. *Aen.* 2,250 | 8,1 27,29 | 2 Tort. *Ocyron\** | 2-4 P. Fest. 180\* | 6 5,116 | 9,1 Mart. 1,55,5 | 3 Mart. 1,55,5 | 3-4 Mart. 1,55,5 | 5 u. introd. | e. g. Mart. 12,60,12 | 10,1 Mart. 1,55,5\* | 2 21,25 | 3-13 Tort. *Sparta\**

7,14 ab-Ionium *add. U<sup>2</sup> in mg. sin. inf. perpend.* || Sicilia o || 16 Panphilum v || 18 Corynthium fortasse U<sup>2</sup> || 8,1 Ocythoe ova || 9,6 marmor ova || 10,3 augustum v || 4 hi] ii ova || 6 obstruxerunt v



querelis uxorum post longam uiduitatem reuocarentur, iuuenes legerunt  
 10 quibus Spartam remissis promiscuos omnium feminarum concubitus  
 permisere, ut celerius certius que conciperent. Ex his nati ex nota materni  
 pudoris Spartani quasi sati appellati sunt. Et inde urbs quoque **Sparta**  
 uocitata est.

**11** INEPTVS. Imprudens, quid aptum et commodum sit, non  
 discernens. **Inepti** proprietatem praeclare declarat **Cicero**, qum inquit:  
 “Ego me Hercule, Caesar, ex omnibus latinis uerbis huius uerbi uim uel  
 maximam semper putauī. Quem enim nos ineptum uocamus, is mihi  
 5 uidetur ab hoc nomen habere ductum, quod non sit aptus, id que in  
 sermonis nostri consuetudine perlate patet. Nam qui aut tempus quid  
 postulet non uidet aut plura loquitur aut se ostentat aut eorum, quibus  
 cum est, uel dignitatis uel commodi rationem non habet, aut denique in  
 aliquo genere aut incontinens aut multus est, is ineptus dicitur. Hoc uitio  
 10 cumulata est eruditissima illa Graecorum natio. Itaque quod uitium  
 huiusmodi Graeci non uident, ne nomen quidem ei uitio imposuerunt. Vt  
 enim quaeras omnia, quomodo Graeci ineptum appellent, non reperies.  
**(c. 972)** Omnium autem ineptiarum, quae sunt innumerabiles, haud scio  
 an ulla sit maior quam, ut illi solent, quocunq; in loco quoscunq; inter  
 15 homines uisum est, de rebus aut difficillimis aut non necessariis  
 argutissime disputare.”

**12** Ab ineptus fit diminutium **ineptulus**, et **ineptitudo**, et  
**ineptia**, quae tam uerborum quam factorum est, et **inepte** aduerbium,  
 et **ineptio** uerbum, quod est stulte aliquid uel dico uel facio. Est autem  
 composita haec uox ab in negatiua particula et aptus, quod modo pro  
 5 eleganti et dextero ponitur. **Cicero**: “Vt enim pulchritudo corporis apta  
 compositione membrorum mouet oculos et delectat.” Modo pro colligato  
 et connexo. **Varro**: “Vbi lucus opacus teneris fruticibus aptus.” **Cicero**:  
 “Quis enim hominem hunc dixerit, qui qum tam certos caeli motus, tam  
 statos astrorum ordines tam que inter se omnia connexa et apta uiderit,

**11,1** Mart. 1,55,6 | 3-16 Cic. *de orat.* 2,17-18\* | **12,4-11** Non. 234-235 (Cic. *off.*  
 1,98; Varro *Men.* 322; Cic. *nat. deor.* 2,97\*; *Tusc.* 5,62)

**10,11** permiscere a || iis ova || **11,7** ostentat aut] aut *om. ov* || 8 habeat a || 10  
 uitium] -tiu- U<sup>2</sup> s.l. || 11 imposuerunt] imponunt ova || 14 nulla v || ut *om. v* || 15  
 uisum] usum v || **12,7** fructibus va || 8 tam] causam v || 9 tamque U una uoce

- 10 neget iis ullam inesse rationem?" **Idem**: "Fulgentem gladium é lacunari seta equi aptum demitti (**f° 626r**) iussit." Aliquando pro adepto. **Varro**: "Ea omnibus ostentat, quae bello aptus est."

**13** Ab aptus fit **aptitudo**, hoc est conuenientia, pulchritudo, elegantia, et **apte** aduerbium, hoc est commode, conuenienter, et **apto** uerbum, á quo **adapto**, quod modo accommodo significat, modo paro. **Virgilius**: "Interea classem uelis aptare iubebat Anchises." **Idem**:

- 5 "Proiecto dum pede leuo Aptat se pugnae."

**14** PORTAT MATVTINVM AVE. Mane salutat. Erat enim Romanorum mos mane salutare potentiores. **Iuuenalis**: "Solicitus ne toga salutatrix iam totum peregerit orbem." **Matutinum** opus dicimus, quod mane fit et cum prima aurora. **Matutam** enim imitatione

5 Graecorum auroram dicimus. EXVTI NEMORIS. Nitidi, peruii, nullis sentibus impediti. PLENAS PLAGAS. Retia feris plena. DVCERE. Educere. SALIENTEM. Palpitantem. TREMVLA SETA. Hamo, qui pendet é seta calamo piscatorio alligata.

**15** PROMERE. Producere. **Promere** enim proprie dicimus ea quae reposita fuerant proferre, á premendo, ut quidam putant, deductum. Á quo **promptus** appellatur is qui iam paratus et expeditus est ad agendum et in quo nulla mora est, quasi iam é penu siue reposito sit productus.

- 5 Item promptus ingenio, qui ingeniosus est, hoc est qui ingenium ad omnia paratum habet. Et **promptuarium** locus, in quo res ad usum necessariae ita repositae sunt, ut statim promi ac proferri possint. Item quod facile produci potest. Et **in promptu** esse, quae iam parata et instructa sunt. Á promptus fit **promptior** et **promptissimus**, et aduerbia **prompte**,
- 10 **promptius**, **promptissime**, á promo uero **depromo** et **expromo** eiusdem significationis.

**16** FLAVA MELLA. Proprius mellis color est **flauus**, hoc est fuluo clarior, qualis est color auri, cum fuluus ex uiridi et rubro, flauus ex uiridi, rubro atque albo sit. Ab hoc fit **flaueo** uerbum, hoc est fulgeo et auri

**12,12** Varro ? fr. inc. 57 | **13,3-5** Non. 234 (Verg. Aen. 3,472-473; 10,587-588) | **14,1** Mart. 1,55,6 | 1-3 u. introd. (Iuu. 5,20-21) | 4-5 Tort. *matuta*\* | 5 Mart. 1,55,7\* | 6 Mart. 1,55,8\* | Mart. 1,55,9 | 7 Mart. 1,55,9 | Mart. 1,55,9 | **15,1** Mart. 1,55,10 | 2 quidam] ? | 6-7 Isid. *orig.* 15,5,6\* ? | **16,1** Mart. 1,55,10

**12,10** Item v || **13,5** pugnare v || **14,3** toga] tota ova || totum] turba ova || 8 alligatam v || **15,2** á-deductum add. *U<sup>2</sup> in mg. dextr.* || 7-8 Item-potest add. *U<sup>2</sup> in mg. sin.*

colorem reddo. Quidam á flamma deductum uolunt, quod sit color haud  
 5 dissimilis flammae, alii á flando, quod flata metalla eum colorem habeant.  
 Á flauo **Flauiorum** cognomen deductum ob crinium candorem.

**17** RVBRO CADO. Rubra testa. **Martialis**: “Si spumet rubra  
 conchis tibi pallida testa.” Dibutadis inuentum fuit ex rubra creta uasa  
 fingere uel rubricam plasticae addere. (**f° 626v**) PINGVIS. Vel crassa ob  
 quietam uitam et omnis solitudinis expertem, uel diues, hoc est rebus ad  
 5 uitam necessariis abundans. Ideo usus est poeta hoc uerbo ‘onerat’, ut  
 rerum omnium copiam significaret. INAEQVALES. Impolitas, non dolatas  
 manu artificis, quales sunt mensae rusticorum. CINIS NON EMPTVS. Cinis  
 factus ex lignis non emptis. Et recte cineris uocabulo usus est. Oua enim  
 10 potius calido cinere quam carbonibus coquuntur. SVA OVA. Domi nata,  
 non (**c. 973**) aliunde quaesita. NON AMET HANC VITAM. Imprecatur  
 inimicis suis ne uel ament uel assequantur hanc uitam, de qua loquitur,  
 sed semper in urbibus uiuant, quod scilicet haec quietis et uoluptatis plena  
 sit, illa uero curarum et miseriae.

**18** ALBVS. Pallidus, hoc est anxius, sollicitus. **Album** proprie  
 candidum dicimus, quod Sabini cum p littera scribebant **alpum**, siquidem  
 á graeco deducitur ἄλφη, quae uox candorem significat. Vnde quidam  
**Alpes** á niuium candore appellatas existimant. Nos á Gallis potius  
 5 inditum hoc nomen existimamus, qui montes altos alpes uocitant. Sunt  
 enim Alpes montes altissimi, qui Italiam á Gallia et Germania dirimunt,  
 quas peruias primus **Annibal** fecit, qum antea tutam redderent Italiam.  
 Vnde omnis ille mons perpetuo iugo tendens ad Siculum fretum á Poenis,  
 ut quidam putant, dictus est **Apoeninus**. Ab Alpibus uero **Alpinus**  
 10 dicimus, unde **Cisalpinia** et **Transalpinia** Gallia. Et **Albingaunium** et  
**Album Intemelium** Liguriae oppida. Nam qum Ligures partim  
 Ingauni, partim Intemelii dicerentur, eorum coloniae ad mare deductae  
 altera Album quasi Alpium Intemelium, altera uero Albigaunum uocitatae

**16,4-5** ? | **17,1** Mart. 1,55,10 | Mart. 13,7,1 | 2-3 ex Plin. nat. 35,152 | 3 Mart.  
 1,55,11 | 6 Mart. 1,55,11 | 7 Mart. 1,55,12 | 9 Mart. 1,55,12 | 10 Mart. 1,55,13 |  
**18,1** 1,55,14 | 1-4 Tort. *album*\* | 4-5 Seru. *georg.* 3,474 | 5-9 Tort. *Alpes*\* | 10-14  
 Strabo [G.] 4,6,2\*

**16,4** sit-haud] color aut v || 5 habent ova || **17,2** Dibutadis o || 3-4 ob-et *iteratur*  
*in v* || 4 *expers ova* || 6 significat *ov* || 7 sunt] fiunt ova || **18,8** perpetuo] -etuo *U*<sup>2</sup>  
*in spatio uacuo* || 9 Apeninus *U*<sup>2</sup> lemma (*peius propter etym.*) || 10 Albigaunium *U*<sup>2</sup>  
 lemma ova : -num *U* || 13 Albigaunium *a*

sunt. Quoniam uero ob timorem sanguis ab exterioribus partibus ad cor  
 15 refugit, propter quod exalbescere facies uidetur, factum est, ut album  
 saepe pro pallido capiamus. Et **exalbescere** pro pallescere, quod Graeci  
 quoque ἀπὸ τοῦ λευκοῦ, quod album significat, dicunt λευκαίνειν.  
**Martialis**: “Λευκαίνειν cupidae dicet auaritiae.”

**19** Ab albus **albedo** deducitur, quod significat candorem. Et  
**album** neutro genere. **Quintilianus**: “Alii se ad album transtulerunt.”  
 Hoc et **album** (P<sup>o</sup> 627r) **praetoris** sic(u)t **album iudicum** dicebatur,  
 quod qui uel foedasset uel uitiasset uel quocunque scripturae genere  
 5 turbauisset, capitaliter, non expectata ordinis sententia puniebatur.  
**Suetonius**: “Equitem Romanum ob reductam in matrimonium uxorem,  
 cui dimissae crimen adulterii intenderat, erasit iudicum albo.” Et **albor**  
 et **albitudo** pro albedine. **Varro**: “Qui uident alborem eius admirantur.”  
**Plautus**: “Ad ipsam capitis albitudinem.” Et **albico** candico. **Horatius**:  
 10 “Nec prata canis albicant pruinis.” Et passium eius albicor. **Varro**:  
 “Deorsum itaque rapitur et offensus aliquo á scopulo lapidoso albicatur.”  
 Et **Albula** Tyberis ab albo aquae colore. Et **Alba** oppidum Latii ab omine  
 albae scrophae cum triginta porcellis albis ibi repertae, quamuis et alia  
 Alba est ad lacum Fucinum, sed ab illa **Albani**, ab hac **Albenses**  
 15 dicuntur. Á quibus **Albosia scuta**, quibus utebantur; quae et  
**decumana** uocabant, quod essent amplissima, quemadmodum et  
 decumani fluctus dicuntur. Et **Albiona** ager trans Tyberim á luco  
**Albionata**, in quo loco bos alba sacrificabatur. Et **Alburnus** Lucaniae  
 mons á candore uerticis. Et **Albunea** dea, quam et Leucotheam uocari  
 20 superius diximus. Item fons et silua Tyburtina. **Virgilius**: “Lucos que sub  
 alta Consulit Albunea nemorum quae maxima sacro Fonte sonat saeuam  
 que exhalat opaca mephitim.” **Mephitis** obiter dicitur terrae putor, qui

**18,18** Mart. 11,58,12\* | **19,2** Quint. *inst.* 12,3,11\* | 6 Suet. *Dom.* 8,3\* | 8 Varro ?  
*fr. inc.* 58 | 9 Plaut. *Trin.* 874\* (ex Non. 73 ?) | 10 Hor. *carm.* 1,4,4 | 10-11 Non. 74-  
 75 (Varro *Men.* 75\*) | 12 P. Fest. 4 | 12-13 Varro *ling.* 5,144\* | 13-14 Plin. *nat.* 3,  
 106\* | 14-15 Varro *ling.* 8,35\* | 15-17 P. Fest. 4\* | 17-18 P. Fest. 4\* | 18 Hug. *albo*\*  
 | 19-20 Seru. *Aen.* 7,83 | 20 6,291 | Verg. *Aen.* 7,82-84 | 22-28 Seru. *Aen.* 7,84

**18,17** λευκοῦ] λάνου ο λαηου ν || λακαίνειν utroque loco ο λαγαηειν et λακαειν  
 ν || **19,3** sicut-iudicum *add. U<sup>2</sup> in mg. sin.* : sicut] sict *abbrev. U<sup>2</sup>, t supra c posita sic*  
*ova* || 6-7 Suetonius-albo *add. U<sup>2</sup> in mg. dextr. loco ubi inseratur non indicato; om.*  
*ova* || 9 candico *om. v* || Nora o || 11 offensas ova || 12 Tyberis *om. v* || Alba et v  
 || 14 fuscinum v || 16 Decumana scuta *U<sup>2</sup> lemma* || 19-37 Et Albunea-color *add. U<sup>2</sup>*  
*in mg. sin. et inf.*

de aquis nascitur sulphureis et est in nemoribus grauior ex densitate  
 silurarum. Alii Mephitim dicunt deum esse Leucothoe connexum,  
 25 quemadmodum est Veneri Adonis, et Dianae Virbius. Alii Mephitim  
 Lunonem intelligunt, quam aerem esse constat. Omnis autem putor ex  
 aeris corruptione nascitur, sicut bonus odor ex aere incorrupto, ut sit  
 Mephitis dea odoris grauissimi siue rerum male olentium. Et alburnum  
 adeps, ut ita dicam, arboris. **Plynius**: "Humor et cortici arborum est, qui  
 30 sanguis earum intelligi debet. Est enim in toto corpore arborum ut  
 reliquorum animalium cutis, sanguis, caro, nerui, uenae, ossa, medullae,  
 pro cute cortex, humor sanguis, proximi plerisque adipos. Hi uocantur á  
 colore alburnum, mollis ac pessima pars ligni, etiam in robore, facile  
 putrescens, teredini obnoxia, quare semper amputatur." Ab alburnum fit  
 35 uerbum exalburno, hoc est alburnum detraho. **Idem**: "E reliquis arbo- (c.  
**974**) ribus siccissima lotos, deinde robur exalburnatum, cui nigricans  
 color."

**20** Et **albogalerus** pileum capitis, quo flamines diales utebantur.  
 Fiebat enim ex hostia alba Ioui caesa, cui affigebatur apex uirgula  
 oleagina. Et **albegmina** partes extorum, quae diis imolabantur, ab eorum  
 candore. Et **albarium** tectorium, de quo superius diximus. Et **albo**  
 5 uerbum, á quo **dealbo**, hoc est candidum facio. Et **albeo** albus siue  
 pallidus fio, á quo **albesco** et **exalbesco**. **Albi calculi** dicebantur,  
 quibus Cretenses dies laetos, quos in uita agerent, numerare solebant,  
 nam candidos lapillos ad hoc officium eligeant, quemadmodum é  
 10 contrario infoelices atque infaustos dies nigris lapillis signabant, et ex  
 candidorum numero uitae tempus metiebantur. Malos enim dies in  
 annorum numeros non redigebant.

**21** IN VRBANIS OFFICIIS. In quotidianis salutationibus, in  
 praestanda opera togata, et patriciis in senatum deducendis aliis que urbis  
 laboribus.

**19,29** Plin. nat. 16,181-182\* | 35-37 ex Plin. nat. 16,204 | **20**,1-3 ex P. Fest. 10 | 3-  
 4 ex P. Fest. 21 | 4 2,333 | 6-11 ex Ps. Acr. *carm.* 1,36,10 | **21**,1 Mart. 1,55,14

**19,24** Leucothae v Leucotheae a || 27 sicut om. ova || fit v || 33 robore] colore  
 ova || 35 E] Et a || **20**,4 Et albarium-diximus add. U (sc. prima manus) in mg. sin. ||  
 6 et exalbesco om. ova || 6-11 Albi-redigebant add. U (sc. prima manus) in mg. inf.

## AD COPONEM. EPIGRAMMA LXXXV.

CONTINVIS VEXATA MADET. Iocando copones notat clam uino  
 aquam miscentes: 'Pluuiosus', inquit, 'autunus est. Etiam si cupias  
 merum, hoc est purum uinum, uendere, non potes.' NIMBIS. Pluuiis. De  
 quo superius diximus. MADET. Infunditur, humescit. VT CVPIAS.  
 5 Quamuis cupias. MERVM. Vinum purum.

## AD FLACCVM. EPIGRAMMA LXXXVI.

QVALEM FLACCE VELIM. Flaccum admonet, quales optandae sint  
 puellae, hoc est nec faciles nimis nec nimis difficiles. QVOD CRVCIAT. (f°  
**627v**) Pertinaciter negando. QVOD SATIAT. Vltro semper ac facile  
 concedendo.

## DE PHOEBO. EPIGRAMMA LXXXVII.

1 MILIA PRO PVERO CENTVM. Facete in Phoebum inuehitur, qui  
 puerum á mangone centum milibus numem emerat, cuius tam foedae  
 prodigalitatís causam esse dicit, quod ipse grandem pecuniam penis  
 magnitudine á cinaedis lucriferat. POPOSCIT. Petiit, quemadmodum  
 5 superius diximus. Aliquando tamen poscere pro accipere ponitur.  
**Virgilius**: "Poscit equos gaudet que tuens ante ora frementis." Aliquando

85,1 Mart. 1,56,1 | 3 Mart. 1,56,1 | 4 3,429 | Mart. 1,56,1 | Mart. 1,56,2 |  
 5 Mart. 1,56,2

86,1 Mart. 1,57,1 | 2 Mart. 1,57,4 | 3 Mart. 1,57,4

87,1,1 Mart. 1,58,1 | 4 Mart. 1,58,1 | 5 2,89 = 20,3 | 6 Verg. Aen. 12,82 | 6-  
 8 Seru. et Verg. Aen. 8,614 (Cic. Verr. II 1,66)\*

85 tit. EPIGRAMMA LXXXV. AD COPONEM a || 2 miscentes] mittentes ova  
 || 3 Pluuiis om. ova || 4 VL CVPIAS o

86 tit. EPIGRAMMA LXXXVI. AD FLACCVM a

87 tit. EPIGRAMMA LXXXVII. DE PHOEBO a || 1,3 penis] peno U a.c. || 4  
 magnitudine add. U<sup>2</sup> in mg. dextr. || lucriferat v

pro prouocare. **Idem**: “Haud acrem dubites in praelia poscere Turnum.”

**Cicero**: “Poscunt maioribus poculis.” Nonnunquam pro eo quod est in contrarium niti. **Virgilius**: “Equidem sic poscere uentos Iamdudum et frustra cerno te tendere contra.”

10

**2** PHOEBVS. Alias draucus, nunc paedico. IN MEAM INUIDIAM. In odium mei. MENTVLA. Propter magnitudinem á multis cinaedis expetita. BIS DECIES **SESTERTIOLVM**. Viginti sestertia. Diminutio usus est metri gratia. **Sestertius** siue **sestertium** numus est duarum semis librarum et per (**c. 975**) geminum ii et s litteram á qua incipit semis notatur hoc modo: **HC**. Vnde sestertius dicitur quasi semis tertius, erat enim dipondius et semis, quo tempore denarius decussis aestimabatur, hoc est post duos sequens tertio loco est semis.

5

### AD FLACCVM. EPIGRAMMA LXXXVIII.

**1** DAT BAIANA MIHI. Facete notat eos, qui paupertate oppressi nihilominus delicias uitae sequuntur, et simul sportularum tenuitatem uidetur reprehendere. Sensus est: ‘Qum Domitianum secutus uenerim Baias, quid mihi opus est inter tot delicias lauari, qum nihil habeam praeter quotidianam sportulam centum quadrantum? Praestat Romae esse et uulgaribus uti balneis quam male coenantem bene lauari.’ BAIANA. Quae Baiis datur. **Baiae** Campaniae oppidum est iuxta Lucrinum sinum inter Puteolos et Misenum montem, in cuius (**f° 628r**) agro aquae calidae sunt et ad uoluptatem et ad uarios morbos commodissimae, adeo que et fertilitate ac copia rerum et aedificiis et littorum amoenitate praestantes, ut non immerito scripserit **Horatius**: “Nullus in urbe locus Baiis praelucet amoenis.” Ob hanc causam magna Romanorum multitudo confluere ad eas solebat. Dictae autem Baeiae sunt á **Baio** Vlyssis socio. Sunt qui

5

10

1,9 Verg. *Aen.* 5,26-27 | 2,1 Mart. 1,58,2 | Mart. 1,58,4 | 2 Mart. 1,58,3 | 3 Mart. 1,58,5-6 | 6-7 P. Fest. 335

88,1,1 Mart. 1,59,1 | 7-10 ex Strabone [G.] 5,4,5\* | 11 Hor. *epist.* 1,1,83 | 13 Seru. *Aen.* 6,107\*

2,2 expetitam v || 3 Viginta o || sextertia v || Diminutio v || 6 HC] C o ttC o lemma iis vc HS a || 7 existimabatur v

88 tit. EPIGRAMMA LXXXVIII. AD FLACCVM a || 1,4 tot] tantas ova || 12 hanc] eam ova



existiment á Baiis **baiulos** appellatos, qui onera mercedis gratia propriis  
 15 humeris portant, quod propter confluentium Baias aduenarum  
 multitudinem magna ibi esset huiusmodi hominum copia. Á baiulis  
**baiulo** uerbum deducitur, quod est porto. **Plautus**: "Ego baiulabo, tu, ut  
 decet dominum, anteito inanis." Ab hoc **baiulator** et **baiulatrix**  
 deriuantur.

2 SPORTVLA. Quotidianus cibus, de quo superius diximus.  
 Principio quidem ordinariae coenae dari á principibus solebant, sed **Nero**,  
 ut modum sumptibus adhiberet, ad sportulas redegit. Quem morem  
 deinceps posteriores principes seruauerunt et aliquandiu Domitianus. Hic  
 5 tamen eum ad extremum sustulit reuocata **rectarum coenarum**  
 consuetudine. Propter quod exultans alibi **Martialis** inquit: "Centum  
 miselli iam ualete quadrantes, Anteambulonis congiarium lassi, Quos  
 diuidebat balneator elixus. Regis superbi sportulae recesserunt." FAMES.  
 Pauertas, inopia aegre sufficiens ad tollendam famem. INTER DELICIAS.  
 10 Baiarum scilicet. TENEBROSA. Atra, obscura. Talia enim sunt uulgaria  
 balnea. **LVPI ET GRULLI**. Hi meritoria balnea in urbe habebant, in  
 quibus ignobiles atque inopes lauabantur.

#### DE LEPORE ET LEONE. EPIGRAMMA LXXXVIII

INTRES AMPLA LICET. Repetit denuo lusus leporis cum leone,  
 notans eos qui existimationem quaerunt contendendo cum iis, qui sunt  
 praestantiores. TORVI. Aspectu terribilis. De quo superius diximus.  
 TERGVM. Dorsum. PROCVMBET. Ita faciet impetum, ut recumbere  
 5 prorsus toto corpore uideatur. ALTA. Profunda. IUVENCORVM. Quae  
 figere iuuenis solet, quod facere (**P° 628v**) non potest in tam paruo  
 corpusculo. DELECTA. Nobili, strenua, electa. (**c. 976**)

1,14 ex P. Fest. 35? | 16-18 Non. 79\* (Plaut. *Asin.* 660\*) | 2,1 Mart. 1,59,1 | 72,13  
 | 2-8 ex Cald. *Mart.* (Mart. 3,7,1-3; 5), 2-3 etiam Suet. *Nero* 16,2\* et 4-6 Suet. *Dom.*  
 7,1 | 8 Mart. 1,59,2 | 9 Mart. 1,59,2 | 10 Mart. 1,59,3 | 11 Mart. 1,59,3\* | 11-12 ex  
 Cald. *Mart.*

89,1 Mart. 1,60,1 | 3 Mart. 1,60,1 | 3,434 | 4 Mart. 1,60,3 | Mart. 1,60,3 |  
 5 Mart. 1,60,4 | Mart. 1,60,4 | 7 Mart. 1,60,6

2,4 seruauerunt ova

89 tit. LXXXIX a || 5 uidebatur v

## AD LICIANVM. EPIGRAMMA XC.

1 VERONA DOCTI SYLLABAS AMAT VATIS. Cum laude diuersos  
 poetas commemorat et eorum patrias, ut duos Senecas et Lucanum  
 celebret et Canium et Decianum et Licianum et se ipsum, qui omnes  
 fuerunt Hispani. **VERONA**. Nota urbs, de qua superius locuti sumus.  
 5 Plynii et Catulli patria, quam **Athesis** amnis amoenissimus dirimit, uino,  
 oleo, omni frugum genere, lanis praeterea et omnibus, quae ad usum uitae  
 humanae pertinent, nulli Italicarum urbium secunda. Ab hac **Veronaeus**  
 et **Veronensis** deducuntur. SYLLABAS. Versus, quorum ratio syllabis  
 10 constat. Est autem **syllaba** comprehensio litterarum, dicta ἀπὸ τοῦ  
 συλλαβεῖν, quod comprehendere est. Á qua **syllabicus** adiectiuum, unde  
 syllabicam adiectionem dicimus, qum syllaba nihil significans additur  
 dictioni, ut hocce, huiusce.

2 DOCTI VATIS. **Catulli**. Hic enim poeta Veronensis fuit, natus in  
 peninsula lacus Benaci, quem uocant **Simion**. In quo iambi acerbitas in  
 primis claruit, ut in Bibaculo atque Horatio. **MANTVA**. Haec quoque  
 celeberrima urbs est Galliae Cisalpinae, ab Oeno Mantos filio condita,  
 5 unde nomen habet. Clara inprimis P. Virgilio Marone, qui ut apud Graecos  
 Homerus, sic apud nos omnium, quos anteacta saecula tulerunt, poetarum  
 princeps fuit. Natus Grasso et Pompeio consulibus, matre Magia Polla,  
 patre Virgilio, rustico in uico qui Andes uocabatur, non procul ab urbe  
 Mantua, de qua ipse cecinit: "Mantua diues auis, sed non genus omnibus  
 10 unum." Á Mantua **Mantuanus** deriuatur.

3 APONA. Patauina. **Aponus** fluuius est parum ab urbe Patauiio  
 distans. **Lucanus**: "Euganeo, si uera fides memorantibus, augur Colle  
 sedens, Aponus terris ubi fumifer exit Atque Antenorei dispergitur unda

90,1,1 Mart. 1,61,1 | 4 Mart. 1,61,1 | 36,2 | 9-10 ex Tort. *syllaba* | 9-10  
 Hug. *sillabyn*\* | 2,1 Mart. 1,61,1 | 1-2 Cald. *Mart.*\* | 2-3 ex Quint. *inst.* 10,1,96 | 3  
 Mart. 1,61,2 | 3-5 ex Serv. *Aen.* 10,198 | 7-9 ex Don. *uita Verg.* l. 1-7 potius quam ex  
 Prob. *Verg. ecl. praef.* p.323,1-3 | 9 *Verg. Aen.* 10,201 | 3,1 Mart. 1,61,3\* | 1-8 u.  
 introd. (Lucan. 7,192-194; ex Suet. *Tib.* 14,3)

90 tit. EPIGRAMMA XC. AD LICIANVM a || 1,2 et-patrias om. ova || 10  
 συλλαβεῖν ν || qua] quod o quo va || 2,2 Sirmion<sup>o</sup>oa Syrmion ν || 4 Oeno ova ||  
 Mantus ova || 7 Crasso ova || 10 Mantuanus a Mantua ν || 3,2 seu ν

Timauī.” **Suetonius** de Tyberio: “Monitus est Geryonis oraculo, ut de  
 5 consultationibus in Aponi fontem talos aureos iaceret. Euenit ut summum  
 numerum iacti ab eodem ostenderent, hodie que sub aqua uisuntur hi  
 tali.” (P° 629r) Patauii natus est **T. Liuius** historicus et **Stella** ac **Vale-**  
**rius Flaccus** poetae. De Valerio Flacco alibi quoque locutus est  
 10 **Martialis**: “Flacce, Antenorei spes et alunne laris.” Alius quoque poeta  
 Patauinus fuit nomine **Volusius**, qui Ennium secutus rerum gestarum  
 populi Romani annales carmine scripsit. Huius meminit **Catullus**: “At  
 Volusi annales Paduam morientur ad ipsam Et laxas scombris saepe  
 15 dabunt tunicas.” Stellam paucis ante annis omnes existimabant  
 Neapolitanum fuisse, et hic non poetae, sed oppidi nomen esse  
 arbitrabantur. Quem errorem nos primi sustulimus in commentariis in  
 Papinii siluas á nobis editis, in quibus et Papinium ipsum Neapolitanum  
 fuisse declarauimus, qum antea ab omnibus Tolossanus existimaretur.

**4** CENSETVR. In pretio et existimatione est. APOLLODORO. **Sex**  
 memorantur **Apollodori** fuisse: Primus Atheniensis comicus, secundus  
 Geleus, cuius comoediae fuerunt Philadelphi et Sisiphus, tertius Tarsensis  
 tragicus, quartus item Atheniensis grammaticus, discipulus Aristarchi,  
 5 quintus Pergamenus rhetor, praeceptor Calidii, qui docuit Augustum,  
 sextus Alexandrinus comicus, emulus Menandri, de quo locutus est  
 Martialis.

**5** PELIGNI. **Sulmo** oppidum est in Pelignis, de quibus superius  
 diximus. Sulmoni autem ortus est **Ouidius** Naso, post Virgilium á nostris  
 laudatus. Sulmo á Solymo Aeneae comite conditore eius urbis nomen  
 accepit. **Ouidius**: “Huius erat Solymus Phrygia comes unus ab Ida, á quo  
 5 Sulmonis moenia nomen habent.” **Idem**: “Sulmo mihi patria est gelidis  
 uberrimus undis, Millia qui nouies distat ab urbe decem.” Á Sulmone  
**Sulmonenses** dicti. SONANT. Resonant, celebrantur. **CORDV-**  
**977) BA.** Amplissimum Hispaniae oppidum circiter xxx stadia distans ab  
 Obulcone, quo tradunt Caesarem ab urbe Roma septimo ac uigesimo die

3,8-13 u. introd. (Catull. 95,7-8) | 9 Mart. 1,76,2 | 16 u. introd. | 4,1 Mart. 1,61,3 |  
 u. introd. | Mart. 1,61,5 | 1-7 Cald. Mart.\* et u. introd. | 5,1 Mart. 1,61,6 | 1-5 u.  
 introd. (Ou. fast. 4,79-80) | 1 55,15 | 5-6 Ou. trist. 4,10,3-4 | 7 Mart. 1,61,6 | Mart.  
 1,61,8 | 8-10 Strabo [G.] 3,4,9\*

3,4 Monitus] Moratus ov Monicus a || 12 mittentur a || 4,2 Apollodori sex U<sup>2</sup>  
 lemma || 3 fuerunt om. v || 5 Cassidii va || 5,7 celebrant ova

10 peruenisse. Ab ea **Cordubensis** deducitur. FACVNDIA. Quae facundos habuit uiros. LOQVITVR. Laudat.

6 DVOS SENECAS. M. Anneus **Seneca** Cordubensis Romam uenit, declamator egregius, quamuis opera eius ad posteros non peruenerint. Hic statim eques factus honores meruit habuit que liberos, quos in Hispania suscepit ex Elbia uxore, L. Anneum Senecam, Iunium Annaeum  
 5 Gallionem et Annaeum (f° 629v) Melam. Seneca philosophus simul et declamator et poeta insignis euasit, sub Nerone mortuus est solutis uenis. LVCANVM. **Annaeus Mela** Senecae frater antequam in urbem uenisset, donatus equestri ordine, ex **C. Acilia** filia Acilii Lucani oratoris filium suscepit **M. Annaeum** Lucanum. **Hic** Neroni principi gratus fuit,  
 10 quaestor que ante aetatem factus gladiatorum munus aedidit. Scripsit Saturnalia, siluarum libros decem, Medeam, Orpheum, Incendium Vrbs, Incendium Troianum cum Priami calamitate, Pharsaliam non finiuit. "Varius", ut **Quintilianus** inquit, "copiosus, sublimis, concitatus, oratoribus magis quam poetis imitandus." IOCOSAE. Á iocis, de quibus  
 15 superius diximus. EMERITA. **Augusta Emerita** oppidum est Hispaniae in Turdulis, sicut in Celtiberis **Caesaraugusta**. **Canius** é Gadibus, **Decianus** ex Emerita, **Litianus** et **Martialis** é Bilbili eodem tempore in poetica floruerunt.

#### DE LEVINA. EPIGRAMMA XCI.

1 CASTA NEC ANTIQVIS. Exemplo Leuinae docet mulieribus frequentiam hominum et lasciuam locorum uitandam esse. Haec enim, cum castissima esset, Baias profecta, dum balneas frequentat, incidit in amorem adolescentis, quem sequi potius uoluit quam ad uirum redire.  
 5 Hac ratione motus **Plato** in libris de re publica scripsit maris uicini amoenitatem uitandam esse propter multorum hominum conuentum et

5,10 Mart. 1,61,8 | 11 Mart. 1,61,8 | 6,1 Mart. 1,61,7 | 7 Mart. 1,61,7 | 7-9 ex Vita Lucani p.334,1-8 ? | 9-10 ex Vita Lucani p.335,14-15 ? | 13-14 Quint. *inst.* 10,1,90\* | 14 Mart. 1,61,9 | 15 20,20; 26 | Mart. 1,61,10 | 15-16 Strabo [G.] 3,2,15\* | 16-18 u. introd.

91,1,1 Mart. 1,62,1 | 2-4 ex Cald. *Mart.*

6,2 Hinc a || 9 Lucanus *U<sup>2</sup> lemma*

91 tit. EPIGRAMMA XCI. DE LEVINA a

inhonestos ac uitiosos peregrinorum mores. Sic enim inquit: “Πρόσοκος γὰρ θάλαττα χώρα, τὸ μὲν παρ’ ἐκάστην ἡμέραν ἦδὺ, μάλα τε μὴν ὄντως ἀλμυρὸν καὶ πικρὸν γειτόνημα.” Hoc est: ‘Mare ciuitati uicinum affert  
 10 quidem in uita delectationem, sed certe salsum admodum et amarum consortium est.’

2 ANTIQVIS SABINIS. Hersiliae, quae Romuli uxor fuit, et alii Sabinis, quae raptae á Romanis fuere. Hae enim tanta fide uiros dilexerunt, ut in bello parentum cum uiris earum causa suscepto diremerint praelium eos que mutuo conciliauerint manere que apud uiros  
 5 quam cum illis reuerti uoluerint. **Iuuenalis**: “Sit formosa, decens, diues, fecunda, uetustos Porticibus disponat (P° 630r) auos, intactior omni Crinibus effusis bellum dirimente Sabina.” **Sabini** antiquissimi Italiae populi sunt et indigenae atque aborigines. Ab iis Picentes Samnites que in colonias defluxe. **Sabiniam** Tyberis alluit, quemadmodum Vmbriam  
 10 Latium que. Quippe inter Vmbros ac Latinos sunt Sabini extenduntur que usque ad Nomentum oppidum. Et á religione ac cultu deorum, hoc est ἀπὸ τοῦ σέβειν, dicti sunt Sabini quasi Sebini. Hi quondam ciuitates sine moenibus incolebant, ut uetustum Lacedaemoniorum morem referrent. Á Sabinus **Sabellus** deducitur. **Iuuenalis**: “Mensam que Sabellam.” Illyrii  
 15 **sabinam** appellabant telum uenabuli simile. **Ennius**: “Illyrii restant siccis sabinis que fodentes.”

3 QVAMVIS. Quantumuis. TE- (c. 978) TRICO. Tristi, maesto, crudo, aspero, seuro. **Tetrum** proprie atrum dicimus. **Virgilius**: “Lauit improba teter Ora cruor.” Hinc per metaphoram tetrum aliquando pro foedo atque euitabili ponimus. **Cicero**: “Postremo hae iam in liberis  
 5 ciuitatibus regnandi existunt cupiditates, quibus nihil nec tetrius nec foedius excogitari potest.” Vnde **tetro** uerbum, quod foedo et polluo significat. **Pacuius**: “Beluarum aut ferarum aduentus loca tetret.” Ali-

1,7 Plato *leg.* 705a2-4\* | 2,1 Mart. 1,62,1 | 5 Iuu. 6,162-164 | 7-14 Tort. *Sabini\** (Iuu. 3,169) | 14-16 P. Fest. 336\* (Enn. *ann.* 504\*) | 3,1 Mart. 1,62,2 | Mart. 1,62,2 | 2 Verg. *Aen.* 10,727-728 | 4 Cic. *off.* 3,36\* | 6-7 Non. 178\* (Pacuu. *trag.* 303\*)

1,7-9 προσοικος γαρ θαλαίστα χωρα τόμεν παρέκαστην ημεραν ηδὺ μαλαγεμὴν οκτωσ ἀλμυρον και πιρρον γειτονημα ο ωρος οικοσγαρεαλαί σταχπρατομεπορε-  
 καστην ημεραη ηλδμαλαγεμνη οκτωσ αλμυροη γειτονημα ν || 7 πρόσσεικος U<sup>2</sup> || 10  
 quidam in delectatione ν || falsum να || 2,4 que] qui a || 5 uoluerunt ονα || 9  
 Sabinam ονα || 14 sabinis να || 15 scis a || 3,2 artum ν || 6 tetreo ν

quando pro amaro. **Lucretius**: “Ac ueluti pueris absinthia tetra medentes  
 Qum dare conantur.” Nonnunquam pro aspero, saeuo, crudeli. **Cicero**:  
 10 “Promissum potius non faciendum quam tetrum facinus admittendum  
 fuit.” Hinc **tetre** aduerbium, quod aspere, impie, crudeliter significat. Et  
 horum comparatiua ac superlatiua **tetrior**, **teterrimus**, **tetrius**,  
**teterrime**. Item **Tetricus** mons in Sabinis asper atque arduus. Á quo  
 tristes homines et seueri tetrici dicuntur. **Virgilius**: “Qui tetricae  
 15 horrentis rupes montem que seuerum.” PERMITTIT. Exhibet, concedit.

**4 MODO LVCRINO MODO AVERNO.** **Lucrinus** et **Auernus** duo  
 lacus sunt in sinu Baiano contra Puteolos adeo propinqui, ut in maximis  
 aliquando tempestatibus coniungi soleant. Hos Caesar purgauit adeo  
 siluarum densitate antea obductos, ut exhalans inde per angustias  
 5 sulphureae aquae odor grauissimus superuolantes aues necaret. Á quo  
 Auernus est dictus. **Portum** quoque **Iulium** fecit immisso in Auernum et  
 Lucrinum mari. Vnde á quibusdam Iulia unda et Iulium opus appellatur.  
 Lucrinum sunt qui á lucro nominatum putent ob multitudinem piscium,  
 qui ibi capiebantur. Nam **Lucrinus** mons est in Bru- (**f° 630v**) tiis ad  
 10 extremum Italiae, oppositus Peloro, in quo **Locrus** oppidum ab Aiace  
 Oileo et **Naritiis**, qui illum secuti sunt, conditum fuit. **Virgilius**: “Hic et  
 Naritii posuerunt moenia Locri.”

**5 IN FLAMMAS.** In amorem, quia amor urit. Vnde et caecus ignis  
 dicitur. **Virgilius**: “Vulnus alit uenis et caeco carpitur igni.” Et ardere  
 usurpamus pro eo, quod est uehementer amare. **Idem**: “Formosum pastor  
 Corydon ardebat Alexin.”

**6 RELICTO.** Dimisso. **Linquere** enim modo dimittere est.  
**Virgilius**: “Linquimus Ortygiae portus pelago que uolamus.” Modo  
 defluere. **Idem**: “Huc summis linquuntur rupibus amnes.” **Idem**:  
 “Nanque solo ruptis radicibus arbos Vellitur, huic atro linquuntur sanguine  
 5 guttae.”

3,8 Lucr. 1,936-937\* | 10 Cic. off. 3,95\* | 13-15 Seru. et Verg. Aen. 7,713 | 15 Mart.  
 1,62,3 | 4,1 Mart. 1,62,3 | 1-7 Seru. Aen. 3,442\* + georg. 2,161\* + Suet. Aug.  
 16,1\*; fere sim. iam antea, u. introd. | 8-12 ex Tort. Lucrinus et Locrinus (Verg. Aen.  
 3,399) | 5,1 Mart. 1,62,5 | 2 Verg. Aen. 4,2 | 3 Verg. ecl. 2,1 | 6,1 Mart. 1,62,5 | 1-2  
 Non. 333\* (Verg. Aen. 3,124) | 2-5 Non. 335\* (Verg. georg. 2,187; Aen. 3,27-28)

4,3 solent v || 6 quoque] que ova || Iulius portus U<sup>2</sup> lemma || 7 Vnde-appellatur  
 add. U<sup>2</sup> in mg. sin. || 8 nomina v || 11 illi v || conditam U ? || 5,1 quia] qui v ||  
 6,3 linquuntur v

7 Hinc fit compositum **relinquo**, quod dimitto significat. Á quo **reliquiae**, quicquid relictum est. **Idem**: “Troas, reliquias Danaum atque immitis Achilli.” Poetae enim metri gratia ll duplicant. Et **reliquum** quod similiter pro residuo capimus, quasi id, quod relictum est. Reliquorum et  
 5 **caeterorum** appellatione omnes contineri **iurisconsulti** tradunt. **Caeter** á graeco deducitur καὶ ἕτερος, quod significat et alius; á quo fit coniunctio siue aduerbium **caeterum**, quod significat ‘sed’ siue, id quod solemus dicere, ‘quod reliquum est’. **Caetera** etiam aliquando aduerbiallyter capitur et significat deinceps. **Virgilius**: “Caetera parce,  
 10 puer, bello.” **Cetra** uero breue scutum est. **Varro**: “Quis rotundam facere cetram nequeat.” **Virgilius**: “Leuas cetra tegit.” Ab ἕτερος etiam, quod est alter, fit **heteroclitum**, quod interpretari potest ‘alienae et insolitae declinationis’, et **heterogeneum**, quasi alterius generis, et **Hetruria**, ut quidam putant, quasi ἕτερος ὄρος, hoc est alter terminus, quoniam  
 15 Hetruriae fines protensi sunt usque ad primam ripam Tyberis; unam enim dumtaxat ripam tenebat Roma. **Iuuenalis**: “Et quae imperii fines Tyberinum uirgo natauit.” Ab Hetruria **Hetrusci** dicti et **Hetrusce** aduerbium.

8 Item á relinquo fit aliud compositum **derelinquo**, quod significat prorsus et in totum relinquo. Relinquere enim dicimus ad tempus siue reuersuri, derelinquere uero omnino deserere. Item á linquo fit aliud compositum **delinquo**, quod proprie significat praetermitto.  
 5 Quoniam uero praetermitte- (**c. 979**) re ea, quae praeteriri non debent, peccare est, delinquere etiam pro peccare usurpatur. Hinc **delicta** peccata dicuntur. Quae aut proposito aut impetu aut casu fiunt. Proposito delinquent latrones, qui factionem habent, impetu, qum per hebrietatem ad manus uel ad ferrum uenitur, casu, qum in uenatu telum in feram  
 10 missum hominem interficit. Á delinquo etiam fit **deliquium**, hoc est

7,2 Verg. *Aen.* 1,30 | 4-5 Vlp. *dig.* 50,16,160 | 6 Tort. *heteron\** | 8-10 Serv. *Aen.* 9,653 et Verg. *Aen.* 9,656 | 10-11 Non. 555\* (Verg. *Aen.* 7,732) + 82\* (Varro *Men.* 88) | 12 Tort. *heteroclitum\** | 13 Tort. *heterogenus\** | 13-17 Tort. *Hetruria* (Iuu. 8, 264-265) | 8,4-7 ex P. Fest. 73 | 7-10 Marcian. *dig.* 48,19,11,2

7,4-18 Reliquorum-aduerbium *add. U<sup>2</sup> in mg. inf.; lemmata aliquantum turbata sunt* || 5 appellationes *v* || 6 ετεροσε *v* || 11 Heteron *U<sup>2</sup> lemma* || 17 dicti] appellati *ova* || 8,1 re- *U<sup>2</sup> in ras.* -linquo fit *add. U<sup>2</sup> in mg. dextr.* || 2 diximus *v* || 3 siue *om. a* || delinquere *v* || 10 interficit] interfecit *ova* || 10 et 11 Delinquium *v* *ambobus locis*



defectus, unde deliquium solis dicimus, quum sol in cursu suo deficit. Item **deliquum**, quod Plautus frequenter pro minus usurpat.

- 9 PENELOPE VENIT, ABIT HELENE. Pudica uenit, impudica discessit. **Penelopes** Helenes que notae historiae sunt. Illa Icari filia fuit, ut **Homerus** tradit, et uxor Vlyssis, quae ex eo **Telemachum** genuit, quum que Vlysses primo ad Troiam, deinde per uaria loca orbis terrarum profectus longo tempore solam reliquisset, quamquam á mille procis sollicitata, fidem tamen marito pudicitiam que mirifice seruauit. **Haec** uero Iouis et Ladae filia, quum Menelao Laconum regi connubio iuncta esset, relicto uiro sponte secuta est Paridem, qui (**f° 631r**) tum forte á Menelao susceptus hospitio fuerat. Quae res origo atque incitabulum fuit belli Troiani.

#### AD CELEREM. EPIGRAMMA XCII.

- VT RECITEM. Ex persona Celeris notat malos poetas, qui recitando carmina sua auditorum obtundunt aures. Sic **inferius** de Ligurino: "Haec tibi, non alia, est ad coenam causa uocandi, Versiculos recites ut, Ligurine, tuos. Quod si non scombris scelerata poemata donas, Coenabis solus iam, Ligurine, domi." NON AVDIRE, CELER, SED RECITARE CVPIS. 'Non cupis recitari mea, ut ea audias, sed ut causam habeas recitandi tua.'

#### AD FABVLLAM. EPIGRAMMA XCIII.

BELLA ES, NOVIMVS. Facete Fabullam deridet, quae nimium iactando se bellam et puellam et diuitem esse fastidium omnibus afferebat. QVIS ENIM POTEST NEGARE? Pulchritudo enim et aetas oculis

8,11 P. Fest. 73\* | 12 P. Fest. 73\* | 9,1 Mart. 1,62,6 | 2-6 Bocc. gen. 5,44 p.281,5-10\* | 6-10 ex Bocc. gen. 11,8 ?

92,1 Mart. 1,63,1 | 2 Mart. 3,50,1-2. 9-10 | 5 Mart. 1,63,2

93,1 Mart. 1,64,1 | 1-3 u. introd. | 3 Mart. 1,64,2

8,12 deliquum] Delinquium v || 9,6 Helene U<sup>2</sup> lemma

92 tit. EPIGRAMMA XCIII. AD CELEREM a || 5 CELER om. ova || 6 habeas causam oa habes causam v

93 tit. EPIGRAMMA XCIII. AD FABVLLAM a

- cernitur, diuitias munera declarant. Vnde **inferius** inquit: “Sotae filia  
 5 clinici, Fabulla, Et donas et amas: Echis asotos.” SED QVM TE NIMIVM,  
 FABVLLA, LAVDAS. Sensus est: ‘Licet forma et aetate et fortunis insignis  
 sis, maiorem tamen molestiam ex iactantia tua quam ex illis uoluptatem  
 percipimus.’

AD CECILIANVM. EPIGRAMMA XCIII.

- 1 QVM DIXI FICVS. Facete ex persona Ceciliani duo uitia pariter  
 carpit, unum morum, alterum linguae. In moribus cinaedos notat, qui ex  
 nimio attritu morbum contrahunt, quem Graeci **sycosin**, nos **ficum** siue  
**mariscam** appellamus. In lingua uero litterarum ignaros carpit, qui  
 5 ficum pro fructu secundae dumtaxat declinationis esse existimant, pro  
 morbo quartae. Sensus est: ‘Eandem esse huius uocabuli declinationem  
 siue fructum seu morbum significet, genere autem differre, qum (**c. 980**)  
 feminini generis sit, quando fructum significat, quando uero morbum,  
 masculini.’ Quod (**P° 631v**) ficus quartae declinationis sit, quando  
 10 fructum significat, manifestum est. De arbore **Cicero**: “Vxorem suam  
 suspendisse se de ficu.” De fructu **Plautus**: “Ficus nobis attulit duricorias  
 praecoces.” **Martialis**: “Res mira est, ficus non habet unus ager.” Quod  
 etiam in utraque significatione secundae sit declinationis, patet. De arbore  
**Iuuenalis**: “Ad quae discutienda ualent sterilis mala robora fici.” De  
 15 fructu **Cicero**: “Ex tantulo grano fici.”

- 2 Ab huius fructus similitudine genus morbi ficus appellatur, quem  
 Graeci **sycosin** uocant. Duae eius speties. Alterum ulcus durum et  
 rotundum est, alterum humidum et inaequale. Ex duro exiguum quidam  
 et glutinosum exit, ex humido plus et mali odoris. Id quod callosum et  
 5 rotundum est, maxime in barba fit, id uero, quod humidum, in capite et in  
 locis obscenis. Sunt enim ani quoque multa ac plena tedio mala, ut rimae

93,4 Mart. 4,9,1. 3\* | 5 Mart. 1,64,3

94,1,1 Mart. 1,65,1 | De eodem Martialis epig. Hug. *foueo* (*ficus*), ubi et sim.  
 deriu. | 10 Valla *eleg.* 1,4 (Cic. *de orat.* 2,278; Iuu. 10,144-145; Cic. *Cato* 52) | 11  
 Plaut. ? *fr. inc.* 201 | 12 Mart. 7,71,6\* | 2,1-6 Cels. 6,3,1-2\* | 6-7 Cels. 6,18,7A\*

93,5 Glinici o || 6 Sensus est *om. ova*

94 **tit.** EPIGRAMMA XCIII. AD CAECILIANVM a || 1,1 Dicis v || 2 cepit v ||  
 3 Cycosin v σύκοσιν a || 9 sit] fit o || 2,2 σύκοσιν a || 4 plus] opus v

sedis, quas Graeci **rhagadas** et **rhagadia** uocant. **Condylomata**, hoc est tubercula, quae ex quadam inflammatione nasci solent, et **uerrucae** quoque **sedis** appellantur. Sanguinis fluxus ex capitulis uenarum, quem morbum Graeci **haemorhoidas** uocant, quemadmodum superius diximus. **Procidencia ani**, quum os ipsum prouolutum est et saepe humore mucoso circumdatum. Item **fungus** á fungi similitudine ita dictus. Ficum nostri etiam mariscam uocant. **Iuuenalis**: “Et podice leui caeduntur tumidae medico ridente mariscae.” Quod tractum est á similitudine grandioris et insipidioris fici, quae **marisca** appellatur. **Martialis**: “Infanti melimela dato fatuas que mariscas. Nam mihi, quae nouit pungere, Chia sapit.” Graeci similiter sycosin á ficu appellant, quae apud eos **sycos** dicitur. Vnde ficus, ut quidam putant, est dicta, quam ueteres Latini etiam sycon appellabant. **Neuius**: “Hodie sycos mihi recens fuit.” Hinc **sycomor** ficus fatua appellata, quae et marisca, ut diximus, nuncupatur.

**3** Et **sycophanta** ἀπὸ τοῦ φάγειν τὰς σύκους, hoc est á ficis edendis, mendax, cauillator siue dolosus, quod hinc originem habuit. E duobus seruis Graeci cuiusdam uiri alter ficus, quae domi paratae erant, absumpserat, alter, quis eas abstulisset, ignorabat. Quaerenti eas domino sons innocentem accusabat. Herus, ut ueritatem exploraret, haurire utrunque subtepidam aquam iussit, deinde euomere. Tunc primum sycophantae ortum (**f° 632r**) uocabulum eo ita appellato, qui ficos deuorauerat culpam que in innocentem mentiendo ac cauillando reiiciebat. Alii tradunt Atticos quondam iuuenes in hortos irrumpere solitos ficos que colligere, quam ob causam lege constitutum fuisse, ut, quicumque id fecisset, capite plecteretur. Hanc igitur poenam qui persequere(n)tur, ob paruula detrimenta sycophantas, hoc est ficorum edones, esse appellatos.

2,7-8 Cels. 6,18,8\* | 10 21,18 | 11-12 ex Cels. 6,18,10 | 12 ex Cels. 6,18,11 | 13 Iuu. 2,12-13\* | 16 Mart. 7,25,7-8 | 17-20 Tort. *sycos\** (Naeu. ? *fr. inc.* 15 *ap.* Parthenium [?]) | 20 6,433 | 3,1-13 Tort. *sycophanta*

2,8 inflatione ova || Verrucae sedis *U*<sup>2</sup> lemma || 9 Sanguis a || 11 Procidencia anis v || 13 nostri etiam] etiam unde *ov* etiam nostri a || 17 σύκοσιν a || 18 Sycus *U*<sup>2</sup> lemma σύκος a || 3,2 mendax *add. U*<sup>2</sup> in *mg. dextr.* || 4 *asumpsit o* *assumpsit v* || 5 fons a || *hauriret v* || 6 sub tepidam *Uo* || 7 *sycophantum ov* || 8 in *om. v* || mentiendo *ac add. U*<sup>2</sup> in *mg. sin., signo insertionis post cauillando posito* || 12 *sycophantes ov*

4 Á sycophanta **sycophantia** deducitur, hoc est mendacium et caullatio et dolositas et fallacia. **Plautus**: “Per fallaciam, Quam amabam, abduxit á lenone mulierem Neque puduit eum id aetatis sycophantias Struere et beneficiis me emere gnatum suum sibi.” **Idem**: “Cum nostris sycophantiis, dolis astutiis que.” Ab hoc postea et **holophanta** appellatus est omnia mentiens. **Actius**: “Improbis, holophanta, scelestus.” Quippe Graeci ὄλον totum dicunt. De sycophanta etiam fit uerbum sycophantisso, hoc est sycophantias struo. Et sycophantiosus, qui sycophantiis frequenter utitur. Á quo sycophantiose aduerbium. **Plautus**: “Ego nec sycophantiose quicquam ago nec malefice.”

5 5 Á ficus uero, qum arborem significat, **ficulus** deducitur materiatus ex ea arbore, sicut á populo **populus**. Nam quod aliqui ficulneam scribunt, ignorantia accidit linguae Latinae. Item **ficolea** palus ficulus. Item **caprificus**, á quo **caprificor**, **caprificatio**, **caprifici**, **Caprotina Iuno**, de quibus superius disseruimus. Qum uero signi- (**c. 981**) ficat fructum, **ficedula** auis, de qua superius diximus, quia fico fiat pinguis. Et **ficitas** fructus fici, et **ficitores**, qui ficos colligunt. **Neuius**: “Ficitores omnes capiunt ficitatem.” At qum significat morbum, **ficosus**, hoc est ulceribus, quae fici uocantur, plenus. Á quo **ficositas** ipsa

10 huiusmodo ulcerum copia.

6 Ficorum multa genera sunt. Quae sunt purpureae, **Lydiae** uocantur. **Mamillanae**, quae mamillarum habent similitudinem. **Callistrutiae** ficorum omnium frigidissimae. Candicantes **terinae** ac cognomine **delicatae** appellantur. **Liuiae** et **Pompeianae** ad siccandum optimae, **Herculanae** et **albiceratae** et **Araclae** albae pediculo minimo latissimae. **Porphyrites** longissimo pediculo est. Comitatur eam é minimis et uillissimis **popularis** dicta. Nouissima sub hyeme maturatur **Chelidonia**. Sunt praeterea eadem serotinae et

4,2 Plaut. *Asin.* 69-72 | 4 Plaut. *Asin.* 546 | 5-6 P. Fest. 101 | 6 Acc. ? *fr. inc.* 14 (fictum ex Com. pall. *inc.* 20 apud Non. 120 ?) | 9 Plaut. *Pseud.* 1211 | 5,1-3 ex Valla *eleg.* 1,4 | 3 P. Fest. 93 | 5 3,253 (*caprificus*, -or, -atio); 3,254 (*caprifici dies*); 3,255 (*Caprotina I.*) | 6 2,705 | 8 Non. 109 (Nouius [non Naeu.] *Atell.* 27) | 6,1-9 ex Plin. *nat.* 15,69-71

4,1 hoc] et o || mendacium et *add. U<sup>2</sup> in mg. sin.* || 2 fallacia] -t- in -c- corr. *U<sup>2</sup> ut sequenti loco* || 5 astutiis] status v || 5-10 Ab-malefice *add. U<sup>2</sup> in mg. sin.* || 6 Holophantia v || 5,9-10 Á-copia *add. U* (*sc. prima manus*) *in mg. dextr.* || 6,1 sunt] fiunt ova || Lydiae ficus *U<sup>2</sup> lemma* || 2 Mamillariae ova || 3 Mallistrutiae v || turinae a

praecoces biferae alba et nigra cum messe uindemia que maturescentes.  
 10 Athenis **prodromos** quasi praecursores uocant. Serotinae sunt et á corii duricie **duricoriae** appellatae. Tarenti tantum praedulces nascuntur, quas uocant **onas**, quod ob bonitatem iure emi debeant; ὄνη enim graece mercatio dicitur. **Marisca**e fici grandiores sunt atque insipidae.

7 Sunt praeterea **alfulae** ficus, **arundineae**, **asinastrae**, **Chiae**, **Calpurnianae**, **cucurbitanae**, **leptoludiae**, **Numidicae**, **pullae**, **tellanae**, **atrae** et aliis nominibus plures. **Grossi** dicuntur fici antequam maturescant. **Mattius**: “In milibus tot ficorum non uidebitis  
 5 (f° 632v) grossum.” Ab eo fit **grossulus** diminutiuum. **Postumius** Albinus: “En causa si se stultum brutum que faciebat, grossulos ex melle edebat.” Africanas ficus attulit quodam die in senatum **Cato** ex ea prouintia praecoces, et ostendens patribus: “Interrogo uos”, inquit, “quando hoc pomum demptum ex arbore existimatis?” Qum inter omnes  
 10 recens esse constaret: “Atqui tertium”, inquit, “ante diem scitote esse decerptum Carthagine. Tam prope á muris hostem habemus acerrimum.” Statim que sumptum est tertium Punicum bellum, quo Carthago deleta est. In Aegypto **ficus** est **Aegyptia** cognominata arbor moro similis folio, magnitudine, aspectu. Pomum fert non ramis, sed caudice ipso, id que  
 15 ficus est praedulcis sine granis interioribus, fecundissimo prouentu. Scalpendo tantum ferreis unguibus, aliter non maturescit; sed qum factum est, quarto die demetitur, cuius loco nascitur septenus. Subnascitur etiam, si non scalpatur foetus, quater aestate priorem que expellit immaturum. Lignum ad multa commodissimum est. Caesum statim stagnis mergitur et  
 20 hoc modo siccatur. Primo sidet, postea fluitare incipit certo que id fugit alienus humor, qui alium omnem rigat. Qum innatare coeperit, siccitatis est argumentum. Huic similis **Cypria ficus** in Creta. Nam et illa in caudice ipso fert pomum et in ramis, qum ad crassitudinem adoleuere,

6,10 prodromos] ex Plin. nat. 16,113 | 10-11 ex Plin. nat. 15,71 + Cloat. Macr. Sat. 3,20,1 | 11-12 Plin. nat. 15,72 | 7,1-3 Cloat. Macr. Sat. 3,20,1\* | 3-7 Macr. Sat. 3,20,5\* (Mat. carm. frg. 14; Postum. hist. 2\*) | 7-13 Plin. nat. 15,74-75\* | 13-26 Plin. nat. 13,56-58\*

6,10 Athenis-uocant add. U<sup>2</sup> in mg. sin. || 12 ὄνη o, sim. va || 7,1 ficus om. v || 3 dicuntur add. U<sup>2</sup> in mg. dextr. || 4 Martius ova || uidebis va || 6 Pisthu. Al. o lemma || En] ea ova || si om. ova || brutum que] utrumque v || 9 hoc om. v || 13 Aegyptia ficus U<sup>2</sup> lemma || 20 fluitare] a flauitate v || 21 Cum U || innatare coepit] inanitate coepit v

fructus quaternos fundit, totiens et germinat. Sed grossus eius non  
 25 maturescit nisi incisura emisso lacte. Suauitas et interior fici magnitudo  
 similis sorbo.

**8** Est et aliud fici genus, quod á loco **Carycam** uocant. Item aliud  
 quod similiter á loco dicunt **Cauneam**. Vtrunque in Albense rus intulit L.  
 Vitellius, qui postea censor fuit, qum legatus in ea prouintia esset  
 nouissimus Tyberii Caesaris temporibus. Cauneae fuerunt, quae M. Crasso  
 5 aduersus Parthos nauigare uolenti, dum nauim conscenderet, omen  
 fecerunt. Nam qum quidam huiusmodi ficus uenales habens cauneas  
 uociferaret, uisus est dicere Crasso: "Caue ne eas." Caricae optime  
 siccantur. Vnde quidam siccas ficus caricas nominant. Laedunt siccae ficus  
 10 stomachum, gutturi tamen et faucibus magnifice prosunt, et anhelatoribus  
 ac suspiriosis. Item iecinorum, rhenum, lyenum uitiis corpus et uires  
 adiuuant. Ob id ante athletae hoc cibo pascebantur, Pythagoras exercitator  
 primum eos ad carnes transtulit. Recolligentibus se á longa ualitudine  
 utilissimas. **Carex** uero herba est acuta et durissima, sparto similis.  
**Virgilius**: "Et ca- (**c. 982**) rice pastus acuta." Hinc **carecta** dicuntur  
 15 loca carice plena. **Idem**: "Tu post carecta latebas."

#### AD CHOERYLVM. EPIGRAMMA XCV.

**1** ERRAS MEORVM FVR. Furem librorum suorum iocando deridet  
 Choerylum nomine. Carmen est trimetrum iambicum. FVR AVARE. Quia  
 per auaritiam libellos meos furaris, ut uendas. TANTO. Pretio scilicet.  
 TOMVS. Fragmentum seu uolumen, ut superius diximus. SOPHOS.  
 5 Nomen sapientis. Opinio doctrinae. SECRETA CARMINA. Non nota  
 omnibus, ut mea sunt, quae iam in uulgus exiure et in omnium manibus

**8,1** Tort. *caryca* | 2-7 Plin. *nat.* 15,83\* + Cic. *diu.* 2,84\* | 8-13 Plin. *nat.* 23,121-  
 122\* | 13-14 Tort. *caryca* (Verg. *georg.* 3,231) | 14-15 Seru. et Verg. *ecl.* 3,20  
**95,1,1** Mart. 1,66,1 | 2 Mart. 1,66,1 | 3 Mart. 1,66,2\* | 4 Mart. 1,66,3 |  
 70,37 | Mart. 1,66,4 | 5 Mart. 1,66,5 | 7 Mart. 1,66,5 | 8 Mart. 1,66,7

7,25 feci v || **8,1-15** Est-latebas *add. U (sc. prima manus) in mg. inf.* || 2 Albense  
 rus] Albenserus o Albem serus v || 4 nouissimis o (*fortasse recte*) || 5-6 nau  
 conscendere hominem fecere v || 7 eas] as o || 10 rhenum  $U^2$  in spatio uacuo ||  
 uires  $U^2$  in spatio uacuo || 13 sparto  $U^2$  in spatio uacuo

**95 tit.** EPIGRAMMA XCV. AD CHOERYLVM a || **1,2** est om. ova

oculis que uersantur. RVDES CVRAS. Rudia opera, nondum perfecta, nondum limata. VNVS PATER (f° 633r) CHARTAE VIRGINIS. Autor scilicet qui scripsit. **Virginem chartam** appellat, quae nondum peperit, hoc est nondum transcripta est. Parere enim chartae dicuntur, qum ex iis exempla sumuntur. SIGNATAS. Anulo impressas, quippe ita signare solemus, quae nondum uolumus legi.

2 SCRINIO. **Charthophilacio**. Sic enim Graeci scrinium uocant, in quo libri et scripturae reponuntur. TRITA. Contrita, assiduo tactu consumpta. INHORRVIT. Horrida, hoc est hispida, facta est. DVRO MENTO. Aspero mento. Hoc est quae nondum emisit barbam duriolem. 5 ‘Horrere mento’ dicimus ‘horridam barbam emittere’, quod in libris significat ‘nimio usu sordes ac pilos contrahere.’ **Martialis**: “Vt rosa delectat, metitur quae pollice primo, sic noua nec mento sordida charta iuuat.” Non sordida mento, idest non barbata. **Idem**: “Ne toga barbatos faciat uel penula libros.”

3 FRONTE NONDVM PVMICATA. Facie nondum polita. Metaphorice enim **frons** ad inanimata transfertur. Significat autem rudem adhuc atque imperfectum librum. Etenim pumice poliuntur libri, postquam perfecti et ligati sunt. **Pumices** dicuntur omnes lapides erosi, 5 sed hi proprie, qui in usu sunt corporum leuigandorum. Praecipui in Eoliis insulis. Probatio eorum est in candore ac minimo pondere et, ut maxime spongiosi atque aridi sint ac teri faciles nec in fricando harenosi. **Theophrastus** scribit potores in certamine bibendi praesumere farinam eorum tantam que esse refrigerandi in iis naturam, ut feruere musta 10 desinant pumice addito. Fiunt ex iis dentifricia optima. Á pumice fit **pumico** uerbum, hoc est polio, leuigo, unde **pumicatum** politum ac leuigatum dicimus. Et **pumicatio** leuigatio est. Et **pumicosum**, quod pumicis uel naturam uel similitudinem habet. Item pumicosum locum pumicibus plenum.

4 CVLTVS. Ornatus. VMBILICIS. **Vmbo** media pars clypei est. Ab hoc **umbilicus** dicitur, quicquid in aliqua re medium est. Vnde Reate oppidum umbilicum esse Italiae dicimus, quia in medio ferè Italiae situm

1,11 Mart. 1,66,6 | 2,1 Mart. 1,66,6 | 2 Mart. 1,66,8 | 3 Mart. 1,66,8 | Mart. 1,66,8 | 6 Mart. 10,93,5-6 | 8 Mart. 14,84,1 | 3,1 Mart. 1,66,10 | 4-10 Plin. nat. 36,154-156\* (Theophr. hist. plant. 9,17,3) | 4,1 Mart. 1,66,1 | Mart. 1,66,1

1,9 Cartha uirgo U<sup>2</sup> lemma ante corr. || 11 sumantur a || 2,3 hoc om. ova || 3,10 his v || dentifricia] -tifricia U<sup>2</sup> in spatio uacuo || 4,2 est medium ova



est. Item ligamentum intestinorum, quod mediam ferè planiciem uentris  
 5 obtinet, umbilicum appellamus, ad hoc factum, ut per eum foetus, dum  
 est in utero, nutriatur. Ab huius similitudine et paruus circulus in (**P**  
**633v**) terra descriptus ad dignoscendos uentos umbilicus dicitur.  
**Plynius**: “Per huius mediam longitudinem duci sarculo sulcum uel cinere  
 lineam mediam que circumscribi circulo paruo, qui uocatur umbilicus.”  
 10 Item parui ac rotundi politi que lapilli eadem ratione umbilici dicuntur.  
**Cicero**: “Tunc enim duo excellentissimi uiri repuerascere maxime  
 uidebantur, qum ex urbe tanquam é uinculis ambulassent et ad Caietam  
 Laurentum que con- (**c. 983**) chas et umbilicos legere consueuissent.”  
 Item umbilici ornamenta et ueluti calculi quidam quibus libri ornantur et  
 15 gemmae ligantur. **Martialis**: “Quid prodest mihi tam macer libellus,  
 Nullo crassior ut sit umbilico.” **Plynius**: “Indi mire gaudent longitudine  
 beryllorum, solos que gemmarum esse praedicant, qui carere auro malint.  
 Et ob id perforatos elephantorum setis religant. Et alios conuenit non  
 oportere perforari, quorum sit absoluta bonitas umbilicis statim ex auro  
 20 capita comprehendentibus.” Ab umbilicus fit **umbilicatum**, quod  
 umbilicos habet uel aliquid ad umbilici similitudinem. Item **umbilicatum**  
 aduerbium quasi per umbilicos siue ad similitudinem umbilicorum.

**5** MEMBRANA. Corio, quo libri uestiuntur sculpuntur que miro  
 artificio. **Membrana** enim, ut superius diximus, proprie corium  
 significat, quo membra teguntur. Vnde et membranae, quae ad  
 scribendum fiunt, appellatae. **Martialis**: “Esse puta ceras quamuis haec  
 5 membrana uocetur, Delebis quotiens scripta nouare uoles.” TALES. Quales  
 diximus, hoc est nondum pumicatos nec umbilicos cultos atque membrana.  
 ABEO. Á patre uirginis chartae, hoc est ab ipso autore. SILENTIVM. Vt  
 autor sileat nec declaret librum, quem ille recitat, á se fuisse compositum.

4,5 Isid. *orig.* 11,1,99\* | 8 Plin. *nat.* 18,327\* | 11 ex Cic. *de orat.* 2,22 | 15 Mart.  
 2,6,10-11 | 16 Plin. *nat.* 37,78\* | 5,1 Mart. 1,66,11 | 2 7,23 | 4 14,7,1-2\* | 5 Mart.  
 1,66,12 | 7 Mart. 1,66,12\* | Cald. *Mart.* | 7 Mart. 1,66,14

4,5 umbilicicum o || 10 linea v || 19 auro U<sup>2</sup> in spatio uacuo euro v || 5,1  
 scalpuntur a || 4 haec om. ova || 5 dolebus U || 7 ADEO a

## AD CHOERYLVM. EPIGRAMMA XCVI.

LIBER HOMO ES. Facete iocatur in Choerylum de hac uoce liber. Dicebat Choerylus **Martialem** nimis liberum esse, hoc est nimis libere loqui. Respondet **Martialis** uere liberum, hoc est ociosum et omnibus curis uacuum esse, qui de eo scribendo tempus terat, quasi dicat indignum esse Choerylum, de quo sermo  
 5 habeatur. NIMIVM LIBER ES. Nimia licentia uteris, (f° 634r) quemadmodum superius declarauimus. LIBER HOMO EST. Non habet quid agat.

1 Mart. 1,67,1 | 1-2 Dicebat-esse] ex Mart. 1,67,1 | 5 Mart. 1,67,1\* | 5-6 cf. *supra* epigr. 96 ll. 1-3 | 6 Mart. 1,67,2

EPIGRAMMA. XCVI. AD CHOERYLVM. a || 4 terat] erat v

## DE RVFO ET NAEVIA. EPIGRAMMA XCVII.

1 QVICQVID AGIT RVFVS. Rufum deridet ita Naeuia meretricis  
 amore furentem, ut nihil aliud uel loqueretur uel cogitaret, qum tamen, ut mos  
 est meretricum, alios amantes haberet. **Martialis** de eisdem: "Nunquid pollicita  
 est tibi beatam noctem Naeuia?". Et paulo post: "Suspiras, retices, gemis  
 5 negauit?". SI TACET. Si de nulla alia loquitur. PROPINAT. Computat.  
**Propinare** proprie est praegustato leuiter uino poculum alteri offerre; quae  
 consuetudo inde initium habuit, quod principes Graeciae solenni die, quem  
**philothesium** uocant, miscere aureis atque argenteis poculis uina solebant, quae  
 10 é manu gestantium sumentes ori parumper admouebant; deinde alteri, quem  
 uellent, offerebant, ingens hoc argumentum beniuolentiae existimantes.

2 Hoc uero **propinin** siue propinare, quod significat praebibere,  
 dicebatur. Hinc ergò factum est ut propinin siue propinare fit cibum potum que  
 extraordinarium uoluptatis gratia cum amicis sumere et quod uulgo dicitur  
 computare. Quod etiam coronati facere solebant praegustantes, ut diximus, et sibi  
 5 inuicem pocula praebentes, quin etiam in absentium memoriam idem factitantes.  
**Socrates** apud **Platonem**: "Hoc poculum Critiae propino". **Martialis**: "Naeuia  
 sex (c. 984) cyathis, septem Iustina bibatur". **Idem**: "Si tristi domicaenio  
 laboras, Torani, potes esurire mecum, Non derunt tibi, si soles propinin, Viles  
 Cappadocae graues que porri". **Terentius**: "Hunc uobis comedendum et  
 10 bibendum propino". **Demosthenes** eos, qui patriam produnt, προπίνειν τοῖς  
 ἐχθροῖς, hoc est propinare hostibus, dicebat. INNVIT. Signum capite facit,  
 quemadmodum superius diximus.

3 MVTVS. Elinguis. **Mutum** á mugiendo quidam dictum existimant; et  
 enim qum loqui non possit, siue id linguae defectu siue aurium accidat,  
 prorumpit tamen in uocem, quae mugitus potius quidam quam sermo uidetur. Ab  
 hoc **mutae** litterae dictae sunt, quod positae in ultimis partibus orationis ueluti


1,1 Mart. 1,68,1 | 1-2 ex Cald. | 3-5 ex Cald. + Mart. 1,106,4 + Mart. 1,106,4 | 5 Mart. 1,68,2 |  
 Mart. 1,68,3 | 6-10 Souda Προπίνειν [Π 2564]\* | 2,4-6 ex Cald. (ex Cic. *Tusc.* 1,40) | 6-7  
 Mart. 1,71,1\* | 7-9 Mart. 5,78,1-4 | 9-10 Ter. *Eun.* 1087\* | 10-11 Souda Προπίνειν [Π 2564]\*  
 (ex Dem. 18,296) | 11 Mart. 1,68,3 | 12 12,107 | 3,1 Mart. 1,68,4 | Gloss. IV,367,23 | 1-3 ex  
 Lact. *opif.* 11,10-13 + Isid. *orig.* 10,169 + Hug. *mutus* uel Balb. *mutus* | 4-5 P.Fest. 143

DE RVFO ET NAEVIA: EPIGRAMMA. XCVII. a || 1,3 iisdem v || 4 paulopost ov || 5 loquatur  
 ova || 7 solenni o || 9 summentes o || 10 beneuolentiae a || 2,3 extra ordinarium a || 5 prebentes U ||  
 quietiam a || 6 Critie v || 7 ciathis o || 8 deerunt ova || t > bi v || propini v || 10-11 προπίνειν τοῖς  
 ἐχθροῖς v || 3,1-2 etenim a || 2 siue id] siuae o || 3 uocem] -o U<sup>2</sup> in ras. || potius add. U<sup>2</sup> in mg.  
 sin. || 4 literae a

- 5 (f° 634v) obmutescere cogant loquentes. Et **mutio** uerbum, quod est summisse loquor. **Ennius**: “Palam mutire plebeio piaculum est”. Á quo fit **mutesco**, á quo **obmutesco** quasi mutus fio, et **musso** frequentatiuum, quod est murmuro et quasi muti uocem reddo. **Virgilius**: “Fit sonitus mussant que oras et limina circum”. Interdum etiam taceo et quasi obmutesco. **Ennius**: “Non possunt mussare boni, qui facta labore Enixi”. Aliquando tamen pro dubito usurpatur.
- 10 **Virgilius**: “Mussat rex ipse Latinus”. Item á musso fit aliud frequentatiuum **mussito**, quod est dissimulandi gratia taceo. **Terentius**: “Accipienda est et mussitanda iniuria adolescentium”. Ab hoc fit **mussitabundus** tacens.

4 Quidam tamen mutum dictum existimant quasi minutum, quod eo sensu minutus fit. Vnde etiam **mutilum** deductum putant, hoc est truncatum, comminutum, et **mutilo** uerbum trunco, comminuo; á quo **mutilatio** truncatio, et **mutilator** truncator, **mutilatrix** truncatrix.

5 **Mutuli quadranguli** dicuntur, qui ex aliqua parte comminuti sunt hoc



- modo: . **Murmuro** uero facticium uerbum est proprie que de aqua dicitur. Et **murmur** leuis aquae strepitus appellatur; ponitur tamen et pro quocunque strepitu. Et murmuro plerunque accipitur pro eo quod est secrete obloquor et maledico; á quo **murmurator**, **murmuratrix**, **murmuratio**, **murmurabundus**. Item **murmurillum** pro murmuratione. **Plautus**: “Nolo ego murmurillum, neque susurrum fieri”. Et **murmurillo** uerbum pro murmuro. **Idem**: “Quid murmurillas et caedis faciem?” **DEMISSO** VVLTV. Ne á Choerylo uideatur. **NAEVIA NON VNA EST**. Quia dixerat una est Naeuia, hoc est sola, nunc iocando in eo uerbo dicit non est una, hoc est non est simplex, sed multiplex, quia multis dat non soli tibi.
- 5
- 10

3,5-6 P.Fest. 144 (Enn. scaen. 138) | 6-7 Á-fio | ex Hug. *mutesco* | 7-9 ex Seru. auct. et Verg. *georg.* 4,188 | 9-11 Seru. auct. *georg.* 4,188\* (Enn. *ann.* 435-6; Verg. *Aen.* 12,657) + *fort.* Seru. et Seru. auct. *Aen.* 12,655 | 11-12 Item-mussito | ex Balb. *mussito* | 12 Don. *Ter. Ad.* 207\* | 12-13 *Ter. Ad.* 207 | 4,1-2 ex Balb. *mutilus* | 2-3 ex Hug. *mutilus* uel Balb. *mutilus* | 5,1-2 Pap. *mutili quadranguli*\* + Hug. *mutili quadranguli*\* | 2 ex Balb. *murmur* ? | 6-7 Non. 142-143 (Plaut. *Rud.* 1404) | 7-8 Non. 143\* (Plaut. *frg. inc.* 32) | 8 Mart. 1,68,7 | 9 Mart. 1,68,8 | Mart. 1,68,3-4 | 10-11 ex Cald. *bis*

3,13 musitanda *ov* || musitabundus *o* || 4,1-5,8 quidam-faciem *add. U<sup>2</sup> in mg. dextr.* || 4,3 truncatio *om. ova* || 5,1 mutuli quadranguli *ova* || 2 *deest figura in v* || factitium *a* || 4 plauerunqve *v* || 7 susurum *o* || 8 coedis *v* || **DEMISSO**] **DE MISSO** *o* | 9 **EST** *p.c. U* : **ES a.c. U**

## AD MAXIMVM. EPIGRAMMA XCVIII.

1 COEPIT MAXIME. Iocatur ad Maximum scribens de **Canio** poeta  
familiari suo, qui natura ita hilaris erat, ut semper rideret. Apud Terentum, de  
quo superius locuti sumus, in templo Ditis Panis simulachrum erat, quod semper  
ridere uidebatur. Coeperat Canius habitare in campo Martio, ubi Terentus erat.  
5 Est ergò sensus: Terentus, qui solebat ostendere Pana ridentem, coepit nunc  
ostendere Canium. Hic est Canius, de quo superius scripsit: “Gaudent iocosae  
Canio suo gades”; et inferius: “Dic, Musa, quid agat Canius meus rufus?”  
Postquam multa commemorauit, petens an talia ageret, respondit Musa: “Vis  
scire quid agat Canius tuus? Ridet”. TERENTVS. **Terentus** siue **Terentum**  
10 locus erat in campo Martio, Diti et Proserpinae sacer, de quo superius diximus.  
In hoc Panis et Satyrorum Faunorum que simulacra erant, quod dii terrestres in  
templo Ditis, qui terrae deus est, collocarentur, quemadmo- (c. 985) dum dii  
maris in templo Neptunni et dii caeli in templo Iouis.

2 PANA. **Pan** Demogorgonis filius traditur fuisse et cum Cupidine  
aliquando pugnasse, á quo superatus incidisse in amorem **Syringis** uirginis,  
quam (f° 635r) qum transire Ladonem Archadiae amnem non posset,  
nympharum precibus in palustrem calamum mutatam uidisse. Ex hoc statim  
5 composuisse **fistulam**, quae ex illius nomine apud Graecos **syrix** est uocitata,  
septem imparibus calamis simul coniunctis. **Virgilius**: “Pan primus calamos  
cera coniungere plures Instituit”. Hunc praeterea prodiderunt cornua in fronte  
er[r]ecta habuisse, barbam prolixam, uirgam quoque in manu gestare solitum et  
fistulam septem cicutis compactam; pedibus praeterea caprinis et assiduo risu  
10 insignem fuisse.

3 Quarum rerum huiusmodi rationes protulerunt, quod Pan, quem alio  
nomine **Inuum** uocant, á sapientibus sol esse existimatur. Quippe hunc deum  
Archades colunt τὸν τῆς ὕλης κύριον, hoc est non siluarum solum, sed uniuersae

I,1 Mart. 1,69,1 | 2-3 1,299-301 | 5-6 ex Cald. | 6-7 Mart. 1,61,9 | 7-9 ex Cald. (Mart. 3,20,1;  
Mart. 3,20,21: *Martialis uersus compl. Perottus*) | 9 Mart. 1,69,2 | 9-10 P.Fest. 350\* | 10 1,299-  
301 | 11-13 ex Cald. | 2,1 Mart. 1,69,1 | 1-10 ex Bocc. *gen. 1,4* (Verg. *ecl. 2,32-33*) | 3,1-12  
Macr. *Sat. 1,22,2-7\**

EPIGRAMMA. XCVIII. AD MAXIMVM. *a* || 1,2 hylaris *v* || Terentium *o* : Tarentum *v* || 3  
simulacrum *v* || 5 Terentius *v* || 6 iocose *o* || 11 simulachra *ova* || 2,2 uirgilinis *o* : Virgilius *v* || 3  
Arcadiae *a* || amnem] tamen *v* || 5 uocata *ova* || 7 plures] plutes *o* || 8 erecta *ova* (*recte iuxta 2,20*) ||  
solitum *a* || 3,3 Arcades *ova* || ὕλης κύριον *v*

5 materiae dominum appellantes, cuius materiae uis uniuersorum corporum, siue  
 terrena siue diuina sint, componit essentiam: unde á Graecis Pan, quod omne  
 significat, appellatur. Cornua huius barbae que proluxa demissio naturam lucis  
 ostendunt, qua sol et ambitum caeli superioris illuminat et inferiora collustrat. In  
 10 caprarum pedes desinit, quoniam hoc animal et terrenum est et semper alta  
 frequentat pascendo, sicut sol et radios superne demittit in terras et, qum se  
 recolligit, in montibus uisitur. Huius amor et deliciae **Echo** esse existimatur,  
 quae tangi á nemine potest: quod significat harmoniam caeli, quae Soli amica est  
 quasi spherarum omnium moderatori, nostris sensibus comprehendi non posse.  
 Fistula ordinem spiritus inaequalis ostendit, quia uenti, in quibus nulla aequalitas  
 15 est, propriam sumunt de sole substantiam. Virga potestatem solis ostendit, qui  
 cuncta moderatur.

4 Risus autem ratio ab Archadibus sumpta est, qui simulachrum Veneris  
 lugens fingebant, quod superius hemisphaerium terrae Venerem, inferius autem  
 Proserpinam uocant. Quia ergò sol annuo gressu per duodecim signorum  
 5 ordinem tendens partem quoque inferioris hemisphaerii ingreditur, ex duodecim  
 enim signis zodiaci sex superiora, sex inferiora censentur, quodocunque est in  
 inferioribus dies que ideo breuiores facit, lugere dea existimabatur, tanquam sol  
 morte quadam temporali raptus sit et á Proserpina retentus. At Panem faciebant  
 ridentem, quia finita **catabasi** (f° 635v), sic enim inferiorem Solis meatum  
 10 uocant, simulatione que luctus perfecta, celebrabant laetitiae exordium VIII Kal.  
 Aprilis, quem diem **Ilaria** appellabant; quo primum tempore sol, diem  
 longiorem reddens, terras illustrat.

5 Huiusmodi igitur laetitiam risu eius ostendebant, quem totius terrae  
 deum esse arbitrabantur. Habebat Pan cornua in radiorum solis similitudinem et  
 cornuum lunae; ridebat eius facies ad aetheris imitationem. In pectore nebridem  
 habebat stellatam ad stellarum imaginem; pars inferior hispida erat propter  
 arbores, uirgas et feras; caprinos pedes habebat, ut ostenderet terrae soliditatem.

3,13-15 Macr. Sat. 1,21,9 | 4,1-2 Risus-fingebant] ex Macr. Sat. 1,21,2 et 5-6 | 2-7 Macr. Sat.  
 1,21,1-3\* | 7-11 Macr. Sat. 1,21,10\* | 5,1-2 ex Macr. Sat. 1,21,6 ? | 2-8 Seru. ecl. 2,31\*

3,7 qua] quam a || 10 uisitur *correx*i iuxta Macr. : uidetur *Uova* || delitiae *va* || 12 sphaerarum *oa* ||  
 14-15 quia cuncta a || 4,1 Arcadibus *va* || 9 celebrant *ova* || Kal.] Kl. *o* : Cale *a* || 10 Ilaria *U<sup>2</sup> p.c.*  
 et *U<sup>2</sup> lemma p.c.* : Hilaria *U a.c.* et *U<sup>2</sup> lemma a.c.* et *oa* : Hylaria  $\nu$  || 5,1 laetitia  $\nu$  || 5 terrae *U<sup>2</sup>*  
*p.c.* : terre *U a.c.*

Item fistulam septem calamorum propter caeli harmoniam, in qua sunt septiformes soni. Sic totius deus figurabatur, qum et πᾶν uocaretur, quod apud (f° 635v mg.inf.) Graecos totum significat.

6 Vnde **Pamphilus** proprium nomen, quasi totus amans. Et **Pamphylia**, quasi tota frondosa, regio est minoris Asiae inter Ciliciam et Syriam, á qua uicinum **mare Pamphylium** dictum. **Pamissus**, quasi totus odiosus ob damna quae agris inferebat, Thessaliae fluuius. **Panaetolium**, quasi totam continens Aetoliam, mons Aetoliae maximus. **Panaetius**, quasi totus moralis, proprium nomen philosophi Stoicae sectae, quem **Cicero** in libro de officiis imitatus est. **Pandectae** omnia continentes; inscriptis hoc nomine librum suum Tiro Tullius, ut **Gellius** refert, (c. 986) et diuus **Iustinianus** libros, in quibus uetera iura collegit, Pandectas appellauit ἀπὸ τοῦ πάντα ἔχειν, quod omnia habeant, uel ἀπὸ τοῦ πάντα δέχσθαι, quod omnia contineant.

7 Et **Pandion** proprium nomen, quasi totus Διός, hoc est totus Iouis. Fuit Erithei regis Athenarum filius, cui successit in regno. Hic cum auxilio Terei regis Thracum fudit regem Ponti, qui Athenas obsidebat. Propter quod meritum Pandion Progrem filiam ei dedit uxorem. Et **Panchaia** quasi tota dehiscens, regio est Arabiae tota harenosa, in qua arbores sponte natae thus emittunt. **Virgilius**: "Tota que thuriferis Panchaia pinguis harenis".

8 Et **panegyris** mercatus ἀπὸ τοῦ πάντα ἀγορεύειν, hoc est ab omnibus rebus mercandis, unde Graeci πανηγ- (f° 636r mg.inf.) γυρίζειν modo nundinari modo celebrare dicunt. Hinc **panegyrici** dicti sunt sermones, qui in conuentu populi et sacris celebritatibus habentur, quales sunt quibus diui imperatores lau-

6,1 Tort. *Pamphilus*\* | 1-3 Tort. *Pamphylia*\* et *mare Pamphylicum*\* + fort. *Plin. nat. 5,94* | 3-4 Tort. *Pamissus*\* + fort. *Plin. nat. 4,30* | 4-5 Tort. *Panaetolium*\* | 5-6 Tort. *Panaetius*\* | 7 Tort. *pandecta*\* | 7-8 ex *Gell. 13,9,1-3* | 8-9 ex *lust. inst. 1,10,11* | 9-10 uel-contineant] Tort. *pandecta*\* + *Gell. 13,9,3-4* | 7,1-4 Tort. *Pandion*\* | 4-6 Tort. *Panchaia*\* (*Verg. georg. 2,139*) | 8,1 ex *Cic. Att. 1,14,3* + *Tusc. 5,9* ? | 2-3 unde-nundinari] ex *Gloss. V,318,51* | 3 modo-celebrare] ex *Cic. Tusc. 5,9* ? | 3-5 ex Tort. *panaegyris* ?

5,7 totus v || qum et] et cum v || uocaretur-apud] *U<sup>2</sup> in ras.* || 8-10,12 Graecos-factae *add. U<sup>2</sup> in mg. inf. et in mgg. inf. et dextr. f. 636r* || 6,1 *Pamphilia ova* || 2 inter *Ciliciam*] inter *Pamp Ciliciam U scrips. et postea Pamp erasau.* || 3 *Pamphylium mare U<sup>2</sup> lemma* : *mare Pamphilum v* || *Pammisus ova* || 4 *Pannaetolium oa* || 7 *Pandectae ova* || 9 *Pandectas ova* || *αποτου παντᾶειν v* || *habeant*] -*bea- U<sup>2</sup> in ras.* || uel] *nel v* || 10 *δεχῆσαι o* : *δέχεσθαι v* || 7,1 *Pandion v* || *proprium nomen*] *inter proprium et nomen U<sup>2</sup> dom erasau.* || *totus add. U<sup>2</sup> s.l.* || *δίοσ ον* : *διος a* || 2 *Erithaei ova* || 3 *Tracum ov* || *Punti a* || *obiidebat U<sup>2</sup> a.c.* || 5 *arenosa a* || *aemittunt o* || 6 *arenis oa* || 8,1 *panaegyris U<sup>2</sup> a.c. fort. iuxta Tort., sed postea ipse erasau. alter.* -*a* || *αποτου παντᾶ ἀγοράειν o* || *ἀγορεύειν*] *αγοραεῖν v* || 2 *πανη γυρίζειν scripsit o, fort. quia in U<sup>2</sup> πανη scriptum est in fine folii 635v (in mg. inf.), γυρίζειν uero incipit folium 636r.* : *παηγυρίζειν v* || 2-3 modo nundinari modo *U<sup>2</sup> s.l.* || 3 *panaegyrici o* || 3-4 *conuentu populi et add. U<sup>2</sup> s.l.*



5 dantur. Et **Pangaeus**, quasi tota terra ob nimiam scilicet fertilitatem, promontorium est Thraciae Bessis conterminum et Macedoniae iunctum, ad cuius radices Mestus defluit amnis; hinc **Pangaea** regio et Pangaea arua dicuntur. **Staius**: "Procumbunt inarata diu Pangaei iuueni".

9 Et **Pantrepes**, quod omnia uertat, Scythiae fluuius. Et **Pantagia**, quod omnia agat, Siciliae fluuius qui, cum plenus incedit, totam penè Siciliam implet. Et **panselinos** plenilunium, quasi tota luna. Nam  $\sigma\epsilon\lambda\eta\nu\eta$  luna dicitur, unde et proselenus dicitur ante lunam. **Cicero**: "Arcades hoc commemorant, qui se proselenos asserunt". Et **Pantesilea** nomen Amazonis, quasi omnia subiens: haec Orithyae successit in regno et Troianis aduersus Graecos in bello Troiano suppetias tulit. Et **pantomimus** qui omnia imitatur et in theatro modo unius modo alterius personam gerit; et **panthera** animal quasi tota fera; et **pantheon** templum omnium deorum, á quo nomen proprium **Panthous**, quod et **Panthus** dicitur: fuit hoc nomine filius Otrei, fratris Hecubae, Phoebi sacerdos.

10 Et **pancratium**, quasi omnia potens, ludus gymnicus quinquertio constans, á quo **pancratiastae** dicuntur, qui hoc ludo excellunt. Et **panurgus** callidus, astutus, quasi rerum omnium experientiam habens, á quo **panurgia** cal-

8,5-8 Tort. *Pangaeum*\* (Stat. *Theb.* 10,512) | 9,1 ex Tort. *Panticapes* ? | 1-2 Tort. *Pantagia*\* | 3 Tort. *panselinos*\* | 3-5 Tort. *proselenus*\* (Cic. *or. frag.* A 5,3 ap. Seru. *georg.* 2,342) | 5-7 ex Tort. *Pantesilea* | 7-8 ex Tort. *pantomimus* | 8 Tort. *panthera*\* | 8-9 ex Hug. *pantheon* uel *pantheon* | 9-10 Tort. *Panthus*\* + Verg. uel Seru. *Aen.* 2,322 | 10,1-2 ex Pap. *pancratium* + Plin. *nat.* 34,57 + P.Fest. 256 | 2-4 Gloss. II,393,33 et 34

8,5 Pangeus v || tota-terra] *post* tota *U*<sup>2</sup> *add. lineam in ras. ut secluderet tota et terra* || ob-fertilitatem *add. U*<sup>2</sup> *in mg. dextr. inf. folii 636r supra textum additum* || 6 Traciae v || 7 Pangaea regio] Pangaea *U*<sup>2</sup> *p.c. et U*<sup>2</sup> *lemma p.c.* : Pangea *U*<sup>2</sup> *a.c.* || 8 Staius] *Tratius* v || Pangaei *U*<sup>2</sup> *p.c., ut uid.* : Pangaea *U*<sup>2</sup> *a.c.* : Pangea v || 9,1 Panitrepes *ov* || 3-5 Nam-asserunt *add. U*<sup>2</sup> *in mg. super. sin. folii 636r* || 3  $\sigma\epsilon\lambda\eta\nu\iota\ \sigma$  :  $\sigma\epsilon\lambda\eta\nu\acute{\iota}$  v || 4 comemorant *o* || 6 Oritheae *ov* : Eritheae *a* || 7 Pantomimus v || 9 **Panthous**] **Panthous** *U*<sup>2</sup> *er: U*<sup>2</sup> *lemma* : Pantheus *ova* || 10 nomen *U*<sup>2</sup> *a.c.* || Orrei v || 10,1 potens *U*<sup>2</sup> *in ras.* || 3 calidus v || 3-4 caliditas v

- liditas astutia. **Plautus**: “Istec panurgia tete in pistrinum dabit”; et **pandocrator**  
 5 omnipotens; et **panaces** herba, de qua superius diximus, cuius succus **opopanax**  
 appellatur ἀπὸ τοῦ πάντα ἀκεῖν, hoc est á sanandis omnibus. **Plinius**: “Panaces  
 ipso nomine omnium morborum remedia promittit”. Á quo deducitur panaceaea.  
**Virgilius**: “Ambrosios succos et odoriferam panaceeam”. Et **Pamphagi**  
 10 Aethiopiae populi quibus esca est, quicquid mandi potest; et **Pandora**, de qua  
 superius diximus, quasi omnium dona, uel quasi ab omnibus donata, uel omnium  
 rerum genere donata, [de qua superius diximus]. Et **pancarpiae coronae** ex  
 uariis et penè omnibus florum generibus factae. (f° 635v) CANIVM. Non minus  
 ridentem, quam facere Pan solebat.

10,4 Plaut.? fr. inc. 202 [ex Ter. Andr. 199] | 4-5 **Pandocrator**-omnipotens] ex Gloss. II,138,38 uel 393,47 uel III,278,28 uel 290,17 | 5 5,42 | 6-7 Plin. nat. 25,30 | 8 Verg. Aen. 12,419\* | 8-9 Isid. orig. 9,2,130 uel Pap. Pamphagi\* | 9-10 6,282 | 11-12 P.Fest. 220\* | 12 Mart. 1,69,2

10,4 istec  $U^2$  (cf. et. Per. Rudim. de pronomine) o : istaec v : istuc a || 4-12 et pandocrator-factae add.  $U^2$  in mg. dextr. perpend. f. 636r || 4 pantocrator a || 5 oppopanax v || 6 ἀπο του πανθα ακειν v || 7-8 Á quo-panaceam add.  $U^2$  in mg. super. dextr. perpend. f. 636r || 7 deducuntur panacea v || 8 panaceeam] -ac  $U^2$  p.c. : panaceam  $U^2$  a.c. ova || 9 Aethyopiae v || de qua] de quibus ova || 10 ab  $U^2$  p.c. : in  $U^2$  a.c. || 11 de-diximus  $U^2$  ova, sed delendum uid. (cf. l. 10) || pancarpiae] -r- add. s.l.  $U^2$  lemma || 11-12 exuariis o || 12 penae o

## AD LIBRVM SVVM. EPIGRAMMA XCVIII.

1 VADE SALVTATVM. Libellum admonet, ut ad Proclum salutandum  
suo nomine proficiscatur. Viam ad aedes illius ducentem ostendit, monet ut si  
forte rogetur á Proculo cur ipse non iuerit, respondeat id á se factum, ne  
5 studium scribendi intermittat. NITIDOS LARES. Cultas domos. **Nitere** proprie  
splendere est, hinc **nitor** splendor, **nitidus** cultus splendidus, á quo **nitidior** et  
**nitidissimus**. Item **nitide** splendide, unde fit **nitidius** et **nitidissime**. Item  
**nitido** abluo, mundo. **Ennius**: "Eam secum aduocant, eunt ad fontem, nitidant  
corpora". Ab hoc (c. 987) **nitiditas** pro nitore. **Actius**: "Formae nitiditate  
10 praecarus regi". Praeterea, á niteo **nitedula** animal noctu lucens, de quo  
superius diximus, et compositum **eniteo**, quod est emico, resplendo.

2 CASTORA. Templum Castoris et Pollucis quod in foro erat et, licet  
geminis fratribus esset dicatum, unius tamen Castoris dicebatur. De Castore et  
Polluce abunde diximus superius. **Castor** etiam animal est ex eorum genere,  
5 quae Graeci **amphibia** uocant, quod tam terra quam aquis uiuant. Castrant se  
dentibus, periculo á uenatoribus urgente, ob id se peti scientes; castoreum medici  
uocant, alias animal horrendi morsus; arbores iuxta flumina dentibus quasi ferro  
caedunt, cadentium fructibus uescuntur; (f° 636r) hominis parte comprehensa,  
non antequam fracta concreperint ossa morsu resoluunt. Cauda piscium iis est  
10 squamosa sine ullis pilis, quam si domi educes, quod nos experti sumus,  
madefacere aqua saepius die oportet, ne fatiscat.

1,1 Mart. 1,70,1 | 1-4 ex Cald. | 4 Mart. 1,70,2 | 4-5 ex Hug. *niteo* uel Pap. *niteo. nitor. nitidus* |  
6-8 ex Non. 144 (Enn. *scaen.* 42) | 8-9 ex Non. 143 (Acc. *trag.* 254\*) | 9 ex Balb. *nitedula* | 9-10  
3,277 | 10 ex Pap. uel Hug. uel Balb. *niteo + fort.* Gloss. IV,513,5 | 2,1 Mart. 1,70,3 | 1-2  
Cald.\* | 2-3 6,296; 298-9 | 4 Isid. *orig.* 12,6,3\* uel Souda ἀμφίβιον [A 1704]\* | 4-8 Plin. *nat.*  
8,109\*

Epigramma XCIX v : EPIGRAMMA. XCVIII. [sic] AD LIBRVM SVVM. a || 1,1 Proculum *ova*  
|| 6 nitidius] nitidus v || 7 abluo] abiuo v || mundo *om.* *ova* || 9 nitidulae v || 10 resplendo]  
respondeo v || 2,2 dicebasur v || 4 ἀμφίβια a || 7 comprahensa v || 8 resoluunt] soluunt a || est *om.*  
v || 9 squamosa a || 10 oportet v

3 Caetera speties lutrae est, de qua diximus. Mollissimas lanas habent, ex quibus Germani pileos faciunt, quos inuersis litteris bifri pro fibri appellant. Latine enim **fiber** Ponticus appellatur ab extremis oris amnium, quas colunt; effossis enim in ripa cuniculis, caudam intra aquas tenent, reliquo corpore in sicco habitant; priore parte Germani pro carne, posteriore pro pisce uescuntur.

5 **Plautus**: "Sic me subes quotidie quasi fiber salicem". **Fibras** omnium rerum extremitates uocamus, unde et iecinorum fibras dicimus et **fimbrias** uestimentorum. **Virgilius**: "Nec fibris requies datur ulla renatis". **Plynius**: "Murium iecusculis fibrae ad numerum lunae dierum in mense congruere dicuntur totidem que inueniri, quotum lumen eius sit". Quin et radices fibrae dicuntur, quod arborum herbarum ue extremitates sint. **Virgilius**: "Et amaris in<tu>ba fibris".

4 VICINVM CANAE VESTAE. Propinquum aedi Victoriae, in qua Vesta, Pessinunte allata, posita fuerat et iusta aedificata Vestalium uirginum domus. **Papinius**: "An noua contemptis surgent Palatia flammis Pulchrius, an tacita uigilet face Troicus ignis, Atque exploratas iam laudet Vesta ministras".

5 CANAE. Antiquae. Saturni enim et Opis filia fuit, quamuis et alia Vesta fuerit Saturni mater, quemadmodum superius latissime disseruimus. DOMVM VIRGINEAM. Domum Vestalium uirginum, quae ignem perpetuum custodiebant. PALATIA. Regiam Domitiani. **Palatia**, aedes superbae amplae que, uocantur á Palatio, praecipuo monte urbis Romae. Palatium autem uel á

10 Pallante ibi sepulto uocitatum est; uel quod pecora ibi pascentia **balare** consueuerint; sic enim uox eius animalis exprimitur, á qua deducitur **balatus**; uel quod **palare**, idest errare, ibi pecudes solitae sint; palare enim á palis castrorum, hoc est sudibus, modo huc modo illuc translatis, pro uagari et errare usurpamus. Item pro sepe et quasi palis munire.

3,1 Plin. nat. 8,109 | 52,6 | 3 P.Fest. 90 uel Varro ling. 5,79 | 6 Plaut. frg. inc. 26 ap. P.Fest. 90 | 6-7 **Fibras**-uocamus] ex Non. 109 **fimbriae** | 7-8 P.Fest. 90\* | 8 Verg. Aen. 6,600 | 9-10 Plin. nat. 11,196\* | 10-12 ex Seru. auct. et Verg. georg. 1,120 | 4,1 Mart. 1,70,3-4\* | 2 ex Liu. 29,10,5 ? | 2-4 Cald.\* (Stat. silu. 1,1,34-36: u. 34 compl. Perottus) | 5 Mart. 1,70,3 | CANAE-antiquae] ex Non. 86 | 5-6 ex. Tort. Vesta uel Bocc. gen. 8,3 | 6 12,45 | 6-7 Mart. 1,70,4\* | 8 Mart. 1,70,5 | 8-9 ex Hug. palatium | 9-12 ex P.Fest. 220

3,1 lutrae] litrae o : litterae v || 6 Sic] Sis v || subis ova || quotidie a || salicem U<sup>2</sup> p.c. : saluem U a.c. || 10 que om. v || quotum] quorum v || Quin] Quando a || 11 sunt v || 12 in< >ba U spatio uacuo relicto : intuba ova (cf. et. 4,46 et 31,6) || 4,2 Pessimuntae ov || iusta U<sup>2</sup> p.c. et oa : iuxta U a.c. et v || 3 pallatia ov || 4 ministras v || 11 consueuerunt ova | 14-5,5 item-illiserit add. U<sup>2</sup> in mg. sin. et inf. ||

5 **Á** quo **palatum** appellatum est id spatium, quod intra os dentibus labiis que, quasi quibusdam palis, munitum est. Vnde et **dispalare** separare dicimus. **Sisenna**: “Dispalati ab signis, digressi omnes ac dissipati”. **Idem**: “Tanto plures passim dispalantur”. **Lactantius**: “Nec tum sola lingua potest loquendi munus  
10 implere, nisi acumen palato illiserit”. Vel quod ibi Hyperborea Palanto habitauerit, quae ex Hercule peperit Latinum. Á Palatio **Palatinus** deducitur, unde Palatinum deum et Palatinum cliuum dicimus, et **Palatialis** flamen, qui ad sacrificandum ei deo (f° 636v) constitutus erat, in cuius tutela Palatium esse putabatur; et **palatual** sacrificium, quod fiebat Romae in monte Palatio.  
15 SACRO. Quia in eo diui imperatores habitabant. QVA. Via scilicet.

6 PLVRIMA IMAGO. Maxima statua. Et est descriptio colossi Domitiani, de quo **Papinius**: “Caelo (c. 988) ne peractum Fluxit opus? Siculis an conformata caminis Effigies lassum Steropen Brontem que reliquit? An te Palladiae talem, Germanice, nobis Effinxere manus”. **Imago** proprie similitudo  
5 et effigies dicitur, cuius diminutium est **imaguncula**. **Virgilius**: “Atque ipsius umbra Creusae Visa mihi ante oculos et nota maior imago”. Per metaphoram tamen aliquando pro uagina accipitur. **Idem**: “Curuam seruans sub imagine falcem”. Rhetores imaginem uocant figuram quandam orationis, qum res non gesta indicatur, sed ut gesta sit ostenditur, ut est illud: “Ipse inflammatus scelere  
10 ac furore in forum uenit, ardebant oculi, toto ex ore crudelitas emicabat”. Graece **icon** dicitur, quam **Cicero** diffinit esse, qum formae ad formam quadam similitudine sit collatio aut laudis aut uituperationis causa. **Icones** etiam dicuntur imagines ex membris ipsis á pictoribus siue statuariis expressae. **Plynius**: “Effigies hominum non solebant exprimi, nisi aliqua illustri causa  
15 perpetuitatem merentium. Et primo sacrorum certaminum uictoria, maxime que Olympiae, ubi omnium qui uicissent statuas dicari mos erat, eorum uero qui ter ibi superauissent ex membris ipsorum similitudine expressa, quas iconas uocant”.

5,1-2 ex Pollux 2,98 ? | 2-4 Non. 101 (Sisenna *hist.* 35; Sisenna *hist.* 134) | 4-5 Lact. *opif.* 10,13 | 5-6 P.Fest. 220\* | 6 ex Pap. *Palatium* uel Hug. *Palatinus* uel Balb. *palatum* ? | 7-9 P.Fest. 244\* | 9 P.Fest. 349 *sacrificium*\* | 10 Mart. 1,70,5 | Mart. 1,70,6 | 6,1 Mart. 1,70,6 | 2-4 Stat. *silu.* 1,1,2-6 | 4-8 Non. 329\* (Verg. *Aen.* 2,772-3; Verg. *Aen.* 7,179) + Pap. *imago* uel Gloss V,76,7 | 8-10 ex Quint. *inst.* 9,2,40 (Cic. *Verr.* II,5,161) | 11-12 Tort. *icon*\* (Rhet. Her. 1,49,63) | 12-13 Tort. *icon* + Tort. *s.d.X* | 14-17 Tort. *icon*\* (Plin. *nat.* 34,16)

5,1 *pallatum* v || os] nos v || 4 manus *ova* || 5 implere] impellere *a* || ibi *om. ova* || 9 montae *o* || 10 diui] diu *ova* || 6,3 *steropem a* || 10 inforum *o* || 11-12 Graece-causa *add. U<sup>2</sup> in mg. dextr.* || 11 *ἐῖκον a* || 12-7,4 *Icones-Thyssaphernem add. U<sup>2</sup> in mg. inf.* || 6,13 *inter ipsis et á pictoribus U<sup>2</sup> scrips. et postea del. expressae* || 17 *superassent v*

7 Ab hoc fit **iconicus**, quod significat ita pictum, ut ex eius membris similitudo expressa sit. **Idem**: “Adeo iam colorum usus increbuerat adeo que ars perfecta erat, ut in eo praelio iconicos duces pinxisse tradatur, Atheniensium Milciadem Callimachum Cynegyrum, barbarorum Darium Thyssaphernem”. Ab hoc fit **imagnor** uerbum, quod est alicuius rei quae facta sit, uel fieri possit aut potuerit, uel etiam quae fieri non possit, similitudinem mente concipio. Á quo **imagnatio** huiusmodi conceptus appellatur et **imagnabile**, quod mente concipi potest, etiam si fieri non possit. Quidam etiam **imagnarium** usurpant pro eo quod nec est nec esse potest, sed duntaxat imaginatione potest 10 comprehendí. Ab **imagnor** etiam **imagnator** et **imagnatrix** et **imagnabundus** deducuntur.

8 SVMMI DVCIS. Domitiani. MOLES RADIATA. Magnitudo operis, quod colossus substinetur fulgore resplendens. **Papinius** gemmata scripsit á gemmarum fulgore: “Quae super imposito moles gemmata colosso”. **MIRI**. Admirandi. **RHODIVM OPVS**. Colossus Solis qui, ut superius diximus, inter septem orbis spectacula numeratur. **DETINEAT**. Remoretur ac suspensum teneat miraculo tanti operis. **FLECTE VIAS**. Verte iter. **Flectere** torquere et curuare est, á quo **flexus** et **flexio** et **flexile** siue **flexibile**, quod torqueri siue curuari potest. Et **flexura** curuatio et **flexipes**, de quo supra diximus. Et **flexanimus**, quod animum flectit. **Cicero**: “Tantum uim habet illa, quae recte á bono poeta dicta est ‘flexanima, atque omnium regina rerum oratio’”. Item composita **circumflecto**, hoc est in (f° 637r) gyrum flecto, á quo **circumflexus accentus**, **deflecto** et **inflecto** notae significationis, **reflecto** rursus flecto siue **retrofecto**. 10

7,1-2 ex Plin. *nat.* 34,16 | 2-4 Plin. *nat.* 35,57\* | 4-6 ex Quint. *inst.* 9,2,41 | 6-8 ex Balb. *imagnor* ? | 8-10 ex Balb. *imago* ? | 8,1 Mart. 1,70,6 | Cald. | Mart. 1,70,7-8\* | 2-3 ex Prisc. *gramm.* II,442,4-5 | 3 Stat. *silu.* 1,1,1\* | Mart. 1,70,7 | 4 Mart. 1,70,8 | 2,29 | 5 Mart. 1,70,7 | 6 Mart. 1,70,9 | 6-8 ex Pap. *flexilis* + *flectere* | 8 28,24 | 8-10 Non. 113 (Cic. *de orat.* 2,187; Pacuu. *trag.* 177 ap. Cic.) | 10-13 ex Hug. *flecto* uel Balb. *flecto*

7,1 ex eius *add.* *U<sup>2</sup> s.l.* || 2 sit *U<sup>2</sup> in ras.* || increbuerat] increbuerat *v fort. iuxta Plin.* : increuerat *a* || 3 proelio *oa* : prelio *v* || 4 Melciadem *ov* || Callimachum] -h- *add.* *U<sup>2</sup> s.l.* || Cynegyrum *U<sup>2</sup>v* : Cynegyrum *o* : Cinegyrum *a* || Tyssaphernem *ova* || 6 uel etiam] uel *om.* *ov* || 9 nec est *om a* || 10-11 et *imagnabundus add.* *U<sup>2</sup> in mg. dextr.* || 8,2 sustinetur *a* || 2-3 á gemmarum] á *om.* *a* || 3 superimposito *a* || 6 operi *a* || 11 circumflexus *a* || 13 retro flecto *oa*

9 TECTA. Templum. LYEI. Bacchi. MADIDI. Vino madentis. THOLVS. Templum, pars pro toto; proprie enim **tholus** est testudo, et ueluti scutum breue in medio tecto, quo trabes connectuntur, in quo dona consueuerunt suspendi. **Virgilius**: "Si qua tuis pro me pater Hyrtachus aris Dona tulit, si qua ipse meis uenatibus hausit, Suspendi ue tholo, aut alta ad fastigia uexi". **CYBELES**. Matris deorum, quam supra diximus terram esse, Demogorgonis filiam, omnium genitricem, quae et **Vesta** dicitur, de qua **Papinius**: "Ó hominum diuum que aeterna creatrix, Quae fluuios siluas animarum semina mundi Cuncta Prometheas que manus Pyrrhea que saxa (c. 989) Gignis". Alii eandem hanc cum Ope faciunt Saturni uxore, de qua superius diximus.

10 Per illud quod tympanum habet, scribit **Varro**, significari hanc esse orbem terrae. Quod turres in capite oppida. Quod sedes figantur circa eam, quom omnia moueantur, ipsam non moueri. Quod Galli illi ministrent eos, qui semine indigent, terram sequi oportere, in qua omnia reperiuntur. Quod se apud eam iactant, eos qui terram colunt sedere non oportere; semper enim esse quod agant. Cymbalorum sonitus ferramentorum iactandorum ac manuum crepitus, qui sit in colendo agro, significant, ideo aere, quia terram antiqui aere colebant antequam ferrum esset inuentum. Leonem adiungi solutum atque mansuetum, ut ostendatur nullum genus terrae esse tam remotum ac uehementer ferum, quod non subigi coli que conueniat. **CORYBANTE**. Sacerdote Cybeles, de quo superius diximus. **PICTO**. Quia Corybantes picti sacra Cybeles celebrabant et ideo **Baptae**, ut superius meminimus, dicebantur. **Iuuenalis**: "Ille supercilium madida fuligine tactum Obliqua producit acu".

11 CLARI PENATES. Quos superius dixit nitidos lares. **Clarus** proprie lucidus dicitur, ut clara dies. Figurata tamen pro insigni atque excellenti accipitur et eo, qui ueluti fulgore quodam famae resplendet, qui et **inclytus** di-

9,1 Mart. 1,70,9 | Mart. 1,70,9 | Cald. | Mart. 1,70,9 | Mart. 1,70,10 | 2 Cald. | 2-5 ex Tort. *tholus* (Verg. *Aen.* 9,406-8\*) + Seru. *Aen.* 9,406 | 5 Mart. 1,70,10 | 6 4,67 | 6-9 ex Bocc. *gen.* 1,8 (Stat. *Theb.* 8,303-8) | 9-10 ex Tort. *Cybele* | 10 4,56 et 6,36 et 38 | 10,1-10 Varro ap. Aug. *ciu.* 7,24\* | 10 Mart. 1,70,10 | 5,98-99 | 11 Mart. 1,70,10 | 11-12 6,264 | 12-13 Iuu. 2,93-94 | 11,1 Mart. 1,70,11 | ex Mart. 1,70,2 et *corn.c.* 99,1 | 1-2 ex Isid. *orig.* 10,32 | 3-5 ex P.Fest. 55

9,1 LYEI *U* (cf. *et.* 12,89) *et o* : Lyei *v* : LYAEI *a* || madetis *o* || 4 siqua *a* || Hyrtacus *v* || siqua<sup>2</sup> *a* || 8 fluuio syluas animantum *a* || 10 superius] supra *a* || 10,2 fingantur *v* || 4 terras *va* || 6 ac] ad *v* || crepitus *v* || 7 terram] -rram *U*<sup>2</sup> *in ras.* || 12 memnimus *v* || 12-13 *u.* 2,92 *Iuuenalis*, Cecropiam soliti Baptae lassare Cotytto, *add. opportune va ante* Ille || 13 tactum *U* : tinctum ova *et Cald. comm. in Iuu.* || 11,3 fame *o* || 3-5 qui-dicitur *U*<sup>2</sup> *add. in mg. sin.*



5 citur, quamuis plus est inclytus quam clarus. Nam in praepositio auget, κλυτὸς  
 uero Graece clarus dicitur; hinc clarum hominem et clara gesta dicimus. Item  
 quoniam quae clara sunt ab omnibus cernuntur, clarum etiam pro aperto et  
 manifesto accipimus, ut clarus sermo, clara oratio. (f° 637v) Hinc fit aduerbium  
**clare** et comparatiua superlatiua que eorum **clarior**, **clarissimus**, **clarius**,  
 10 **clarissime**. Clarissimarum personarum appellatione, ut iurisconsulti scribunt,  
 continentur feminae nuptae clarissimis personis. Clarissimarum uero feminarum  
 nomine senatorum filiae, nisi quae uiros clarissimos sortitae sunt, non habentur;  
 feminis enim dignitatem clarissimi[s] mariti tribuunt, parentes uero donec  
 plebeiis fuerint nuptiis copulatae. Tam diu itaque clarissima femina erit, quam  
 diu senatori nupta est aut, separata ab eo, alii inferioris dignitatis non nupserit.

12 Item á clarus **claritas** modo facilitas, ut claritas orationis, modo ex-  
 cellentia et splendor, ut claritas generis, claritas rerum gestarum. Item **praecla-**  
**rus**, quod in eadem significatione accipitur qua clarus; aliquando tamen pro  
 bono usurpatur. Cicero: “Ὁ praeclarum custodem ouium, ut aiunt, lupum”. Á  
 5 quo **praeclarior**, **praeclarissimus**, **praeclare**, **praeclarius**,  
**praeclarissime**. Et **clarigo** uerbum, quod ad Romanum morem pertinet: nam  
 qum Romani bellum indicere alicui uolebant, pater patratus proficiscebatur ad  
 hostium fines et praefatus quaedam solennia clara uoce dicebat se bellum  
 10 indicere ob certas causas, uel quod nec abrepta animalia nec noxios reddidissent,  
 uel quod agrum uastassent, uel quod socios laesissent, uel aliquid aliud eiusmodi,  
 et hoc clarigare dicebatur á claritate uocis. Et talis actio **clarigatio** uocabatur,  
 qua facta hasta in illorum fines missa indicabat pugnae principium. Quod  
 tetigisse uidetur **Virgilius** qum inquit: “Et iaculum torquens emittit in auras  
 Principium pugnae”.

11,7-9 ex Hug. *clarus* uel Balb. *clarus* | 9-15 Vlp. *dig.* 1,9,8 | 12,1 Item-claritas] Ex Hug. *claritas* ? | 2-3 ex Balb. *clarus* ? | 3-4 Valla *eleg.* 4,91 (Cic. *Phil.* 3,27) | 6 ex Seru. *Aen.* 9,52 | 6-12 Seru. *Aen.* 9,52\* | 13-14 Verg. *Aen.* 9,52-53\*

11,10 feminae *U*<sup>2</sup>*p.c.* et *o* : femine *U a.c.* : foeminae *va* || 11 sortite *o* || 12 clarissimi *ova* : clarissimis *U* || 13 plebis *v* : plebeis *a* || Tandiu *ova* || 14 quandiu *a* || 12,2 et] ut *ov* || 3-4 qu-usurpatur *om. ova* || 4 praeclarum] -*u-U*<sup>2</sup> in *ras. et s.l.* : praeclarem *U a.c.* || 4-6 Á quo-praeclarissime *U*<sup>2</sup> *add. in mg. dextr.* || 6 praeclarissimae *v* || 9 indcere *v* || 10 lesissent *o*

13 Item **clareo** uerbum, quod est clarus sum. **Turpilius**: “Cuius aduentu insula hodie claret Cypros”. Ab hoc fit **claresco**. **Petronius**: “Et ille, ante quam dies claresceret, uenit”. Item **claritudo** pro claritate. **Salustius**: “Qum praesertim tam multae uariae que sint artes animi, quibus summa claritudo paratur”. Item á clarus fiunt composita **clarifico**, quod significat illustro, á quo **clarificator**, **clarificatrix**, **clarificatio**; et **declaro** aperio, manifesto, á quo **declarator**, **declaratrix**, **declaratio**, quod uerbum ad facta frequentius pertinet quam ad dicta. **Cicero**: “Declarauit id mo- (c. 990) do temeritas C. Caesaris, qui omnia iura diuina atque humana peruerit”. Aliquando etiam ad dicta. **Idem**: “Quoniam quid sentirem exposui, uellem tua causa re potius declarare quam oratione”. Aliquando accipitur pro significo. **Idem** (f° 638r) “Nullum uerbum est quod idem declaret Latine, quod Graece ἡδονή, quam uoluptas”.

14 Sunt etiam qui claementem á claritate mentis deductum existiment; est enim proprie **claemens** benignus, pius, et non iratam aut perturbatione aliqua affectam, sed claram et serenam mentem habens; á quo **claementer**, **claementia**, **claementior**, **claementissimus**; et é contrario **inclaemens**, **inclaementia**, **inclaementer** cum comparatiuis superlatiuis que eorum. **Claros** uero insula est una ex Cycladibus, de qua diximus; et **Clarium** oppidum Colophoniorum, in quo Apollo colebatur, ob id **Clarius** dictus. **Clanius** uero fluuius est Campaniae prope Neapolim.

15 EXCELSAE. Altae, sublimis, ut supra diximus. Á LEVA FRONTE. Templi scilicet Cybeles. **Frontem** non modo animalium, sed etiam inanimatarum rerum anteriorem partem dicimus, sicut tergum posteriorem, unde á **fronte** et á **tergo**, hoc est ab anteriori parte et á posteriori. FASTVS.

13,1-2 Non. 85\* (Turpil. com. 152) | 2 Ab-claresco] ex Hug. *clarus* uel Balb. *clareo* ? | 2-3 Petron. ? fr. inc. 3 | 3-5 Non. 82 (Sall. *Iug.* 2,4) | 5-6 ex Hug. *clarus* uel Balb. *clarifico* + Gloss. IV,249,51 ? | 7-13 Valla *eleg.* 5,38\* (Cic. *off.* 1,26; Cic. *fam.* 6,13,4; Cic. *fin.* 2,13\*) | 14,1-2 Sunt-claemens] Tort. *diph.* *AE claemens*. Cf. et. *cornu c.* 44,11 | 2 pius] ex Hug. *clemens* ? | 3 ex Don. *Ter. Ad.* 42,2 ? | 3-5 ex Hug. *clemens*. [cf. et. *corn.c.* 44,11] | 6 Tort. *Claros*\* | 6,304 ? | 6-7 ex Tort. *Clarium* + fort. Tort. *Clarius* | 7-8 Tort. *Clanius* | 15,1 Mart. 1,70,12 | Gloss. IV,338,3\* | 1,326 | Mart. 1,70,11 | 4 ex Cic. *Phil.* 3,32 ? | Mart. 1,70,13

13,2 ille] illuc v || 3 claritudo] caritudo o || 5 paratur] para v || 9-10 ad dicta *U<sup>2</sup> p.c.* : in dictis *U a.c.*, ut uid. || 12 ἡδονή *U<sup>2</sup>* : ηδονη v || 14,3 claementer *U<sup>2</sup> p.c.* : clementer *U a.c.* || 4 claementia-claementior *U<sup>2</sup> add. in mg. sin.* || claementissimus *U<sup>2</sup> p.c.* : clementissimus *U a.c.* || 6 Clycladibus o || et Clarium] et om. v || 15,1 Á LEVA] ALAEVA o : Á LAEVA va || 2 sed] seu v || 3 in animatarum o || 4 Afronte et Atergo *U<sup>2</sup> lemma* || á posteriori] a posteriori o : posteriori a

- 5 Elationem, magnificentiam. TOTO POSTE. Totis ualuis. Nam **postes** sunt, quibus substinentur ualuae. **Plynius**: "In extremis Africae uisi sunt elephantorum dentes postium uicem habere". PROPIOR. Magis propitius, ut superius diximus.

- 16 **PHOEBUS**. Apollo qui Iouis et Latonae filius fuit, eodem partu cum Diana genitus quae et ipsa **Phoebe** uocitata est. Hic Phytionem, mirae magnitudinis serpentem ex calescente terra post diluuium Deucalionis creatum, quod matrem secutus fuerat sagittis confixit. Diuinationis et sapientiae deus á poetis existimatus et medicinae repertor. Amauit **Daphnen**, quae in laurum conuersa est arborem huic deo sacram; propterea ea coronantur poetae. Dicitur autem est Phoebus uel ἀπό τοῦ φοιτᾶν βία, hoc est quod ui feratur, uel á spetie et nitore; pulchrum enim atque imberbem fingeant, propter quod prima barba et capillus sacrari ei ab iis, qui adolescentiae annos excederent, solebat. Graeci etenim φοῖβον, hoc est phoebum, καθαρὸν καὶ λαμπρὸν dicunt, id est purum et splendidum; qua ratione et Phoben sororem eius appellatam uolunt. Idem **Apollo** uocatur ἀπό τοῦ ἀποπάλλειν τὰς ἀκτῖνας, ut **Plato** existimat, hoc est á iactura radiorum. **Chrysippus** uero Apollinem dictum existimauit ab α priuatiua particula (f° 638v) et πολλοί, quod significat multi, "ὅτι μόνος ἐστὶ καὶ οὐχὶ πολλοῦ", hoc est quod solus sit et non multi, quomodo et Latini **solem** quasi solum uocauerunt, quod tantam claritudinem solus obtineat.

- 17 **Speusippus** quod ἀπό πολλῶν οὐσιῶν πυρός, hoc est quod uis eius ex multis ignibus constet. **Cleanthes**: ἀπ' ἄλλων καὶ ἄλλων τὰς ἀνατολὰς ποιούμενου, hoc est quod ab aliis locorum declinationibus oriatur. **Cornificius**: ἀπό τοῦ ἀναπολεῖν, hoc est quia intra circuitum mundi, quem Graeci πόλον appellant, impetu latus ad ortus refertur. Alii quasi ἀπολλύντα τὰ ζῶα, quod exanimat et perimit animantes, quum iis pestilentiam per intemperiem caloris immittit. Hinc est

15,5 Mart. 1,70,14 | 6-7 Plin. nat. 8,31\* | 7 Mart. 1,70,15 | 2,32 ex Pap. propius uel Balb. propius ? | 16,1 Mart. 1,70,15 | 1-2 Tort. Apollo\* uel Bocc. gen. 5,3\* | 2 ex Tort. Phoebeus | 2-3 Tort. Phytion\* | 4-5 Tort. Apollo\* + Bocc. gen. 5,3\* | 5-6 ex Bocc. gen. 5,3 | 6-8 Dicitur-nitore] ex Macr. Sat. 1,17,33 | 8 ex Bocc. gen. 5,3 | 9-11 Graeci-splendidum] ex Macr. Sat. 1,17,33 | 11-16 ex Macr. Sat. 1,17,7 (Plat. Crat. 405 b-c; Chrysip. 1095) + Tort. Apollo | 17,1-7 Macr. Sat. 1,17,8-10\* (Speus. frg. 61 Lang = 152 Isnardi Parente; Cleanth. 540; Cornificius ap. Macr.)

15,5 TOTOPOSTE v || 6 sustinentur ova || 7 propitius] propinquus a || 16,3 excalescente on || 4 Diuinationis v || 5 Daphne U<sup>2</sup> lemma p.c. : Daphnen U<sup>2</sup> lemma a.c. et o || 6 ea om. v || 6-7 Dicitur est autem ova || 7 βία a : βία U<sup>2</sup> on || ui feratur] inferatur on || 8 atque] et ova || 9 capilli v || 10 etenim ova || φοῖβον] φ- U<sup>2</sup> in ras. || idest ova || 12 απο του αποπαλλειν τας αητινας ο : αποτου αποπαλλειν τας αητηνας v : αποπαλλειν τῆς ἀκτῖνας a || 12-13 á iactura] á om. a || 17,1 Speusippus] Sp- U<sup>2</sup> in ras. || απο πολλων ουσι ων πυρος ο : αποπολλωνουσι ων πυρος v || 2 Cleanthes] -h- U<sup>2</sup> lemma s.l. || καὶ ἄλλων <τόπων> addend. uid. in U<sup>2</sup> iuxta Perotti translationem || απαλλων και αλλωντας ανατολας ποιθυμίνου ο : απαλλων και αλλων τας ανατολας ποιθυμινον v || 3 post ab aliis addend. uid. alter. ab aliis iuxta Cleanthis sententiam || 4 αναπολεῖν v || 5 ἀπολλύντα ova || τὰ ζῶα] ταξία v || exanimat] existanimat o : exinanimat v

quod arcu et sagittis huius dei simulachra decorantur. Sed quoniam idem autor  
 est et publicae sospitatis, quam solis temperies animantibus existimatur praestare,  
 est que perpetua ipsa salubritas et pestilentiae casus rarior accidit, ideo Apollinis  
 10 simulachra manu dextra Gratias gestabant, arcum cum sagittis sinistra, quasi ad  
 nox[i]am pigrior foret, salutem uero dextra manu promptissime largiretur;  
 propterea que huic deo medendi tribuebant potestatem, quia temperatus solis  
 calor (c. 991) omnis morbos expelleret. Vnde quidam Ἀπόλλωνα quasi Ἀπελλῶνα  
 cognominatum putauere tanquam ἀπελαύνοντα τὰς νόσους, hoc est morbos  
 15 expellentem.

18 Nec defuerunt qui Latinam potius interpretationem secuti Apollinem  
 appellatum dixerint quasi appellentem, hoc est depellentem mala: quippe  
 Apollinem pro Apolline ueteres dixisse manifestum est. Hinc Athenienses hunc  
 deum Alexicacon uocabant, quod superius diximus expulsorem malorum  
 5 significare. Ob eam rationem Lyndii Λοίμιον, hoc est Loemium Apollinem  
 colebant, quod ei cognomen finita pestilentia imposuerunt, et uirgines Vestales  
 Romae in sacris ita Apollinem uocabant: "Apollo medice, Apollo Paean". Παίαν  
 enim ἀπὸ τοῦ παύειν τὰς ἀνίας, hoc est á sedandis morbis nominauerunt. Eundem  
 quoque deum Vlion appellauere, hoc est salubritatis autorem. Homerus: "οὐλέ  
 10 τε καὶ μάλα χαῖρε". Hinc Thesea ferunt, qum in Cretam ad Minotaurum  
 duceretur, Apollini Vlio pro salute et reditu suo votum fecisse. Hinc (f° 639r) et  
 apud Pachynum, Siciliae promontorium, Apollo Libyissinus eximia religione  
 colebatur, quod, qum Libyes aduersus Siculos cum classe profecti ad id  
 promontorium appulsi essent, Apollo qui ibi colebatur ab incolis inuocatus,  
 15 immissa hostibus peste et penè cunctis subita morte interemptis, cultores suos  
 liberauit.

17,7-15 Macr. Sat. 1,17,12-15\* | 18,1-2 ex Macr. Sat. 1,17,15 | 2-3 P.Fest. 22 | 3-4 ex Macr. Sat. 1,17,15 | 4-5 2,410 | 5-7 ex Macr. Sat. 1,17,15 | 7-8 ex Macr. Sat. 1,17,16 | 8-11 Macr. Sat. 1,17,21\* (Hom. Od. 24,402) | 11-16 Macr. Sat. 1,17,24\*

17,7 simulacra v || decoratur a || 8 quam] qum on || 9 accedit v || 10-11 ad noxiam Uva : adnoxiam o || 12 medenti v || 13 omnis a || ἀπόλλωνα] ἀπολλωνα on || ἀπελλῶνα U<sup>2</sup> : ἀπελλῶντα oa : ἀπελλοντα v || 14 ἀπελαυνοντα τας νοσοις o : ἀπελλαουοντα τας νοσοις v || 18,1 interpretationem v || 2 appellantem on || 3 Apollinem] Appellinem o || 8 ἀπο του παυειν τας ανιας o : ἀποτου παυειντας ανιας v || á sedandis] á om. v || 9 Vlius Apollo U<sup>2</sup> lemma || 9-10 οὐλετε καὶ μάλα χαῖρε U<sup>2</sup>a : ουλετε καὶ μίλαχαίρε o : οὐλετε καὶ μίλαχαίρε v || 11 saluta a || 12 Pachinum on || Libyissinus on || 13 Libies on || qum classe o || 14 inuocatis a || 15 cultoris v

19 Romae quoque qum ludi primo Apollini ex uaticinio Martii uatis  
 carmine que Sibyllino celebrarentur, repentino hostium aduentu excitatam ad  
 arma plebem fuisse memorant et hosti occurrisse, sed mox imbrem sagittarum in  
 aduersos ferri uisam et hostes fugasse et uictores Romanos ad spectacula dei  
 5 sospitalis reduxisse. Qui ludi instituti feruntur bello Punico ex libris Sibyllinis  
 Cornelio Rufo decemuiro, qui propterea **Sibylla** cognominatus est et postea  
 corrupto nomine primus coepit **Sylla** uocitari. **Ludi ipsi Apollinares** uocati  
 data que in eam rem duodecim milia aeris praetori et duae hostiae maiores, ac  
 10 decemuiris iussum ut Graeco ritu his hostiis sacrum facerent Apollini boue  
 aurato et capris duabus auratis, Latonae boue femina aurata ludos que ipsos in  
 cyro populus coronatus spectaret. Quae prima Apollinarium ludorum origo  
 fuit.

20 Hic obiter docendum est Sibyllinos libros dictos fuisse, quos Romani  
 summa religione atque obseruantia custodiebant et ad eos quasi ad oraculum  
 quindecim uiri adire solebant, qum dii immortales publice erant consulendi.  
 Horum inuentio talis memoratur fuisse: anus hospita atque incognita Tarquinium  
 5 Superbum regem adiit nouem libros ferens, quos esse dicebat diuina oracula. Eos  
 uelle dixit uenundare, petito á rege praetio trecentos Philippeos aureos postu-  
 laut; risit rex, quasi anus aetate desiperet. Tum illa foculo coram rege cum igni  
 apposito tris libros ex nouem deussit. Rursus que regem an reliquos sex eodem  
 praetio emere uellet interrogauit. Id rex multo derisit magis dixit que anum iam  
 10 procul dubio delyrare. Mulier ibidem statim tris alios libros exussit atque id  
 ipsum denuo placide rogauit, ut tris reliquos eodem illo praetio emeret.  
 Tarquinius ore iam serio, attentiore animo factus, constantiam mulieris haud  
 negligendam putauit et tris reliquos libros nihilo minori praetio quam quod pro  
 omnibus fuerat á principio petatum mercatus est. Mulier á rege digressa postea  
 15 nunquam loci uisa constitit. Propter quod Sibylla existimata est libri que ipsi in  
 sacrarium conditi Sibyllini appellati.

19,1-5 Macr. Sat. 1,17,25\* | 5-7 Macr. Sat. 1,17,27\* | 7-12 Macr. Sat. 1,17,29-30\* | 20,2-16  
 Gell. 1,19,2-11\* + Tort. Sibylla\*

19,2 Sibillino o : Sybillino v || 4 ferri] referri a || uisum v || 5 Sibillinis o : Sybillinis v || 6 Ruffo ov  
 || Sybilla v || 7 Apollinares ludi U<sup>2</sup> lemma || 8 in eam] ineam o || millia a || 9 decem uiris o || 11 circo  
 ova || 20,1-22,11 Hic-manibus add. U<sup>2</sup> in mg. inf. et in mg. inf. f. 638v || 20,1 Sybillinos v || 3  
 quindecimuiro a || 4 talis] -a- U<sup>2</sup> in ras., ut uid. || Tarquinum ova || 6 dixit uelle ova || pretio oa :  
 praecio v || 8 tres a || 9 pretio oa : praecio v || 10 delirare ova || tres a || 10-11 idipsum v || 11 tres a ||  
 pretio oa : praecio v || 12 Tarquinius oa || haud] -d U<sup>2</sup> in ras. || 13 tres a || pretio oa : praecio v || 15  
 nusquam a || Sybilla v || 16 conditi U<sup>2</sup> p.c. : condidi U<sup>2</sup> a.c. || Sybillini v

21 Sibyllas autem ueteres uocabant mulieres entheas, hoc est quarum pectus deum recepisset. **Virgilius**: “Magnam cui mentem animum que Delius inspirat uates”. Dictae autem sunt Sibyllae, quod diuina consilia nossent; Aeoles enim σιοῦς deos uocant, βουλή Graece consilium dicitur. **Varro** in libris rerum diuinarum, (f° 638v mg. inf.) quos ad C. Caesarem pontificem maximum scripsit, decem fuisse Sibyllas commemorat. Prima de Persis fuit, cuius mentionem fecit **Nicanor**, qui res gestas Alexandri Ma- (c. 992) cedonis scripsit. Secunda Libyca, cuius meminit **Euripides**. Tertia Delphica, de qua locutus est **Chrysipus** de diuinatione. Quarta Cumea, quam **Naeuius** in libro belli Punici, **Piso** in annalibus nominant. Quinta Erythrea, quam **Apollodorus Erythreus** suam ciuem esse affirmauit Graiis que Ilion petentibus uaticinatum et perituram esse Troiam et Homerum mendacia scripturum. Sexta Samia, de qua scripsit **Eratosthenes**.

22 Septima Cumana nomine Amalthea, quae ab aliis Erophile seu Demophile nominatur. Hanc fuisse affirmant quae nouem quos diximus libros attulit Tarquinio regi et sex exustis tris tantum uendidit. Quorum postea numerus auctus est, Capitolio refecto, siquidem ex omnibus ciuitatibus et Italicis et Graecis, praecipue que Erythreis, coacti allati que sunt Romam quicumque libri sub Sibyllarum nomine essent inuenti. Octaua Hellespontia in agro Troiano nata uico Marinesso circa oppidum Gorgitheum, quam scripsit **Heracides Ponticus** Solonis et Cyri fuisse temporibus. Nona Phrygia, quae uaticinata est Ancyrae. Decima Tyburs, quae et Tyburtina dicta est, nomine Albunea, quae Tyburi ut dea colitur iuxta ripam Anienis, cuius in gurgite memorant simulachrum eius inuentum fuisse tenens librum in manibus.

23 (f° 639r) Sunt tamen qui hunc deum **Paeana** appellatum malint ἀπὸ τοῦ παῖω, quod est percussio, ferio, quoniam Phytionem percussit. **Iuuenalis**: “Parce praecor Paeana et tu depone sagittas”. **Idem**: “Sed Paeana contrahit arcum”. Quo-

21,1-3 Seru. et Verg. *Aen.* 3,445 | 3-4 Seru. *Aen.* 3,445\* uel Tort. *Sibylla*\* | 4-13 Tort. *Sibylla*\* | 22,1-2 Tort. *Sibylla*\* | 2 99,20 | 2-3 ex Tort. *Sibylla* | 3-11 Tort. *Sibylla*\* | 23,1-2 ex Macr. *Sat.* 1,17,17 + Tort. *paeana* | 2-5 ex Tort. *paeana* (Iuu. 6,172; Iuu. 6,174)

21,1 Sybillas v || 3 Sybillae v || Eoles *U*<sup>2</sup> a.c. : Aeolus v || 4 σιοῦς] σίους *U*<sup>2</sup>a : οσίους ov || 5-22,11 quos-manibus *add. U*<sup>2</sup> in mg. inf. f. 638v || 21,6 Sybillas v || 8 Lybica ov || *tertia*] *tertia* o || 9 Cumaea ova || Neuius *U*<sup>2</sup>ov : Naeuius a || 10 nominant] *nominant* oa || Erythraea ova || 11 Erithraeus ova || 12 esse scripturum ova || 13 Erathostenes ov || 22,3 Tarquino a || tres a || 4 si quidem o || 5 Erythraeis oa : Erithraeis v || 6 Sybillarum v || 7 Gergitheum oa : Gaeritheum v || 8 Phrygia ov || uaticinate a || Ancyre v : Ancirae a || 9 Tybur v || 10 ingurgite o || 23,1 malint] *uelint* ova || 2 παῖω *U*<sup>2</sup> || Phitonem ov

niam uero discerpto Phytone laudibus innumeris celebratus est Apollo et uictoria eius passim decantata carminibus, factum est ut paeon etiam pro laude capiatur, quae in Apollinis honorem decantatur, interdum etiam aliorum deorum. **Virgilius**: “Laetum paeana canentes”. **Ouidius**: “Dicite iuo paeon et io bis dicite paeon”. Hinc aliqui **peon** quoque ab hoc deriuatum existimant pedis genus, quo eiuscemodi carmen constabat tris syllabas breues habens et unam productam.

**24** Dictus est idem Apollo **Loxias** ὅτι ἐκπορεύεται τὸν λοξὸν κύκλον ἀπὸ δεσμῶν κ[ο]ινούμενος hoc est quod per obliquum circulum ab oriente pergit ad occasum. Et **Delius** ἀπὸ τοῦ δῆλα καὶ φανερά πάντα ποιεῖν τῷ φωτὶ, hoc est quod illuminando omnia clare demonstrat, uel á Delo insula, de qua superius diximus, in qua natus esse affirmatur. Et **Phaneta** ἐπειδὴ φαίνεται νέος, quia sol quotidie renouat sese. **Virgilius**: (f° 639v) “Mane nouum”. Et **Argenetes** ἀπὸ τοῦ αὐτὸν ἀεὶ γενέσθαι καὶ γεννᾶν, id est quod semper exoriens gignitur et ipse generat uniuersa. Et **Lycius** ob uarias causas, de quibus superius late disseruimus. Et **Nomius**, hoc est pastor non ex officio pastorali et fabula, per quam fingitur Admeti regis armenta pascisse, sed quia sol pascit omnia quae terra gignuntur.

**25** Et **Eleleus** ἀπὸ τοῦ ἐλίττεσθαι περὶ τὴν γῆν, hoc est quod aeterno circa terram meatu uolui uideatur. Et **Chrysocomos** á fulgore radorum, quos aureas comas solis appellat. Et **Argyrotoxus**, quod enascens per summum orbis ambitum uelut arcus quidam figuratur, qui Graece τόξον dicitur, alba et argenti spetie quod ἀργύριον Graeci uocant. Et **Smyntheus**, quod ζέων θεῖ, hoc est feruens currit. Et **Thymbreus** quasi τὰ ὄμβρα θεῖς, hoc est hymbres excitans, quamuis aliqui á **thymbra** potius ita nominatum uelint. Herba haec est quae et **santureia** dicitur, qua uicinus Ilio ager mirum in modum abundabat. Vnde tem-

23,5-8 Tort. *paeon*\* (Verg. *Aen.* 6,657\*; Ou. *ars* 2,1) | 8-10 ex Tort. *paeon* | 24,1-4 Macr. *Sat.* 1,17,31-32\* | 4 6,304 | 4-5 ex Tort. *Delos* | 5-6 Macr. *Sat.* 1,17,34\* (Verg. *georg.* 3,325) | 6-7 Macr. *Sat.* 1,17,35\* | 8-9 24,8 | 9-11 Macr. *Sat.* 1,17,43\* | 25,1-2 Macr. *Sat.* 1,17,46\* | 2-3 Macr. *Sat.* 1,17,47\* | 3-6 Macr. *Sat.* 1,17,47-48\* | 6 Macr. *Sat.* 1,17,49\* | 7-10 ex Tort. *thymbra* [ex Schol. *Stat. Theb.* 1,643 + fort. Seru. auct. *Aen.* 3,85]

23,4 descerpto *on* || in numeris *o* || 8 *paeon* *a* || 9 tres *a* || 24,1 ὅτι *U*<sup>2</sup> || 1-2 ὅτι εκπορα ετάι τον λοξον κύκλον απο δισμον κινουομενος *o* : οτιεκποραε ταίτον λοξον κυκλον απο Δίξ μου κίνων μεενς *v* || 2 δυσμῶν *a* || 3 αποτου δηλακαὶ φανερα παντα ποιεῖν τω φωτι *o* : αποτου δηλακαὶ φανερα παητα ροίεν τῷφῶτι *v* || 4 clare] *dare* *o* || *demonstrat* *v* || 5 ερειδηφαινε ταινεος *v* || νέος *o* : νεός *U*<sup>2</sup> *na* || *quotidie* *a* || 6-7 ροτου αὐτονβεγεινιαις ακιαγεναν *v* || 7 γενέσθαι] γενιασαι *o* || γεννᾶν] γενᾶν *a* || *idest* *ona* || *gignit* *oa* || 9 ex officio] *est officio* *a* || *pastolari* *o* || 10 *pascit*] *passit* *a* || 25,1 αποτου ελίλεας αίπερί την γην *v* || ἐλίττεσθαι] ελίλεασθαι *o* || 2 *Chrysocomus* *U*<sup>2</sup> *lemma* || 4 τοσοξ *o* : τοεος *v* : τόξος *a* || 5 *Smyntheus* *a* || ζέων *U*<sup>2</sup> || 6 *curat on* : *currat* *a* || *Tymbreus on* : *Tymbraeus* *a* || ταομβρα θεις *v* || *himbres* *U a.c. et on* : *imbres* *a* || 7 *timbra* *a* || 8 *santureia* *U*<sup>2</sup> *p.c. et U*<sup>2</sup> *lemma* : *saturria* *U a.c.* : *satureia* *oa* : *saturea* *v* || *abundat* *a*



10 plo ibi Apollini consecrato Thymbrei nomen ei deo imposuerunt, quin amnis quoque ea transiens Thymbra uocitatus est.

26 Et **Gryneus** á **Gryneo nemore** quod est Apollini consecratum; id autem á **Grynía** urbe nomen habet, quae est in Aetolia et confinibus Ioniae. Et **Myrinus** á **Myrina** urbe, á qua et **Myrini campi** uocitati sunt, in qua religiosissime colebatur. Et **Cirrheus** á **Cirra** oppido Phocidis in littore sito  
5 iuxta Parnassum montem, quemadmodum **Crissa** et **Anticyra**, á **Crissa Crisseus sinus** uocatus est. Et **Philesius**, quod Graeci φιλήσιον (c. 993) amabilem dicunt, quia lumen eius exoriens amabili ueneratione oculorum consulatamus.

27 Et **Pythius** ἀπὸ τοῦ πύθειν, hoc est putrescere, quod nunquam sine ui caloris efficitur, quamuis aliqui á nece potius draconis inditum deo hoc nomen fabulentur, quae tamen fabula non omnino expers rationis uideri potest. Latonae Apollinem Dianam que parturienti fertur Iuno immisso Phytonis terrore  
5 obstitisse, sed ubi partus tandem effusus est, draconem memorant, qui **Phyton** uocabatur, inuasisse deorum cunas, sed Apollinem in prima infantia sagittis beluam confecisse.

28 Quod ita intelligendum esse naturalis ratio suadet. Post chaos, ubi primum coepit confusa deformitas in rerum formas atque elementa nitescere terra que adhuc humida substantia molli atque instabili sede nutaret, conualescente paulatim aethereo calore atque inde seminibus igneis in eam  
5 defluentibus, haec duo sydera aedita esse creduntur, et sol quidem ingenti ui caloris in superna raptus fuisse, luna uero humidior et uelut femineo sexu naturali quodam pressa tepore inferiora tenuisse, tanquam ille magis substantia patris constet, haec (f° 640r) matris.

29 Quippe Latonam physici uolunt terram uideri, cui diu interuenit Iuno, ne duo quae diximus numina aederentur, hoc est aer qui tunc humidus grauis que obstabat aetheri, ne fulgor luminum per humoris aerei densitatem tanquam ex

26,1-2 ex Tort. *Grynía + Gryneum nemus* | 2-3 Et-sunt] ex Cald. *defensio in calumn.* p. 330v edit. 1474 *Romae* | 4-6 ex Plin. *nat.* 4,7-8 + Strab. 9,3,3 | 6-8 Macr. *Sat.* 1,17,49\* | 27,1-7 Macr. *Sat.* 1,17,50-53\* | 28,1-8 Macr. *Sat.* 1,17,53\* | 29,1-8 Macr. *Sat.* 1,17,53-56\*

25,9 Tymbrei v : Tymbraei a || 26,1-6 Et Gryneus-est add. *U<sup>2</sup> in mg. dextr.* || 2 Grinia v || Aetholia a || 4 Cirrheus *U<sup>2</sup> et U<sup>2</sup> lemma p.c.* : Cyrreus *U<sup>2</sup> et U<sup>2</sup> lemma a.c.* : Cyrraeus a || Cirra a || litore a || 5 Anticyra ov || Crisa<sup>2</sup> v || 6 Criseus ov : Crisaeus a || 27,1 ἀροτου πθειν v || 2 deo] de v || 3 fabulentur ova : falulentur U || 5 abstitisse ov || 28,3 nutaret] nature v || 4 aethero a || 5 edita a || 7 tempore v || 29,1 phisici o || 2 ederentur a || 3 aether ova || aeri a

5 cuiusdam partus progressionem fulgeret. Sed diuinæ prouidentiae uicit instantia, quae partum iuuasse existimatur. Ideo in insula Delo ad confirmandam fabulae fidem aedes Prouidentiae, quam ναὸν Προνοίας appellant, summa religione celebrabatur; propterea in insula dicuntur nati, quod ex mari nobis oriri uidentur. Insula uero ideo **Delos** uocatur, quia ortus et quasi partus luminum dela, hoc est manifesta, omnia facit.

30 De nece uero draconis ratio haec est: nam terrae adhuc humidæ exhalatio, meando in superiora uolubili impetu atque inde in sese, postquam calefacta est, instar mortiferi serpentis in inferiora reuoluendo, omnia uide putredinis corrumperebat, quae non nisi ex calore et humore generatur, ipsum que solem densitate caliginis obtegendo nebula quodammodo uidebatur lumen eius eximere. Sed diuino feruore radiorum tandem, quasi sagittis incedentibus, extenuata interempti ab Apolline draconis fabulam fecit. Est et alia ratio draconis perempti. Nam solis meatus, licet ab ecliptica linea nunquam recedat, sursum tamen ac deorsum uentorum uices certa deflexione uariando iter suum uelut flexum draconis inuoluit: sub hac ergo appellatione caelestis itineris quum confecisset cursum suum, draconem confecisse dicebatur. Inde fabula exorta est de serpentis nece; sagittarum autem nomine non nisi radiorum iactus ostenditur.

31 Sunt etiam qui hanc rationem huius appellationis afferant quod, quum sol in signo Cancrici aestiuum solstitium facit, in quo longissimi diei terminus est, et inde retrogressum agit ad diminutionem dierum, **Pythius** eo tempore appellatur ὡς πύματον θέων, hoc est quod ultimum cursum currat. Idem ei nomen conuenit et, quum Capricornum rursus ingreditur, ultimum breuissimi die<i> cursum intelligitur peregrisse. Et ideo in alterutro signorum peracto annuo spatio draconem Apollo, idest flexuosum iter suum, ibi confecisse memoratur. Ideo autem his duobus signis, quae portae solis uocantur, Cancrici et Capricorni nomina contigerunt, quod cancer animal retro atque oblique incedit, eadem que ratione (f° 640v) sol in eo signo obliquum, ut solet, incipit agere retro gressum; caprae uero haec in pastu consuetudo uidetur, ut semper altum pascendo petat; atqui sol quoque in Capricorno incipit ab imis in alta remeare.

29,8-9 Macr. Sat. 1,17,56\* uel Tort. Delos\* | 30,1-12 Macr. Sat. 1,17,57-60\* | 31,1-12 Macr. Sat. 1,17,61-63\*

29,6 ναὸν προνοίας v || 30,2 inde] male ov || 4 ipsum que] que om. v || 5 quodammodo o || 9 iter] inter a || 10 Dracouis v || celestis o : coelestis va || sol addend. uidetur inter itineris et quum iuxta Macr. || 31,4 ὡς πύματον] ὡς μύματον v || θέων U<sup>2</sup> a.c., ut uid., et a || 5 ingreditur Uova, sed ingrediens fort. legend. uid. ex Macr. || in quo ultimum a || diei ova : die U || 9 eadem que] que om. v || 11 uero] non o || pasto a || 11-12 at qui sol quoque v

32 Apollinem **Didymaeum** uocant, quod geminam spetiem sui numinis praefert illuminando formando que lunam; et enim ex uno fonte lucis gemino sydere spatia diei ac noctis illustrat. Graeci autem *δίδυμον* geminum (c. 994) uocant. **Delphium** nominant, quod ea quae obscura sunt lucis claritate patefacit  
 5 ἐκ τοῦ δηλοῦν τὰ ἀφανῆ, uel quod unus solus sit, siquidem prisci Graeci **delphon** unum uocitabant, á quo **adelphon** fratrem dixere, quod iam non unus esset. **Agileum** uero dicunt, quod agilei lingua Attica uici uocantur. Apollini autem ex responso in uicis publicis urbis suae statutis altaribus sacrificia instituerunt eum que ob id Agileum nominauere. Lingua autem Scythica Apollo Oetosyros  
 10 dicebatur. Á Phoebus **Phoebeus** deducitur. **Virgilius**: “Postera Phoebea lustrabat lampade terras”. Ab Apolline **Apollineus**, á sole **solaris**, **solanus**, **subsolanus** et alia plurima, de quibus superius latissime disseruimus.

33 SORORES DOCTAE. Nouem Musae, de quibus superius diximus, quas in Apollinis tutela esse commemorant, in **Parnasso** monte habitantes, qui Phoebus et Baccho sacer est. Vnde poetae quoque in utriusque dei tutela esse dicuntur, ideoque non solum lauro, sed etiam hedera coronantur, quae Baccho  
 5 sacra est, unde et Nysia dicitur. **Virgilius**: “Pastores hedera crescentem ornate poetam”. Rationes autem cur poetae in Bacchi quoque tutela sint, praeter eam quod in Parnasso speluncae Bacchi sunt, has quoque tradunt; uel quod, ut **Aristoteles** inquit, Apollo et Liber pater unus idem que deus sit, uel quod poetae uaticinari dicuntur, ex quo uates appellati; hoc autem optime fieri constat  
 10 plurimo mero sumpto.

32,1-3 Macr. Sat. 1,17,64 | 4-6 Macr. Sat. 1,17,65\* | 7-9 Ps Acr. *carm.* 4,6,28\* [cf. et. Porph. *carm.* 4,6,28] | 9-10 ex Herod. 4,59 | 10-11 Verg. *Aen.* 4,6 | 12 4,45-48 | 33,1 Mart. 1,70,15 | 5,133-9 | 1-3 ex Macr. Sat. 1,18,3 ? | 4-6 ex Seru. et Verg. *ecl.* 7,25 | 6-10 ex Macr. Sat. 1,18,1 (ps. Arist. *Theolog.* = C 5 pp. 616-7 Rose). [cf. et. *corn.c.* 12,88]

32,1 Didymaeus *U<sup>2</sup> lemma* : Didymeum *Oua* || 2 etenim a || 3 spacia v || 5 ατου δηλύν τα αφανη ο : τουληλυν τα αφανη v || delphon] Delphus *U<sup>2</sup> lemma* : Delphum *ova* || 6 Adelfus *U<sup>2</sup> lemma* || 7 Apollinis *ov* || 9-10 Lingua-dicebatur *add. U<sup>2</sup> in mg. dextr.* || 9 Oetosyros *U<sup>2</sup> in ras.* : Oetosyros *ova* || 10 deducitur] dicitur *ova* || 33,2 montr o | 4 Baccho v || 5 Nisia *ova* || 7 Bacchi] Bacchicae *U a.c., sed -cae erasau. U<sup>2</sup> : Bacchicae ova* || tradunt] -dunt *U<sup>2</sup> in ras.*

- 34 Hinc est quod et Apollini hederam et Baccho laurum aliquando tribuunt poetae. **Eurypides**: “δέσποτα φιλόδαφνε Βάκχε, Παιὰν Ἀπόλλων εὐλύρε”. **Aeschylus**: “ὦ κυσσεὺς Ἀπόλλων, ὦ Βακχε<ιος>, ὦ μάντις”. Quibus uersibus uterque poeta eundem esse et Bacchum et Apollinem indicant. Quod etiam facit
- 5 **Orpheus**: “εἷς Ζεὺς εἷς Ἀήθης εἷς Ἥλιος εἷς Διόνυσος”. Propter quod **Dionysum** non ea, quam supra diximus, ratione dictum physici putant, sed uel ἀπὸ τοῦ διανύω, quod est (f° 641r) perficio, quia sol quottidiano cursu ab oriente ad occasum conficit iter, uel quasi Διὸς νοῦν, hoc est Iouis mentem, quia solem mundi mentem esse philosophi dixerunt. **Mundus** autem uocatur caelum quod
- 10 appellant Iouem. Vnde **Aratus** de caelo dicturus ait: “ἐκ Διὸς ἀρχόμεθα”. Eadem que ratione **Liberum** patrem appellatum á Latinis, quia sol liber et uagus est. **Neuius**: “Hac qua sol uagus igneas habenas Immittit”. SALVTATOR. In salutandis amicis occupatus.

34,1-4 Macr. *Sat.* 1,18,6\* + 18\* (Eur. *frg.* 480 N.\*; Aeschyl. *frg.* 86 M.\*) [cf. et. *corn.c.* 12,88] | 4-5 ex Macr. *Sat.* 1,18,18\* (Orph. *frg.* 237 K.) [cf. et. *corn.c.* 12,88] | 6 12,88 | 6-12 ex Macr. *Sat.* 1,18,13-16 (Cleanthes *frg.* 546; Arat. 1.; Laeu. [non Naeu.] *frg.* 2 Morel) [cf. et. *corn.c.* 2,88-89] | 12 Mart. 1,70,18 | 12-13 Cald.

34,1 est] eum v || tribuunt] tradunt *o* v || 2 Euripides *a* || δέποτά φιλοδαφνέ Βακχέ παιαν Ἀπολλον αλύρε *o* : Δεποταφιλο δαφνε Βακχε παιαν απολλυαλυρέ v : δέσποτα φιλόδαφνε Βάκχε, παιὰν οἴπολλον εὐλύρε *a* || παῖαν U<sup>2</sup> || 3 ὠκησάς απολλον, ὦ βακχέ, ὦ μαντις *o* : ωκα σκασας ἄπολλον, ὦ βαχέω παντις v : ὦ κυσσεὺς Ἀπολλον, ὦ βάκχε, ὦ μάντις *a* || 5 εἷς U<sup>2</sup> *quater* || εἷς Ζεὺς εἷς Ἀήθης εἷς Ἥλιος εἷς Διόνυσος] εἷς ξὰς, εἷς αἰθῆς εἷς ἡλιος εἷς Διονισιος *o* : εἷς ζας εἷς αἰθης εἷς ἡλιος εἷς Διονισιος v : εἷς Ζεὺς, εἷς Αἴθης, εἷς Ἥλιος, εἷς Διόνυσος *a* || 6 Dyonisium *o* : Dionysium *va* || phisici *o* || putent *a* || 7 quottidiano *oa* || 8 Διὸς νομυ ον || 10 εκ Διὸς αρχωμεσθα *o* : εκ Διὸς ἱαρχωμεθ v || 12 Naeuius *a*

## AD SOMNVM. EPIGRAMMA C.

1 NAEVIA SEX CYATHIS. Iocus est in eos qui potando scortando  
dormiendo uitam traducunt inertem et turpem. Mos ueterum fuit, ut paulo ante  
diximus, solutiorem aliquando potum exercere coronatos propinantes amicis,  
siue praesentibus siue absentibus, et quot in nominibus illorum litterae erant,  
5 totiens merum haurientes. Aegyptii quoque ad coronas deuinciebant auiculas,  
quas patrio sermone **dagnades** uocabant, ut uellicando morsicando cantitando  
non paterentur dormire potantes. NAEVIA BIBATVR SEX CYATHIS.  
**Naeuia** sex cyathis propinetur, quoniam nomen eius sex litteris constat, in quo  
notari potest hoc nomen cum diphthongo scribi debere. Dicitur autem á **naeuo**,  
10 quod est corporis insigne seu genitiua macula, á qua praeposita c litera **Cnaei**  
cognomen est factum. Et **naeuosus** est dictus qui neuis plenus est.

2 SEPTEM. Quia Iustina septem litteras habet. QVINQVE QVATUOR  
TRIBVS. Quia Lycas quinque, Lyde quatuor, Ida tribus litteris constat. Sunt  
autem nomina meretricum. OMNIS AMICA. Nomina omnium amicarum.  
Veteres **amecum** et **amecam** per e litteram scribe- (c. 995) bant. SOMNE.  
5 Deum inuocat, qui quietem corporibus inducit ut, quando amicae uocatae non  
ueniunt, ipse ueniat. Hunc deum Herebi et Noctis filium fuisse **Cicero** scribit.  
Ideo autem **somnum** inuocat, ut dormiendo uideat eas, quas uidere uigilans non  
potest. Ita enim natura comparatum est ut "cogitationes sermones que nostri", si-

1,1 Mart. 1,71,1 | 2 Mos-fuit] ex Cald. | 2-3 97,2 | 3-5 ex Cald. | 5-7 P.Fest. 68 | 7 Mart. 1,71,1\*  
| 8-9 ex Cald. | 10 quod-insigne] P.Fest. 96\* | seu-macula] ex Balbi *neuus* uel ex Gloss.  
II,389,44 | 10-11 á-factum] ex P.Fest. 96 | 2,1 Mart. 1,71,1 | 1-2 Mart. 1,71,2\* | 3 Mart. 1,71,3 |  
4 ex P.Fest. 15 | Mart. 1,71,4 | 6 Hunc-scribit] Bocc. *gen.* 1,31 ex Cic. *nat. deor.* 3,44 | 8-10  
Cic. *rep.* 6,10 = Bocc. *gen.* 1,31

EPIGRAMMA. C. AD SOMNVM. a || 1,2 pauloante v || 3 solutiorem ov || coronatis U a.c. || 4  
praesentibus o || litterae U a.c. || 5 totiem o : toties a || Aegyptii a || 6 patrio] primo a || Dagnades a ||  
uocant U a.c. ova || ut] om. ov : quae a || 7 NAEVIA bibatur sex cyathis a || 8 Naeuia] Naeuia v ||  
10 est om. o || praeposita] proposita a || Cnaeus U<sup>2</sup> lemma : Cnei Uo : Cnaei va || 11 naeuus ova ||  
2,1-2 QVINQVE quattuor tribus a || 2 Lydae ov || 3 OMNIS amica a || 4 SOMNE a

cut **Cicero** inquit, “pariant aliquid in somno tale, quale de Homero scribit  
 10 **Ennius**, (f° 641v) de quo uidelicet saepissime uigilans solebat cogitare et loqui”.  
**Claudianus**: “Omnia quae sensu uoluntur uota diurno, Tempore nocturno  
 reddit amica quies”.

3 Hunc deum eleganter describit **Ouidius**: “Somne, quies rerum  
 placidissima, Somne, deorum, Pax animi, quem cura fugit, qui corpora duris  
 Fessa ministeriis mulces reparas que labori”. Sed non minus eleganter **Seneca**:  
 5 “Tu que, ó domitor Somne malorum, requies animi, Pars humanae melior uitae,  
 Volucre matris genus Astreae, Frater durae languide mortis, Veris miscens falsa,  
 futuri Certus et idem pessimus auctor, Pater ó rerum, portus que uitae, Lucis que  
 requies noctis que comes, Qui par regi famulo que uenis, Placidus fessum lenis  
 que foues, Paudum laeti genus humanum Cogis lentam discere mortem”.

2,11-12 Claud. 27 *praef.* 1-2 | 3,1 Hunc-**Ouidius**] ex Cald. | 1-8 Bocc. *gen.* 1,31\* (*Ou. met.* 11,623-5; Sen. *Herc. f.* 1065-77\*)

2,9 Cicero] Idem *U<sup>2</sup> lemma* || talae o || 10 uidelicet *om. va* || 3,2 placidissime a || pax] fax v || anima *U a.c.*, ut *uid.* || 3 ministeriis] misteriiis v || 4 uite v || 5 uolucer a || dure o || languidae *U a.c.* || misces a || 6 auctor o || portus uitae a || 6-7 Lucis-requies a || 8 leti a || *post mortem a add. tragoediae uersus 1078-81*: Preme deuictum torpore graui Sopor ut domitos alliget artus, Nec torua prius pectora linquat, Quam mens repetat pristina cursum.

## AD FIDENTINVM. EPIGRAMMA CI.

1 NOSTRIS VERSIBVS ESSE TE POETAM. Facete rursus deridet Fidentinum, qui Martialis uersibus uideri se poetam uolebat. EMPTIS OSSIBVS INDICO QVE CORNV. Emptis ossibus, hoc est ebore; **que** enim pro idest hoc loco accipitur. Fiunt ex ebore dentes inferuntur que ori, ubi naturales desunt ad  
5 decorem duntaxat et nullum alium usum, quamuis sint qui ad prolationem quoque uerborum conferre aliquid existiment. EGLE. Nomen proprium meretricis. CORNV. Dente, quia elephantorum dentes et forma et magnitudine penè cornua uidentur. INDICO. Maximos enim elephantos fert **India**, orientis regio, Asiae terminus, quae ab **Indo** amne nomen habet, qui in Cybiratarum  
10 iugis oritur, sexaginta perennes fluuios torrentes uero supra centum recipiens, ferens crocodilos, ut Nilus. Ab India **Indus** et **Indicus** adiectiua deducuntur. LYCORIS. Nomen alterius meretricis.

2 MORO CADENTE. Quando ob nimiam maturitatem decedit; tunc enim nigerrima sunt **mora**. Nam, ut **Theophrastus** et **Plynius** scribunt: "Moris succus in carne uinosus est trini que eis sunt colores; principio candidus, qum acerba sunt, mox rubens, quando maturescere incipiunt, maturis niger". Vnde  
5 mora, ut quidam putant, quasi maura appellata; **μαυρόν** enim Graece nigrum (f° 642r) dicitur. Á quo **Mauritania** Africae regio appellata, cuius incolae **Mauri**

1,1 Mart. 1,72,1 | 2-3 Mart. 1,72,4 | 4-5 ubi-usum] ex Cic. *nat. deor.* 1,92 ? | 5-6 ex Plaut. *Capt.* 79 ? uel Cic. *nat. deor.* 2,149 ? | 6 Mart. 1,72,3 | 7 Mart. 1,72,4 | 7-8 ex Plin. *nat.* 8,7 ? | 8 Mart. 1,72,4 | Maximos-**India**] ex Plin. *nat.* 8,32 | 8-9 Tort. *India*\* | 9-10 qui-recipiens] ex Plin. *nat.* 5,103 | 11 ferens-Nilus] ex Tort. *India* | Hug. *Indus*\* uel Balb. *India*\* | 12 Mart. 1,72,6 | 2,1 Mart. 1,72,5\* | 2-4 Plin. *nat.* 15,97\* et ex Theophr. *hist.* 1,12,1 ? | 4-5 Vnde-appellata] ex Hug. *Mauron* | 5-7 ex Tort. *Mauritania* + Isid. *orig.* 14,5,10 et 9,2,122

EPIGRAMMA. CI. AD FIDENTINVM. a || AD FIDENTVM o || 1,2 se uideri ova || 3 INDICO QVE a || **que**-enim] quae enim a || 6 AEGLE ova || 9 qui add. U<sup>2</sup> s.l. || 10 oritur] -tur U<sup>2</sup> in ras. Post oritur tenuissime et fort. erasatum legitur || 11 crocodillos o : cocodrillos v || India] Inda v || adiectiua add. U<sup>2</sup> in mg. dextr. || 2,2 scribunt] scribit v || 5 **μαυρόν** U<sup>2</sup>ova : Maurus U<sup>2</sup> lemma || 6 Aphraicae v



dicuntur. Nos morum putamus á mora potius, hoc est tarditate, deductam; morus enim postrema omnium arborum (c. 996) floret, propter quod **prudētissima arbor** dicitur, quia laedi se á frigore non sinit. Maturescunt mora inter prima; tingunt manus succo dum matura sunt, acerba urunt. Nascuntur mora et in rubis, sed multum ab his differentia. CERVSATA. Cerusa infecta, de qua superius diximus. COMATVS. Longa coma facta ex alienis crinibus.

3 CALVVS. Nudo capite sine crinibus. Proprie enim **caluus** dicitur qui caluam crinibus nudam habet. Est enim **calua** superior pars capitis, unde huiusmodi uitium **caluitium** appellatur. **Caluaria** uero totum simul os superius appellatur ex interiore parte concaua, exterius conuexa utrinque leuis, et qua cerebri membranam contegit et qua cute capillum cingente contegitur; ea que simplex ab occipitio et temporibus duplex usque ad uerticem á fronte est, raro solida inuenitur; id que caput firmissimum est et á dolore tutissimum. **Plynius**: “Terram ex caluaria psilothrum esse palpebrarum tradunt”. Caluitium uni homini accidit, nisi sit innatum, ut coruis aquaticis, qui **phalacrocoraces**, hoc est calui corui appellantur. Á caluus fit **calueo** uerbum, quod est caluus fio. **Plynius**: “Quaedam animalium naturaliter caluent, sicut strutiocameli et corui aquatici”. Ab hoc fit **recalueo**, quod est rursus in caluitium reuertor siue idem quod calueo, á quo **recaluaster**, sicut á calueo **caluaster**.

2,8-9 ex Plin. nat. 16,102 | 9-11 Plin. nat. 15,97\* | 11 Mart. 1,72,6 | 11-12 1,73 | 12 Mart. 1,72,8 | ex Cald. | 3,1 Mart. 1,72,8 | 3-7 Cels. 8,1,1-2\* | 8 Plin. nat. 28,46 | 8-9 Caluicium-aquaticis] Plin. nat. 11,131 (cf. 53,4) | 9-10 qui-appellatur] ex Plin. nat. 11,130+10,133 (cf. 53,4) | 11-12 Plin. nat. 11,130 | 13 á-caluaster] ex Balb. recalvaster

2,7 tarditale v || deductum ova || 10 tangunt o || 11 his] iis ova || 3,3 caluaria] caluitia ov || 7 tutissimum] tutum v || 8 esse palpebrarum om. ov || caluicium U : caluicisum o : caluicillum v : caluitium a (recte, iuxta U<sup>2</sup> lemma et U 101,3 l. 3) || 9 phalacre coraces o, sed Phalacrocoraces o lemma || 10 calui] caui o || 11 strutiocameli o : strutio camelli v || 12 caluicium U : caluitium ova (recte iuxta U<sup>2</sup> lemma et 101,3 l. 3) || 13 caluaster] caluastor a

## AD CAECILIANVM. EPIGRAMMA CII.

5 NVLLVS IN VRBE FVIT. Ex persona Caeciliani deridet eos qui de pudicitia uxorū solliciti adhibent eis custodes, quod perinde est ac si lupos ouibus adhiberent. Sic **Iuuenalis**: “Audio quid ueteres olim moneatis amici: Pone feram, cohibe, sed quis custodiet ipsos Custodes? cauta est et ab illis incipit uxor”. Tum ita natura comparatum est, ut in ea magis nitamur quae uetita sunt. GRATIS. Etiam sine pretio. DVM LICVIT. Antequam adhiberes ei custodes. INGENIOSVS HOMO ES. Per antiphrasin dictum, hoc est parum ingenium habuisti: nam (f° 642v) dum uis pudicitiae uxoris consulere, dedisti illi adulteros et maiorem auiditatem, simul atque opportunitatem peccandi concessisti.

1 Mart. 1,73,1 | 1-5 ex Cald. (Iuu. 6,346-8: *u. compl. Perottus*), *sed cf. et.* Cald. Iuu. 6,346 | 6 Mart. 1,73,2 | ex Hug. *gratis* uel Balb. *gratis* | Mart. 1,73,3 | 7 Mart. 1,73,4

EPIGRAMMA. CII. AD CAECILIANVM. *a* || CECILIANVM *U a.c.* : Cecilianum *v* || 2 pudicitia *v* || 3 quid] quod *a* || 5 natura *om. ova* || 6 DVM-custodes *om. ov* || *ei om. a* || 7 INGENIOSus *v* || parum *add. U<sup>2</sup> in mg. dextr.* || 9 simulatque *a* || oportunitatem *ov*

## IN PAVLAM. EPIGRAMMA CIII.

MOECHVS ERAT. Acerbum distichon in Paulam quae, qum uiuente uiro consuetudinem cum adultero haberet, negabat adulterum esse. Secuta uero morte uiri, qum illum in coniugem duxisset, et adulterii auxit fidem et suspitionem praebuit machinatam se mortem in priorem uirum. MOECHVS ERAT. Qui nunc uir est. **MOECHVS**. Adulter. Graeci enim *μοιχόν* adulterum dicunt, *μοιχαλιν* **moecham**, hoc est adulteram, *μοιχείαν* **moechationem**, hoc est adulterium. **Á** moechus fit uerbum **moechor**, quod significat adulterium committo. NVNQVID NEGARE POTES? Te scilicet hunc pro adultero habuisse et uiro mortem machinatam esse, ut hunc duceres.

1 Mart. 1,74,1 | 1-4 ex Cald. | 4 Mart. 1,74,1 | 4-5 Cald.\* | 5 Mart. 1,74,1 | **MOECHVS**: adulter] ex Pap. *moechus* ? | 5-6 ex Pap. *mechor* uel ex Hug. *mechor* uel ex Gloss. II,372,42-44 + fort. II,533,45-47 | 6-7 ex Pap. *mechor* uel Hug. *mechor* ? | 7-8 Mart. 1,74,2\* | 8-9 ex Cald.

EPIGRAMMA. CIII. IN PAVLAM. *a* || 1 MOECCHVS *o* || 2 habere *o* || 3 uiri] ueri *v* || suspicionem *va* || 4 machinatam se mortem *U<sup>2</sup> p.c.* : machinata morte *U a.c.* || MOECHVS ERAT] MOECCHVS ERAT *o* || 5 MOECCHVS: adulter] MOECCHVS *o* || *μοιχον* *U<sup>2</sup>* : *μόιχον* *o* : *μοίχαλον* *v* || *μοιχαλιν*] *μοιχαλήν ονα* || 6 *maecham* *o* || hoc est] uocem *v* || 7 *mechor* *o* || 9 *machinas uel machinasti U a.c.* : *mahinatam v* || esse *add. U<sup>2</sup> s.l.*

## (c. 997) DE LINO. EPIGRAMMA CIIII.

5 DIMIDIUM DONARE. Lepidus iocus de Lino, qui ex diuitiis ad paupertatem erat redactus, ideo que pecuniam mutuabatur, quam postea non poterat soluere creditori. Qui, inquit, mauult donare dimidium Lino quam totum credere, hic mauult dimidium perdere quam totum. Ad hunc etiam scribit inferius dicens eum fecisse rem difficilem, quod de diuite factus erat pauper, iocans in uerbis: difficilem quippe rem siue **difficultatem** paupertatem uocamus, quemadmodum é contrario **facultates** diuitias.

l Mart. 1,75,1 | 1-3 ex Cald. | 3-4 Qui-totum] ex Mart. 1,75,1-2 | 6-7 Ps.Ascon. diu. in Caec. 189,3-4 + P.Fest. 87

EPIGRAMMA. CIIII. DE LINO. a || 1 ex diuite U a.c. || 2 mutuabatur] -ur add. U<sup>2</sup> s.l. || 6 difficultatem va : diffultatem Uo : difficultas U<sup>2</sup> lemma

## AD FLACCVM. EPIGRAMMA CV.

1 O MIHI CVRARVM PRETIUM. Cum Flacco queritur nullum esse  
 praemium Musis et bonarum artium studiis, causidicos tantum et legum peritos  
 nummos lucrari. FLACCE. Hic est **Valerius Flaccus** poeta, cuius superius  
 mentionem fecit: "Gaudet Appona Liuio suo tellus Stella que nec Flacco minus".  
 5 De hoc scribens **Quintilianus** "Multum" inquit "in Flacco nuper ammisimus".  
 Scripsit librum Argonauticon, imitatus **Apollonium Rhodium**, quod opus  
 extat im- (f° 643r) perfectum. NON VILE. Magnum. CVRARVM MEARVM.  
 Studiorum meorum.

2 ALVMNVS ANTENOREI LARIS. Paduae natus educatus que.  
**Alumnus** proprie dicitur qui ab aliquo alitus est, non qui alit. **Cicero**: "Italia  
 autem alumnus suum seruitutis extremo summo que supplicio fixum uideret".  
**Varro**: "Et ecce de improviso ad nos accedit cana ueritas, Atticae philosophiae  
 5 alumna". Hinc aliquando alumnus pro filio accipitur, quod á matre alitus sit.  
**Virgilius**: "Nec non et Tityon, terrae omnipotentis alumnus". Est etiam quan-  
 do alumnus pro eo qui alit usurpetur. **Martianus**: "Vt cygnos ad alumna stagna  
 reuolantes uidemus". Ab alendo autem alumnus descendit. **Alere** nutrire est,  
 quod ab educare hoc modo distingunt ut alere sit uictu temporalem uitam  
 10 sustentare, educare uero ad societatem perpetuam educere. Item alere aliquando  
 ad incorporea transfertur et significat augere. **Cicero**: "Sed nec illa extincta sunt  
 aluntur que potius et augentur cogitatione et memoria mea". Pro eodem posuit  
 "aluntur et augentur", quasi secundum exponat primum. Saepe enim quae similia  
 15 sunt coniunctae ponuntur ab autoribus, ut possum et licet, munus et officium,  
 mens et animus.

1,1 Mart. 1,76,1 | 1-3 ex Cald. | 3 Mart. 1,76,2 | 3-4 90,3 | 4 Mart. 1,61,3-4 | 5-7 ex Cald.  
 (Quint. inst. 10,1,90) | 7 Mart. 1,76,1 | Cald. | Mart. 1,76,1 | 2,1 Mart. 1,76,2\* | 2 ex Cald. +  
 Valla eleg. 6,1 | 2-5 Valla eleg. 6,1\* + Non. 242-243 (Cic. Verr. II,5,169; Varro Men. 141) | 6  
 Verg. Aen. 6,595 | 7-8 ex Mart. Cap. 1,28 | 8 ex Pap. alumnus uel Hug. alumnus | 8-10 Non.  
 422 | 10-15 ex Valla eleg. 5,46 (Cic. Lael. 104)

EPIGRAMMA. CV. AD FLACCVM. a || 1,1 PRAECIUM v || quaeritur v || 4 Apona a || 5  
 amissimus ova || 2,1 ALVMNVS] Alumne Mart. || 4 improviso] prouiso v || Attice o || 6 necnon v ||  
 Tityum a || 7 Marcianus v || 9 uitam] uicam a || 10 sacietatem va (recte, iuxta Non.) || 14 coniuncte  
 ova

3 Ab alendo fit **alimentum**, hoc est nutrimentum. Et **alimonia**, hoc est uictus necessarius. Et **alebria**, quod ueteres usurparunt pro eo quod est bene alientia. Et **alma** quae nos alit, quapropter et pro sancta accipitur, á quo **almicies** almarum rerum habitus dicitur; et **aletudo** pinguedo corporis; et **altile** pinguefactum alendo, unde **altilem** gallinam et **altiles** aues dicimus. Item **altile** per metaphoram opulentum. **Plautus**: “Prohibet diuitiis maximis, dote altili atque opima”. Et **aluus**, quod in eam cibi, quibus alimur, é uentre delabantur; á cuius similitudine **alueus** fossa per quam labitur flumen. **Virgilius**: “Assuetae ripis uolucres et fluminis alueo”. Et **alueolum** tabula aleatoria; et **aluearia**, in quibus apes faciunt fauos, quemadmodum superius ostendimus.

4 Item ab alendo **alica**, quod alat corpus. Haec fit é zea, de qua superius diximus: tunditur granum eius in pila lignea uel lapidis duricia conteritur, excussis inde tunicis, conciditur medulla; ita fiunt alicae tria genera: minimum et se- (c.998) cundarium ac grandissimum quod **apherema** appellatur. Postea mirum admiscetur creta, quae transit in corpus, colorem que et teneritatem affert. Ab alica (f° 643v) **alicarii** dicti, qui eam conficiunt uendunt que. Item **alicariae** meretrices in Campania appellatae, quod solitae essent circa pistrina alicariorum uersari.

5 Quando uero cum aspiratione scribitur **halo**, primae coniugationis est et significat spiro. Á quo **halitus** spiritus. Et **adhalo** aspiro, **exhalo** expiro, á quo **exhalatio** expiratio. Aliquando tamen halo capitur pro eo quod est odorem reddo, quemadmodum etiam spiro. **Virgilius**: “Inuient crocei<s> halantes floribus horti”. **Idem**: “Sertis que recentibus halant”.

3,1-2 ex Gloss. IV,205,50 + IV,206,16 + fort. Isid. *orig.* 20,2,2 uel ex Pap. *alimenta* uel Hug. *alimentum* uel Balb. *alimentum* | 2-3 ex P.Fest. 25 | 3 ex P.Fest. 7 uel Balb. *almus* uel Papias *almus* | 4 P.Fest. 7 *almities* | P.Fest. 25 | 4-7 Non. 72 (Plaut. *Cist.* 305) | 7-8 ex Isid. *diff.* 2,68 | 9 Verg. *Aen.* 7,33 | 9-10 P.Fest. 8 | 10-11 2,779 et 3,290 | 4,1 P.Fest. 7\* | Plin. *nat.* 18,112 | 1-2 12,97-98 | 2-6 Plin. *nat.* 18,112-3\* | 6 ex P.Fest. 7 ? | 6-8 P.Fest. 7 | 5,1-2 Quando-spiritus] Tort. \*halo\* | 2 ex Gloss. IV,71,8 uel Hug. *alo* uel minus certe ex Tort. ex\*halo | 3-4 ex Seru. auct. *georg.* 4,109 + fort. Seru. auct. *Aen.* 1,417 ? | 4-5 Verg. *georg.* 4,109 | 5 Verg. *Aen.* 1,417

3,1 hocest o || 3 qua propter ov || 4 almicies] et almicies v || 8 dilabantur a || 9 uo<u>ucres v *spatio uacuo relicto* || alueolus U<sup>2</sup> lemma p.c. : alueolum U<sup>2</sup> lemma a.c. || 11 ostendimus] diximus ova || 4,1 alica ab alendo v || 2 duritia ova || 3 medula o || fient ova || 5 quae] que o || 7 alicariae U<sup>2</sup> p.c. et U<sup>2</sup> lemma : alicarie U a.c. || solitas o : solite v || circa] cir- U<sup>2</sup> in ras. || 5,2 halitus] h- add. U<sup>2</sup> s.l. || 3 taman a || 4 croceis ova : crocei U || 5 Idem om. v || sectis v || halat v

6 Atqui **alam**, qua aues uolant, quidam ex eo dictam existimant, quod ea auis leuetur. Ab eius similitudine et in hominibus alae siue per diminutionem **axillae** dicuntur, ubi oriuntur brachia. Item alae in exercitu equitum ordines, qui circa legionem dextra atque sinistra tanquam alae in auium corporibus  
5 locantur. Ab ala **ales** deducitur, quod significat uolucrem. Item **alatus** alas habens et **aliger** eodem modo, unde Cupidinem alatum et aligerum poetae nuncupant. Et **alacer**, de quo diximus, quasi alis acer; á quo **alacriter** et **alacritas**. Ab axilla uero fit uerbum **essaxillo**, quod significat exero, quod exerto brachio axilla ostendatur.

7 ANTENOREI LARIS. Antenoreae urbis, hoc est Patauii ab Antenore conditi, quae urbs et **Padua** dicitur á Padi uiciniate. **Patauium** autem uel ex eadem causa, quasi Padauium, uel á Graeco πέτασθαι, quod uolare est, quia capto  
5 ex auium uolatu augurio condita fuerit, uel á petendo, quod telo auem petiisse dicitur eo que in loco urbem condidisse. **Antenor** Troianus fuit patriam prodidisse existimatus, quia et legatos, qui propter Helenam uenerant, suscepit hospitio et Vlysem habitu falso cognitum non indicauit. Hic Venetiam uenit urbem que in ea condidit **Antenoream** primo dictam, á qua **Antenoridae** uocitati, postea Patauium, deinde Paduam, á quibus **Patauini** et **Paduani**.  
10 **Virgilius**: "Antenor potuit mediis elapsus Achiuis Illyricos penetrare sinus, atque intima tutus Regna Liburnorum et fontem superare Timai. Hic tamen ille urbem Pataui sedes que locauit Teucrorum et genti nomen dedit". CANTVS PIERIOS. Carmen Musarum, de quo late superius disseruimus.

6,1:2 ex Isid. *orig.* 12,7,6 ? | 2-3 ex Isid. *orig.* 11,1,65 uel Pap. *ala* uel Balb. *ala* ? | 3-5 Gell. 16,4,6\* | 5 ex Varr. *ling.* 5,75 uel Isid. *orig.* 12,7,2-3 | 5-6 ex Gloss. IV,307,13 uel Pap. *alatus* uel Hug. *alatus* uel Balb. *alatus* | 6 **aliger**-modo] ex Hug. *aliger* | 6-7 ex Seru. *Aen.* 1,663 | 7 2,498 | Ps. *Ascon. Verr.* 133,7-8\* | 7-8 ex Hug. *alacer* | 8 **essaxillo**] ex P. *Fest.* 79 *expapillato* ? | 8-9 P. *Fest.* 79 *expapillato*\* | 7,1 Mart. 1,76,2 | ex Cald. | 2-5 Seru. *Aen.* 1,247\* | 5-7 Seru. *Aen.* 1,242\* + fort. Tort. *Antenor* | 7-8 ex Tort. *Antenor* | 8-9 á-uocitati] ex Seru. *Aen.* 1,248 | 10-12 Verg. *Aen.* 1,242-8 sed deest u. 246 | 12-13 Mart. 1,76,3\* | 13 5,131 et 133-9

6,3 ubi oriuntur, ubi oriuntur v || 4 circum v || 7 quasi om. a || 8 esaxilo o || 7,1 ANTENORE ILARIS o || 2 uiciniate] ciuitate v || 3 πέτασθαι o : πετάσαι v || 4 uolatur a || petenda U a.c. || 7 Vlyxem ov || 10 Illyricos o || 11 tutus] rutus o || 12 sedes a



8 CITHARA. Κιθάρα Graeca uox est significat que musicum instrumentum  
uulgo notum, quo usus (f° 644r) est Orpheus. Ad citharam enim siue lyram  
cantari uatum carmina solebant; á cithara **citharedus** dictus, qui cithara canit,  
quod Graeci κιθαρίζειν dicunt, et femininum **citharistria**, sicut á cymbalo  
5 **cymbalistrìa**. Et á sambuca **sambicistria**, quamuis **sambuca** etiam machinae  
militaris genus sit, in quo sic funes intenduntur sicut in organo musico chordae.  
Et á psallendo, hoc est canendo, **psaltria**. Citharam primus inuenit **Amphion**,  
ut alii uolunt **Orpheus**, quidam Lino tribuunt. Septem chordas addidit  
**Terpander**, octauam **Simonides**, nonam **Timotheus**. Cithara sine uoce  
10 primus cecinit **Thamyras**, cum cantu Amphion. SORORVM. Musarum, de  
quibus superius diximus. AES. Numos.

9 ARCA MINERVAE. Propter forum Palladium, in quo assidue sonant  
aera et pecuniae numerantur. Nam mox subdit Phoebum in Helicone esse nihil  
que praeter aquas fontis caballini et sarta laurea et lyras citharas que habere;  
Mineruam uero, quae sapiens est et stultam gloriam sine utilitate non quaerit,  
5 propiorem esse in foro Palladio. HAEC SAPIT. Dea sapientiae est, ex uertice  
patris nata: ideo quae utilia sunt quaerit. HAEC FOENERAT OMNIS DEOS.  
Haec potest foenori dare omnibus diis, quemadmodum superius declarauimus.  
HEDERAE. Nysiae (c. 999) siue Bacchicae, quibus superius diximus poetas  
coronari.

10 ARBOR PALLADIS. Olea Palladi sacra. Allusit ad fabulam, quam  
nos ex **Auieno** in fabellas nostras adolescentes iambico carmine transtulimus:  
“Olim quas uellent esse in tutela sua,  
Diui legerunt arbores: quercus Ioui  
5 Et myrtus Veneri placuit, Phoebos laurus,  
Pinus Neptunno, populus celsa Herculi.  
Minerua admirans, quare sterilis sumerent  
Interrogauit causam, dixit Iupiter:  
‘Honorem fructu ne uideantur uendere’.  
10 ‘At me Hercules’, inquit, ‘quod quisque uoluerit,  
Oliua nobis propter fructus est gratior’.

8,1 Mart. 1,76,3\* | 1-2 ex Tort. *cithara* | 2 Ad-lyram] ex Tort. *cithara* | 3-5 Tort. *citharoedus*\* et  
Tort. *cymbala* | 5-6 ex P.Fest. 324 | 7 Tort. *citharoedus*\* | 7-10 Plin. *nat.* 7,204 | 10 Mart. 1,76,3  
| 10-11 5,133-9 | 11 Mart. 1,76,4 | 9,1 Mart. 1,76,5 | 2-3 ex Mart. 1,76,7-10 | 5 Mart. 1,76,6 | 6  
Mart. 1,76,6\* | 7 Cald. | cf. *supra* 105,9, ll. 1-5 uel 13,6 | 8 Mart. 1,76,7 | 8-9 99,33-34 | 10,1  
Mart. 1,76,7\* | 3-14 Phaedr. [non Auieni.] 3,17,1-12\*

8,2 Ad] Á a || 3 *citharoedus* *Ua* : *citharedus* *U<sup>2</sup> lemma* (cf. 2,405) *et ov* || 4 *citharistria* a || 5  
*sambuco-sambucistria ova* || 7 *psaltria* | *psaltria* v || *Cytharam o* || 9,1 MINERVAE] *Minerua* v ||  
5 *propiorem*] *propiorem ova* || 6 ideo que *o* || 7 *foenori potest a* || 10,3-14 *ita scriptum est in Uova* || 6  
*caelsa o* || 7 *sterileis a* || 8 *Iuppiter va*

Tum sic deorum genitor atque hominum sator:  
 ‘ó nata merito sapiens dicere omnibus,  
 Nisi utile est, quod facimus, stulta est gloria’ ”

- 15 (f° 644v) Tradiderunt ueteres Cecropis tempore, cum post conditas Athenas oliuae arbor repente illic apparuisset et alio loco aqua erupisset, Cecrope eius rei causam sciscitante respondisse Apollinem olea Mineruam, unda Neptunnum significari.

- 11 Itaque Cecropem oraculo motum multitudinem consuluisse, utrius dei nomine urbs dedicanda uideretur; itaque mares omnes pro Neptunno, feminas pro Minerua dedisse suffragia. Quoniam uero unà plus inuenta esset foeminarum, Mineruam uicisse et é nomine suo, quae Graece **Athene** dicitur, urbem **Athenas** appellasse. Tulisse id aegre Neptunnum emissis que aequoreis fluctibus omnem Atheniensium agrum deuastasse. Quapropter Athenienses, ut deum placarent, triplici supplicio afflixisse mulieres, ut nulla posthac interesse publicis consiliis posset, nullus earum filius maternum nomen acciperet, nullus eas Atheneas uocaret. Hinc **Atticae** semper, nunquam uel Atheneae uel Athenienses eius ciuitatis mulieres nominatae inueniuntur.

- 12 NIGRA. Pallida. VARIAS. Ob colorum diuersitatem. Oliuae enim incipientes uirides sunt; cum incipiunt maturescere, albescunt; postea nigrescere incipiunt. MAGNUM SOPHOS. Magnam gloriam, magnum nomen sapientiae. SED PERINANE. Nullius utilitatis; nihil enim hinc habemus, praeter aquae potum et corollas et cantus, cum á Pallade et oleum habeamus et nummos. PERMESSIDOS. **Permessis** fluuius est ex Helicone in **Copaïdem** lacum labens, Phoebus et Musis sacer, quemadmodum fons caballinus. Hic et **Permessus** in secunda declinatione dicitur. **Virgilius**: “Tum canit, errantem Permessi ad flumina Gallum”. ROMANVM FORVM. Quod á Pallade Palladium uocatur. DIVTIVS. Quia in eo non undae, non sarta, non citharae, sed aera et nummi sonant. SONANT. Dum á clientibus soluuntur, causidicis patronis aduocatis. BASIA SOLA. Erat enim mos, cum á poetis aliquid dignum recitatum esset, eos basiare. Sic superius: “Audieris dum grande sophos, dum basia iactas”.

10,15-11,10 ex Aug. *ciu.* 18,9 | 12,1 Mart. 1,76,8 | Mart. 1,76,8 | 1-3 ex Colum. 11,2,83 ? | 3 Mart. 1,76,10 | ex Cald. | 4 Mart. 1,76,10 | 6 Mart. 1,76,11 | ex Cald. + Strabo 9,2,19 | 7 ex Tort. *Permessus* ? | 7-9 ex Tort. *Permessus* (Verg. *ecl.* 6,64) | 9 Mart. 1,76,12 | 10 Mart. 1,76,12 | 11 Mart. 1,76,13 | 12 Mart. 1,76,14 | 13 ex Cald. (Mart. 1,3,7: *u. compl. Perottus*)

10,18 significat *v* || 11,4 feminarum *o* || 4 Athena *U<sup>2</sup> lemma* || 6 qua propter *v* || 7 triplice *a* || afflixisse *o* || post hac *o* || 9 Athenas *v* : Athenaeas *a* || Attica *U<sup>2</sup> lemma* : Attice *v* || Athenaeae *oa* : Athenae *v* || 12,3 MAGNUM sophos *a* || 4 SED PERINANE *U* : SED PER INANE *o* : SED PER. Inane *a* || 6 PER MESSIDOS *o* || Copardem *ova* || 7 Pbebo *o* || 9 Gallum] callum *v* || Pallade] Palladae *o* || 10 DIVTIVS *a* || unde *v* || Chitare *o* || 11 SONANT *U p.c.* : SONAN *U a.c.* || 12 BASIA sola *a* || 13 Audieris] Auditus *v*

**13 PVLPITA. Pulpitum** proscenium dicebatur, locus ante scenam aeditior, in quo omnis comoedia recitabatur. Ponitur et pro suggesto, hoc est quocunque loco aedito, unde sermo habeatur ad populum. **CATHEDRAS.** Subsellia. (f° 645r) **Horatius:** "Discipulorum inter uideo spectare cathedras".

- 5 Graeca enim uox est καθέδρα, ἀπὸ τοῦ κατὰ καὶ τῆς ἔδρας, ἔδρα sedes est, κατὰ uero praepositio, quae di, dis, circum, undique, sub, iuxta, per, secundum in compositione significat. Vnde **cataclysmus** diluuium siue inundatio dicitur, **catarytus** irriguus, **catarrus** distillatio: nam ῥέω fluo significat. **Cataphractus** circumquaque munitus: φράττειν enim munire est; unde cataphracti equites  
10 dicuntur qui ferro circumquaque muniti sunt et equos similiter ita munitos habent. **Catascopium** (c. 1000) nauiculae genus exploratoriae, quod circumquaque speculetur: σκοπεῖν enim speculari est.

**14 Catorthoma**, quod circumquaque ὀρθόν, hoc est rectum, sit; quippe **Cicero** catorthoma recte factum interpretatur et **catorthosin** rectam effectioem. **Catholicus** uniuersalis, quasi circa omnia uersetur: ὄλον quippe Graeci totum dicunt. Et **cathedra** subsellium, et **cathegoria** praedicamentum,  
5 et **catamitus** puer meritorius: μισθόν quippe Graeci mercedem, μισθοτόν mercenarium dicunt. Vnde Catamitum pro Ganymede ueteres usurpauere, qui fuit Iouis concubinus. Et **catapulta** á depellendo gēnus iaculi celeris siue sagittae, item machina bellica. **Plautus:** "Atque te ita neruo torquebo, ut catapultae solent". **STERILES.** Nullum fructum ferentes. **Sterile** infecundum dicimus et  
10 fructum non ferens ἀπὸ τοῦ στέρεσθαι, quod est priuari siue carere. Vnde et Graeci **sternion** sterile dicunt et **steresin** orbitatem. Á sterilis fit **sterilitas** infecunditas et **steriliter** infecunde. Veteres **sterilam** pro sterilem dixere. **Varro:** "Effoetae mulieres et sterilae".

13,1 Mart. 1,76,13 | 1-2 ex Seru. *georg.* 2,381 | 2-3 ex Hug. uel Pap. uel Balb. *pulpitum* ? | 3 Mart. 1,76,14 | 4 Cald. (Hor. *sat.* 1,10,91) | 5-6 ex Tort. *pr. Gr. cata* ? | 6 di-dis] Gloss. II,339,33 | iuxta-secundum] Gloss. II,339,33 | 7-8 Tort. *cataclysmos* | 8 Tort. *catarytus* | Tort. *catarrus*\* | 8-11 Tort. *cataphrattus*\* uel Seru. *Aen.* 11,770 | 11 Tort. *catascopium* | 11-12 exploratoriae-est] ex Isid. *orig.* 19,1,18 ? || 14,1-2 ex Tort. *pr. Gr. cata* (Cic. *off.* 1,45) | 2-3 ex Cic. *fin.* 3,45 | 3-4 ex Tort. *pr. Gr. cata* | 4 ex Tort. *pr. Gr. cata* ? | Tort. *cathegoria* | 5 ex Seru. *ecl.* 8,29 | Gloss. II,371,65 uel 491,71 uel 519,34 uel 541,10 uel III,339,19 uel 456,10 | 5-6 Gloss. III,275,33 uel 300,17 | 6-7 P.Fest. 44\* | 7-9 ex Non. 552 (Plaut. *Curc.* 394) | 9 Mart. 1,76,14 | Cald.\* | 9-10 **Sterile**-non ferens] ex Pap. *sterilis* | 11 Gloss. II,437,28 et 31 | 11-12 ex Pap. *sterilitas* | 12 ex P.Fest. 316 | 13 Varro ? *fr. inc.* 59 ex Gell. 4,2,8-9 uel Gloss.<sup>L</sup> III Abstr. EF 12 uel Gloss. IV,60,11 uel 510,7 + Seru. *georg.* 1,81

13,1 proscenium v || locus erat ante *ova* || 5 κατεδρὰ ἀπο του κατα και της ἔδρας ο : κατελρα αμο τουκατο και της ελρας. ελρα v || 6 prepositio o || 8 catarrytus *ova* || irrigus v || distillatio *ova* || 9 φρέττειν v || 12 σκοπεῖν] ὀροτείη v || 14,1 Cathortoma] -r- *add. s.l. U<sup>2</sup> lemma* || ὀρθόν] ὀρτον ο : ὀρpton v : ὀρθόν a || 3 ὄλον] ὀλον ο : αλον v || 4 categoria *ova* || 5 μισθόν] μισθον ο : μισθον v || quippe dicunt mercedem a || Graeci *om.* a || μισθωτόν a (*recte*) : μισθοτόν *U<sup>2</sup>* : μιστοθον ο : μιστοθον v || 6 Ganymede *ova* || 8 item-bellica *add. U<sup>2</sup> in mg. sin.* || 11 sternion *U<sup>2</sup> lemma p.c.* : sternios *U<sup>2</sup> lemma a.c., ut uid.* : sterinon *ova*

## DE CARINO. EPIGRAMMA CVI.

PVLCHRE VALET CARINVS. Acerbus iocus in Carinum cunnilingum. Hic usque adeo pallebat, ut nulla ratione posset colorem recuperare. Sensus est: omnia experiri uoluit Carinus et genitalia et muliebria lingere, ne palleret, et tamen pallet. PVLCHRE. Bene. Sic enim **pulchrum** pro bono, sicut **bonum** pro pulchro, usurpamus. **Terentius**: "Forma bona fortasse". Et econtrario **malum** pro deformi. **Virgilius**: "Haud illo segnior ibat Aeneas", idest non deformior; et enim ad pulchritudinem (f° 645v) ea comparatio tendit, qum de Aenea amato loquatur. Eodem modo et pro forti aliquando pulcher accipitur. **Idem**: "Satus Hercule pulchro, pulcher Auentinus". Item fortis pro pulchro. **Plautus**: "Quid nam fortis es", idest pulchra. Á pulcher fit **pulchre** aduerbium, quod modo decore, modo bene, modo fortiter significat; et comparatiua superlatiua que eorum **pulchrior, pulcherrimus, pulchrius, pulcherrime**. Et **pulchritudo**, et **perpulcher**, ac **perpulchre**, et **pulchralis** pro pulchro. **Ennius**: "Pulchralibus ludis". Et **pulchritas** pro pulchritudine. **Cecilius**: "Dii boni, quid illud est pulchritatis?".

1 Mart. 1,77,1 | ex Cald. | 2-4 ex Cald. | 4 Mart. 1,77,1 | 5 Ter. *Andr.* 119 | 6 Verg. *Aen.* 4,149-50 | 6-10 ex Seru. *Aen.* 4,149 (Verg. *Aen.* 7,656-7; Plaut. *Mil.* 1106\*) | 10 Á-aduerbium] ex Pap. *pulcher* uel Hug. *pulcher* uel Balb. *pulcer* | 11-13 et-perpulchre] ex Hug. *pulcher* uel Pap. *pulcher* ? | 13 P.Fest. 243 | 14 Enn.? *fr. inc.* 9 (ex P.Fest. 243 + Enn. *ann.* 89 ap. Gell. 7,6,9) | 14-15 Non. 155 (Caec. *com.* 55)

PIGRAMMA. [sic] CVI. DE CARINO. a || 5 bona] bonum v || 7 comperatio o || 10 fortis es] fortis est ov || Pulchre] -e U<sup>2</sup> lemma p.c. : pulchra U<sup>2</sup> lemma a.c. || 11 modo bene om. ova || 14 pulchralibus] pulchralibus o || pulchritudie o

## DE FESTO. EPIGRAMMA CVII.

**1 INDIGNAS PREMERET.** Laudatur Sextus, quod non imbecillitate animi victorem hostem non sustinentis, ut Cato fecerat, sed tedio foedissimi morbi et in se curam non recipientis et in alios periculosi gladio sibi mortem consciuerat. **TABIDA PESTIS.** Putridus morbus. **Impetiginem** autem siue **lichenas** intelligit, de quibus superius diximus. Quatuor eius morbi speties sunt. Prima minime mala est, quae similitudine scabiem representat. Secunda peior est similis papulae, figuras uarias habens; squamulae ex summa cute discedunt. Tertia est deterior et magis in summa cute finditur ac uehementius redit; ipsa quoque squamosa, sed nigra procedit. Quarta, cuius nunc mentio fit, curationem omnino non recipit, distat colore: nam subalbida est et recenti cicatrici similis, squammas que habet pallidas, subalbidas, lenticulae similes.

**2 PREMERET.** Vexaret, affligeret. **Premere** proprie inniti alicui rei cum pondere. **Virgilius:** “Et spirantia cogere pressis Mella fauis”. Per metaphoram tamen modo pro effo- (c. 1001) dere accipitur. **Idem:** “Sulcum que sibi premat ipsa carina”. Modo pro claudere. **Idem:** “Pressi ue oculos aut lumina laui”. Aliquando pro insequi, insistere. **Idem:** “Hac fugerent Graii, premeret Troiana iuuentus”. Non nunquam pro urgere. **Idem:** “Ingentem clamore premes ad retia ceruum”. Interdum pro cohibere. **Idem:** “Imperio premit ac uinclis et carcere frenat”. Plerunque pro tegere, occultare. **Idem:** “Spem uultu simulat, premit (f° 646r) altum corde dolorem”. **Idem:** “Quos Simois premit ille uiros”. Est enim **Simois** amnis qui ex Ida Troiano monte defluens iuxta Troiam labitur et mari appropinquans commiscetur Xantho, ac in paludem cogitur, deinde exit in mare iuxta Sigeum promuntorium.

1,1 Mart. 1,78,1 | 1-3 ex Cald. | 4 Mart. 1,78,1\* | 5 20,5 | 5-11 Cels. 5,28,17\* | 2,1 Mart. 1,78,1 | 1-2 Non. 365 (Verg. georg. 4,140-1\*) | 2-8 Non. 364-365\* (Verg. Aen. 10,296; Verg. Aen. 9,487; Verg. Aen. 1,467; Verg. georg. 3,413; Verg. Aen. 1,54) | 8-9 Verg. Aen. 1,209 | 9 Non. 365 (Verg. Aen. 11,257) | 10-12 Tort. *Simois*\*

EPIGRAMMA. CVII. DE FESTO. a || 1,1 Sextus] Festus a || 2 sustinens U a.c. || taedio a || 4 Lichen U<sup>2</sup> lemma p.c. : Lichenae U<sup>2</sup> lemma a.c. | 6 repraesentat va || 7 papule o || 8 finditur] scinditur ova || 9 squamosa ov || curatonem v || 10 squamas a || similis ova || 2,2 spirantia] sperantia v || 5 laui] labi v || 6 premes] premens a || 8 frenat v || plerunque v || occultare] occultret o || 9 premit premit altum U a.c., sed U<sup>2</sup> exp. alter. premit || 12 promontorium ova

3 Quandoque pro remouere, excitare. **Idem**: “Et ruris opaci Falce premes umbram”. Item pro occidere. **Idem**: “Armigerum que Remi premit”. Et pro calcare. **Idem**: “Veluti qui sentibus anguem Pressit”. Et pro demergere, infodere. **Idem**: “Quod superest, quaecunq; premes uirgulta per agros Sparge fimo pingui”. Et pro uastare, populari. **Idem**: “Et pelago premit arua sonanti”. Et pro prohibere, expellere. **Varro**: “Inuitum que pressit ab aedibus”. Et pro uitare. **Idem**: “Qui totiens uillici tui uxorem absente pressisti uiro”. Item pro uexare, ut hoc loco et apud **Virgilium**: “Numina nulla premunt, mortali uergemur ab hoste”.

4 Ab hoc **pressio** deducitur et **pressura** et **pressus** quartae declinationis pro pressione. **Cicero**: “Valerium Soranum leuitate faucis atque in ipso uocis pressu et sono facile uincat”. Quando uero pressus adiectiuum est, aliquando pro subtili ponitur. **Idem**: “Quis autem est aut fuit unquam in partiendis rebus, in definiendis, explicandis pressior”. Aliquando pro honusto, grauato. **Virgilius**: “Ce u pressae qum iam portum tetigere carinae”. Item á premo **prelum**, quo uae premuntur, ut superius diximus.

5 Et composita **opprimo**, quod interdum grauio significat. **Cicero**: “Qui homini tot miseris calamitatibus que oppresso subueniret”. Interdum plus est quam extinguo. **Idem**: “Quamobrem danda opera est, ne qua amicorum excidia fiant. Sin tale aliquid euenerit, ut extinctae potius amicitiae quam oppressae uideantur”. Quandoque etiam pro arcto, constringo, unde et **oppressio** arctatio et constrictio dicitur; á quo **oppressiuncula** diminutiuum. **Plautus**: “Molles morsiunculae, papillarum horridularum oppressiunculae”. **Exprimo**, quod modo significat premendo extraho. **Plynius**: “Expresso uino infunditur aqua uinaceis”. Modo declaro, manifesto. **Macrobius**: “Nihil unquam locutus fuit expressus”. Ab hoc **expressio** explicatio et **expresse** aduerbium manifeste.

3,1-3 Non. 365\* (Verg. *georg.* 1,156-7; Verg. *Aen.* 9,330; Verg. *Aen.* 2,379-80) | 3-5 ex Non. 365 (Verg. *georg.* 2,346-7) + Seru. *georg.* 2,346 | 5 ex Seru. et Verg. *Aen.* 1,246 | 6 ex Gloss.<sup>1</sup> Abstr. PR<A>E 46 uel Gloss. IV,154,37 uel 459,23 uel 552,13 | Varro ? *fr. inc.* 60 | 7 Varro ? *fr. inc.* 61 | 8-9 Non. 365\* (Verg. *Aen.* 10,375) | 4,1-3 ex Non. 162 (Cic. *de orat.* 3,43\*) | 3-6 Non. 364\* (Cic. *phil. frg.* V 56; Verg. *georg.* 1,303) | 6-7 Isid. *orig.* 18,1,10\* + 20,14,12\* | 7 2,166 | 5,1 ex Hug. *premo* uel Balb. *premo* ? | 1-2 Cic. ? *fr. inc.* 96 [ex Cic. *leg. agr.* 2,69 ?] | 2-5 Non. 440\* (Cic. *Lael.* 78) | 6-7 Plaut. *Pseud.* 68 | 7 **exprimo**] ex Hug. *premo* uel Balb. *premo* ? | 8-9 Plin.? [ex Plin. *nat.* 14,81 uel 14,86 ?] | 9-10 Macr.?

3,1 remouete *U a.c.* || excitare *U. a.c.* || premens *v* || 2 armigeram *ov* || Remi] domi *ova* || 6 inuitam que *ova* || 7 uitare *v* || toties *a* || 4,2 lenitate *ova* (recte *iuxta* Cic.) || 4 Quis autem est] Quis aut est *a* || 5 onustu *ua* || 6 presse *o* || prelum *U et U<sup>2</sup> lemma et ova sed praelum scrps.* 2,166 fort. *iuxta Tort.* || 7 uuae] uue *v* || 5,7 oppressiuncula *o* || 9-10 Macrobius-expressus *clare est collocandum post* manifeste

**6 Imprimo** premendo immitto, modo obsigno, unde impressas litteras obsignatas dicimus, hoc est quibus (f° 646v) impressus est anulus; á quo **impressio** deducitur. **Supprimo** occulto, abscondo. **Seneca**: “É cuius operibus quaedam aedita, alia suppressa sunt”. Á quo **suppressio**. **Deprimo** deiicio. **Varro**: “Ab eo depressus, á quo erigi extolli que sperabam”. Reprimo cohibeo. **Cicero**: “Reprime impetum”. **Comprimo** modo cohibeo, compesco. **Plautus**: “Ne saeui, obsecro, comprime iracundiam”. Modo uitio. **Martialis**: “Villica uel duri compressa est nupta coloni Incaluit quotiens saucia uena mero”. Vnde **compressus** pro coitu accipitur. **Plautus**: “Nunc ad amicam decimo die Athenas Viso, quam grauidam hic reliqui compressu meo, quid ea agat”. **Compressio** etiam in eadem significatione accipitur; á quo fit diminutiuum **compressiuncula**. **Idem**: “Dulces amantium compressiunculae”.

**7 FAUCES**. Mentum. **Fauces** enim proprie uocamus superiorem partem gulae mento propinquam, sed interiorem. **Plinius**: “Summum gulae fauces uocantur, postremum stomachus”. Hic fauces pro mento posuit, ubi semper ferè hic morbus incipiebat; propter quod á principio **mentagram** uocauere. **Martialis**: “Nec triste mentum Sordidi ue lichenes”. Fauces etiam per metaphoram uocamus artos ingressus uallium siue alterius cuiuscunque loci á similitudine faucium animalis. Á faucibus **suffóco** uerbum de- (c. 1002) ducitur, au diphthongo in o longam conuersa. Est enim suffocare pracludere spiritum et ueluti obstrictis faucibus interimere. **Ouidius**: “Suffocent animam dira uenena tuam”. Ab hoc fit **suffocator**, **suffocatrix**, **suffocatio**. Item **offuco**, quod ueteres usurpabant pro eo quod est aquam in fauces do ad sorbendum; á quo **offucator**, **offucatrix**, **offucatio**; **offudas** uero á fuco fallacias dicebant.

6,1-3 ex P.Fest. 341 ? | 3-4 Sen.? fr. inc. 62 ex ben. 4,81 | 5 Varro ? fr. inc. 62 | 6 Cic.? fr. inc. 97 [ex Cic. Att. 1,20,3 uel Manil. 13 uel Sest. 39 uel leg. 3,27] | 7 Plaut.? fr. inc. 203 ex Plaut. Amph. 923-4 + Plaut. Amph. frg. 18 ap. Non. 233 | 7-8 Mart. 4,66,11-12 | 8-10 Non. 457\* (Plaut. Tru. 498) | 12 Plaut.? fr. inc. 204 ex Plaut. Pseud. 66 + 68 | 7,1 Mart. 1,78,1 | 2-3 Plin. nat. 11,179 | 3-4 ex Cald. 11,98,5 [ex Plin. nat. 26,2] | 5 Mart. 11,98,5 | 5-7 ex Seru. Aen. 11,516 uel Isid. orig. 14,8,26 uel Hug. faus | 7-10 Tort. s.d. B sub (Ou.? fr. inc. 12 ex Ou. am. 2,14,28 uel Pont. 2,9,68 ?) | 10-11 P.Fest. 192 | 12-13 P.Fest. 192 *offucias*

6,1 [Imprimo] In primo o || immitto o || 2 ob signatas v || annulus a || 3 occulto o : oculo a || 5-6 Reprimo-impetum add. U<sup>2</sup> in mg. dextr || 7 iracundum v || **Martialis**]-r- add. U<sup>2</sup> s.l. || 8 compraesaa v || 9 compressus] compessus v || cohitu o || 10 quid] quod a || 7,1 proprie om. ova || 4 pricipio o || metagram ov || 5 sordidi ue] sordidi ne o || 6 arctos a || 7 suffóco U<sup>2</sup> notat ictum : suffoco sine ictu U<sup>2</sup> lemma || 8 diphthongum ov || longam o || sufficare a || 10 suffocator] suffocatur a || 11 ueteres] alter. -e- U<sup>2</sup> in ras. || 12 offucattix v || offudas] offudae U<sup>2</sup> lemma : offucias a



8 INDIGNAS. Non merentes tale supplicium. ATRA. Nigra, quod quartum genus huius morbi est et curam non recipit. IN IPSOS VVLTVS. Occupat enim hic morbus, ut superius diximus, plerisque totos uultus oculis duntaxat immunibus descendit que in colla, pectus et manus cum foedo cutis  
5 furfure, sine dolore quidem et uitae pernicie sed tanta foeditate et fastidio, simul ac periculo conuersantium, ut quaecunque mors praefenda uideatur. SICCIS GENIS. Constanti animo sine lachrimis, sine fletu.

9 NON TAMEN OBSCURO PIA POLLVIT ORA (f° 647r) VENENO. Non tamen aut ueneno mori uoluit, ut **Themistocles** hausto tauri sanguine, aut inedia, ut **Sillius**, tedio morbi, ut **Portius Latro** declamator, impatientia quartanae, quae genera mortis homines timidi et ferrum horrentes quaerere  
5 consueuerunt, sed gladio imperterritus occubuit. OBSCURO. Quod extincti corpus facit obscurum. Sic laetum diem dicimus, qui nos laetos facit, pigrum frigus, quod inertiam nobis adducit; fossam caecam, quam non uidemus; linguam politam, cuius compta et polita est oratio; quietum tempus, in quo ab omnibus curis atque molestiis quiescimus. TORSIT. Vi traxit, extorsit, de quo superius diximus. TRISTIA FATA. Solicitam et amaram mortem, quia morte ipsa  
10 grauior est mortis expectatio. FAME. Inedia. LENTA. Quia non statim hominem conficit, ut ferrum. SANCTAM. Integram, immaculatam.

10 ROMANA MORTE. Quam soliti sunt oppetere Romani sanguinis uiri, qualis fuit **Scipionis** mors, Cn. Pompeii soceri, qui in Africam contrario uento relatus teneri classem suam ab hostibus uidisset; qualis **M. Catonis** post pugnam Pharsalicam, ne in Caesaris uictoris potestatem ueniret: uterque enim stricto  
5 gladio occubuit. ANIMAM. Sanguinem secundum quorundam philosophorum opinionem. NOBILIORE VIA. Vulnere scilicet quae nobilior uia fuit quam si ueneno uel fame aut per inferna emisisset aut paulatim contabuisset. FATIS. Morti. HUIVS CAESAR AMICVS ERAT. Simul blanditur principi, simul Festum laudat. Praefenda, inquit, mors huius est morti Catonis, quod non odio  
10 aut metu Caesaris mori uoluit, quem habebat amicum, sed foeditate morbi et aliorum potius causa quam sua.

8,1 Mart. 1,78,1 | Mart. 1,78,2 | 2 Mart. 1,78,2 | 3 20,5 | 3-5 Occupat-furfure] Plin. nat. 26,2\* | 5-6 Plin. nat. 26,1\* | 6-7 Mart. 1,78,3 | 7 ex Cald. | 9,1 Mart. 1,78,5\* | 2 Non-uoluit] ex Cald. | 2-4 aut<sup>2</sup>-quartanae] Cald.\* | 5 Mart. 1,78,5 | 9 Mart. 1,78,6 | 9-10 3,432 | 10 Mart. 1,78,6 | 11 Mart. 1,78,6 | Cald. | Mart. 1,78,6 | 12 Mart. 1,78,7 | 10,1 Mart. 1,78,7 | ex Cald. | 1-4 ex Valla uolupt. 1,6 p. 931 ? | 5 Mart. 1,78,8 | 5-6 ex Macr. somn. 1,14,20 ? | 6 Mart. 1,78,8 | 6-7 ex Cald. ? | 7 Mart. 1,78,9 | 8 Mart. 1,78,10 | 8-11 ex Cald.

8,2 receipt a || 3 plerisque || oculis a || 5 pernicie v || tanta] tamen ov || 9,1 NON] NEC Mart. || POLVIT v || 2 hausto] pusto o || 3 taedio a || 5 consueuerunt o | 7 iertiam o || nobis] -s U<sup>2</sup> in ras. || 10,7 contabuisser v

## AD ATTALVM. EPIGRAMMA CVIII.

5 SEMPER AGIS CAVSAS. In Attalum iocatur semper aliquid agentem et nimis curiosum. Tota uis ioci est in hoc uerbo ago, quod multa significat, ut superius latissime disseruimus. AGIS (f° 647v) CAVSAS. Tractas causas, in foro ac iudiciis uersaris. AGIS RES. Facis negocia. AGIS MVLAS. Ducis mulas, clitellarias scilicet, hoc est uehendis oneribus uacas. AGAS ANIMAM. Emittas spiritum.

1 Mart. 1,79,1 | 1-2 Cald.\* | 2-3 6,385-390 | 3 Mart. 1,79,1 | 4 Mart. 1,79,1\* | ex Cald. ? | Mart. 1,79,3 | Cald. | 5 Mart. 1,79,4

EPIG. CVIII] EPIG. CIII o : EPIGRAMMA CVIII. AD ATTALVM. a || 2 nimis] uimis o || ioci] loci || 3 latissime] late a || diseruimus v || tractat a || 4 ac iudiciis] ac in iudiciis ova || AGIS RES] RES AGIS Mart.

## AD CANVM. EPIGRAMMA CVIII.

5 SPORTULA, CANE, TIBI. Facete Cani intemperantiam notat, qui extremo uitae suae die sportulam petiit. Puto te, inquit, ob id, Cane, defunctum esse, quia una tantum sportula fuit (c. 1003), hoc est quia cibum amplius capere nequiisti, perinde ac si dixisset inedia periisti. Sic enim omnes inedia moriuntur. SVPREMA. Nouissima. QVOD VNA FVIT. Quod cibum amplius capere non potuisti.

1 Mart. 1,80,1 | 1-2 qui-petit] ex Mart. 1,80,1 | 2-3 Puto-fuit] ex Mart. 1,80,2 | 5 Mart. 1,80,1 | Mart. 1,80,2

EPIGRAMMA. CIX. AD ANVM. a || 2 uitae] uirae v || 4 nequisti v || peristi ova

## AD SOSIBIANVM. EPIGRAMMA CX.

Á SERVO SCIS TE GENITVM. Iocus est in Sosibianum qui, qum sciret se  
 ex seruo natum adulterio dominae, uirum matris suae putatium patrem suum  
 blandiendo dominum uocabat, quod nihili aliud erat quam blande fateri se ex  
 seruo natum. Notat autem hoc epigrammate uitium temporum suorum, quibus  
 5 dominae passim cum seruis miscebantur. SOSIBIANE. Haud dissimile ueri est  
 hunc Sosibianum Marullae ex seruo filium fuisse, quae Cinae uxor erat, de quo  
 scribit **Martialis** libro sexto: "Pater ex Marulla, Cina, factus es septem Non  
 liberorum: nanque nec tuus quisquam, Nec est amici filius uel uicini, Sed in  
 grabatis tegetibus que concepti Materna produnt capitibus suis furta". Et paulo  
 10 post: "Quartus cin<a>eda fronte, candido uultu Ex concubino natus est tibi  
 Lygdo: Praecide, si uis, filium: nefas non est". FATERIS. Te scilicet é seruo  
 genitum, qum eum, qui pater putabatur, blandiendo appellas dominum.

I Mart. 1,81,1 | 1-4 ex Cald. | 5 Mart. 1,81,2 | 7-9 Mart. 6,39,1-5\* | 10-11 Mart. 6,39,12-14\* |  
 11 Mart. 1,81,1 | 11-12 ex Mart. 1,81,1-2

EPIGRAMMA CX. AD SOSIBIANVM. a || 1 SCIS TE] TE SCIS ova || 7 Marula v || 9-10  
 paulopost va || 10 cinaeda ova (cf. et. 32,48) || 11 Lygdo ova : Ligdo U || FATERIS Te] FATERIS  
 TE a

## DE REGVLO. EPIGRAMMA CXI.

5 HAEC QVAE PVLVERE DISSIPATA MVLTO. Rursus blanditur Regulo (f° 648r) de porticu statim eo inde discedente collapsa. EXPLICAT. Ostendit. ABSOLVTA IN TANTO CASV. Purgata, liberata á crimine tanti casus, quia non cecidit, nisi postquam Regulus in tuto fuit. SECVRO DAMNO. Nullam curam aut sollicitudinem inferente, postquam Regulus saluus fuit. CVRAM. Amorem.

1 Mart. 1,82,1 | 1-2 ex Cald. | 2 Mart. 1,82,2 | ex Non. 299 [cf. et. *corn.c.* 2,652] | 3 Mart. 1,82,3\* | 4 Mart. 1,82,8 | 5 Mart. 1,82,10

EPIGRAMMA CXI. DE REGVLO. a || 1 HAEC QVAE] HAC QVAE ov || 3 itanti o

## IN MA&lt;N&gt;EIAM. EPIGRAMMA CXII.

OS ET LABRA TIBI. Acerbus iocus in Maneiam, cui os grauiter fetebat. Notat autem ex persona huius felatrices. NON MIROR. Quia non minus tibi ob turpem felandi consuetudinem olent os et labra quam faciant hominis excrementa. ESSE. Comedere, deuorare. **MERDAS**. Stercora. Nomen habent ex Graeco Latino que compositum, sicut epitogium et anticato; fit enim á meros, quod sit pars, et edo comedo, quod sit excrementum cibi, hoc est pars eorum quae [a]jedimus. Ab hoc fit, honor sit audientium auribus, **merdo** uerbum. Á quo **permerdo** compositum, quod est foedo, conspurco. **Albinus**: “Vt faciunt pueri, qui omnia permingunt atque permerdant”. **Stercus** uero ab extergendo deducitur, quod undique abstergi soleat; ab eo fit **stercoro** uerbum, quod **fimum** agris foecunditatis gratia adhibeat, á quo **stercoror** passiuum, et **stercorator**, **stercoratrix**, **stercoratio**. Item **Stercutius**: ita enim Romani uocauerunt Saturnum, quod primus stercorandi agri rationem inuenerit.

1 Mart. 1,83,1 | 1-2 ex Cald. | 2 Mart. 1,83,2 | 4 Mart. 1,83,2 | Cald. | Mart. 1,83,2 | 5 ex Quint. *inst.* 1,5,68 | 5-8 ex Hug. *merda* uel Balb. *merda* | 8-9 Albin.? *fr. inc.* 1 ex Prisc. *gramm.* II,495,5-12 [cf. Hor. *sat.* 1,2,44 et 1,8,37] | 9-10 ex Isid. *orig.* 17,2,3 | 11-12 ex Aug. *ciu.* 18,15 ? | 12-13 Isid. *orig.* 17,1,3\* uel Pap. *stergorandi agri*

EPIGRAMMA. CXII. IN MANEIAM. *a* || IN MAEIAM *U* || 1 Manetam *v* || fetebat] fatebat *o* : foetebat *a* || 2 fellatrices *ova* || 3 fellandi *ova* || 6 sit] est *ova* (*rectius*) || 7 aedimus *U*<sup>2</sup> *p.c.* : edimus *U a.c.* (*recte*) || 12 uocauerunt] uocitauerunt *a* || 13 inueneri *U a.c.*

## DE QVIRINALI. EPIGRAMMA CXIII.

1 VXOREM HABENDAM. Quirinalem equitem Romanum facete carpit,  
 qui, cum cuperet filios habere, non ducebat uxorem, sed comprimebat ancillas.  
 VXOREM. Coniu- (c. 1004) gem. **Vxores**, quemadmodum superius diximus, ab  
 5 ungendero, quasi unxores dictae sunt. Fuit enim mos ueterum Romanorum, ut  
 nouae nuptae mariti domum intrantes **axungia** postes ungerent; hanc enim  
 religiosas habebant et ea sollemnitate putabant mala omnia ab ea domo arceri ob  
 innumeras, ut arbitror, (f° 648v) axungiae utilitates impressas ei á radicibus,  
 quibus sues uescuntur. Vsus eius ad emollienda, excalfacienda, discutienda,  
 10 purganda: sanat podagras, ambusta, perniones, confricata membra. Item  
 lassitudines et fatigationes leuat.

2 Prodest tussi ueteri, phthisi in catapociis, hoc est pilulis sumpta, tanta que  
 est uis eius, ut genibus etiam adalligata redeat in os sapor ea que expui uideatur.  
 É sue, quae non peperit aptissime utuntur ad cutem mulieres, contra scabiem  
 5 prodest, partus in abortum uergentes nutrit, cicatrices concolores facit, unguium  
 scabrics emendat, medetur capillo fluenti et ulceribus capitis et pilis oculorum,  
 sanat panos cum calce, item furuncolos et duricias mammaram. Ruptis et  
 conuulsis et spasmatibus et luxatis medetur; clauos et rimas col-<|>i que uitia tollit  
 cum elleboro albo, parotidas admista farina é salsamentaria testa, pruritus et  
 papulas in balneo ea, quae serpunt, illita cum resina.

3 Antiqui maxime axibus uehiculorum perungendis ad faciliorem  
 circumactum rotarum ea utebantur, unde nomen habet impositum. Sic quoque  
 cum illa rotarum ferrugine utilis sedis et uirilitalis uitii. **Massurius** tamen non  
 axungiae sed lupino adipi palmam dedisse ueteres scripsit et eò nouas nuptas per-

1,1 Mart. 1,84,1 | 3 Mart. 1,84,1 | 1,448 | 4 ab-sunt] ex Seru. *Aen.* 4,458 uel Isid. *orig.* 9,7,12 |  
 4-5 ex Isid. *orig.* 9,7,12 uel Seru. *Aen.* 4,458 | 5-8 ex Plin. *nat.* 28,135-6 | 8-9 Plin. *nat.* 28,136\*  
 | 9-10 ex Plin. *nat.* 28,137 | 2,1-2 ex Plin. *nat.* 28,137-9 | 3-9 ex Plin. *nat.* 28,139-140 | 3,1-3  
 Plin. *nat.* 28,141\* | 3-5 ex Plin. *nat.* 28,142 | 5-6 Hug. *uxor\** uel Balb. *uxor\**

EPIGRAMMA CXIII. DE QVIRINALI. a || 1,6 sollemnitate *U*<sup>2</sup> p.c. *rubro et oa* : solenitate *U a.c.* :  
 solemnitare v || 7 in numeras o || utilitates] ut litates o || 8 emollienda *ova* || excalfacienda *ov* || 2,1  
 ueteri phrasi v : ueteriphthisi a || pilulis] *prima* -/- *add. U*<sup>2</sup> in *ras.* || 5 scabrities a || 6 duritias *ova* || 7  
 colli *ova* : coli *U* || 8 elleboro *ov* : helleboro a || paratodas *U a.c.*, ut *uid.* || admixta v || 3,2  
 circumactum v || 3 ferrugine o || uirilitalis a

5 ungere postes consueuisse. Ab uxore **uxorius** deducitur, quod modo significat ad uxorem pertinens, unde de re uxoria quosdam scripsisse legimus, modo uxori deditus. **Virgilius**: “Pulchram que uxorius urbem Extruis”. **Vxorem** **pendidisse** dicebatur qui quod uxorem non habuisset, rem populo dabat. **FILIOS**. Natos. Appellatione filiorum, ut **iurisconsulti** sentiunt, etiam filiae  
10 continentur, sed non é contrario. **Filium** ἀπό τοῦ φίλου dictum uolunt, hoc est ab amore, quod omnium constantissimus amor sit parentum in filios. **EQVITIBVS VERNIS**. Sunt enim ex equite geniti et tamen uernae, hoc est serui, quia filii uteri conditionem sequuntur: itaque, qum sint ex ancillis nati, serui sunt.

4 **VERVS PATERFAMILIAS**. Quasi pater seruorum; **familia** enim proprie de seruis dicitur, quod ab Oscis originem habuit, apud quos **famel** seruus nominabatur. Vnde **famulus** dictus qui et **famul** uocitatus est. **Ennius**: “Morta- (f° 649r) lem summa fortuna repente Reddidit summo regno famul, ut  
5 optimus esset”. Et **famulari** seruire. **Cicero**: “Est enim genus iniustae seruitutis, qum ii sunt alterius, qui sui possunt esse, qum autem ii famulantur”. Et **famulitas** seruitus. **Actius**: “Nam postquam paruolos uos oppressit famulitas”. **Pacuius**: “Quos uexat famulitas, uis, egestas, fames, formido, pavor”. Et **famuletium** seruitium. **Varro**: “Apud ignauum dominum duro  
10 famuletio astrictus”. Item seruorum copia. **Macrobius**: “Vnus é famuletio, cui prouintia erat admittere uolentes dominum conuenire”. Et **famulanter** aduerbium pro eo quod est suppliciter. **Actius**: “Semel affare et famulanter pete”. Ergò et **famelia** primo á famel, deinde mutatione unius litterae familia dicta est pro ipsis seruis.

3,6-7 Hug. uel Balb. *uxor* uel *Seru.* auct. *Aen.* 4,266 | 7 *Verg. Aen.* 4,266 | 7-8 *P.Fest.* 379 | 9 *Mart.* 1,84,2 | *Natos*] ex *Valla eleg.* 3,70 ? | 9-10 ex *Vlp. dig.* 50,16,195,1 uel 1,6,4,27 | 10-11 ex *Pap. filius* uel ex *Hug. filia* uel *Balb. filius* | 12 *Mart.* 1,84,4 | 4,1 *Mart.* 1,84,5 | 1-3 ex *P.Fest.* 87 | 3-5 ex *Non.* 110 (*Enn. ann.* 312-3) | 5-6 *Non.* 109\* (*Cic. rep.* 3,37) | 7-9 *Non.* 109\* (*Acc. trag.* 118; *Pacuu. trag.* 53\*) | 9 *P.Fest.* 87\* | 9-10 *Varro ? fr. inc.* 63 | 10-11 *Macr. Sat.* 1,7,1 | 11-13 *Non.* 111\* (*Acc. trag.* 642) | 13-14 ex *P.Fest.* 87 ? |

3,7 extruis] ex triuiis v || 7-8 *Vxorem pendere* *U<sup>2</sup> lemma* || 10 ἀπό τοῦ φίλου] απο τοῦ φίλου ο : αμοτόν φίλου v || 13 quia *U<sup>2</sup> p.c.* : qui *U a.c.* || 4,2 **famel**] *famul ov* || 4 repente *om. ova* || 5 iniuste o || 6 ii<sup>2</sup>] hi *ova* || 9 *famulentium* v || 10 é] est a || 11 *famulanter* *U<sup>2</sup> p.c.* et *U<sup>2</sup> lemma p.c.* : *famulanter U a.c.* et *U<sup>2</sup> lemma a.c.* : *famulantur a* || 12 *Actius*] *Accias a*



5 Deinde paulatim inualuit usus, ut etiam liberi familiae nomine comprehenderentur et quicunque in eadem domo uiuerent, tam liberi quam serui, tam mares quam feminae unius potestati natura seu iure subiecti, una familia diceretur. Vnde **pater familias** siue **familiae**, et **mater familias** siue **familiae** appellati sunt, de quibus superius disseruimus. Post haec id ipsum nomen ad eos quoque translatum est qui ex eadem sunt cognatione, unde Fabiorum, Lentulorum ac Ciceronum familias dicimus. Est et quando ad res refertur, ut in lege duodecim tabularum: "Agnatus proximus familiam habeto".

5 **6** Á familia deriuatur **familiaris**, quod modo adiectiuum est, significat que ad familiam pertinens; un- (c. 1005) de familiaria negocia dicimus quae ad familiam nostram pertinent et rem familiarem rem nostram domesticam. **Cicero**: "Etsi negociis familiaribus impediti uix satis ocii studio suppeditare possumus". Quando uero est substantiuum, amicum significat nobiscum uersantem et diuturna consuetudine nobis astrictum, quasi in eadem familia nobis coniunctum. Á quo eiusmodi consuetudo **familiaritas** appellatur et in aduerbio **familiariter** dicitur pro eo quod est ad similitudinem familiarium et, ut ita dicam, domestice.

5,1-4 ex Vlp. *dig.* 50,16,195,2 | 4-5 ex Seru. *Aen.* 11,801 uel Hug. *familia* ? | 5 12,66 | 6-7 ex P.Fest. 86 | 7-8 ex Valla *In Pogium antidot.* 3,10, p.324 ex Vlp. *dig.* 50,16,195,1 uel tantum ex Vlp. *dig.* 50,16,195,1 (Lex *XII tab.* 5,4) | 6,4-5 (Ps.Cic.) *Rhet. Her.* 1,1 | 5-7 ex Hug. *familia* ? | 7-9 ex Hug. *familia* ?

5,2 *cum*prehenderentur *U a.c., ut uid.* || 3 *feminae*] *foeinae* v || una *add. U<sup>2</sup> in sp. rel.* || 4 *paterfamilias* *ov* || **familiae**] *pater familiae U<sup>2</sup> lemma* || *materfamilias* *ov* || 5 **familiae**] *mater familiae U<sup>2</sup> lemma* || *idipsum va* || 7 *Ciceronumfamilias U<sup>2</sup> p.c.* : *Ciceronum familias U a.c. et ova* || 8 *duodecim*] *XII a* || 6,1 *significatt a* || 4 *Et si va* || *studio om. ova*

## DE PRECONE AGRVM VENDENTE. EPIGRAMMA CXIII.

VENDERET EXCVLTOS COLLES. (f° 649v) Facetum preconis ingenium laudat qui, qum Marii agrum uenderet, dum fingit se uelle ostendere Marium ad hoc non inopiae necessitate adduci, ueram causam uenditionis expressit, hoc est loci insalubritatem. Quapropter nullum inuenit emptorem. Notat eos quos non pudet uenditione rerum noxiarum fraudare emptores. INDE. Deinde, post haec facta. FACERE<T> PRETIVM. Aliquid promitteret. HAERET. Remanet, non discedit ab eo.

1 Mart. 1,85,1 | 1-4 ex Cald. | 5 Mart. 1,85,6 | 5-6 ex Seru. *Aen.* 1,275 uel ex Gloss. IV,101,26 uel 413,18 uel 446,22 | 6 Mart. 1,85,7 | ex Cald. | Mart. 1,85,8

EPIGRAMMA CXIII. DE PRAECONE AGRVM VENDENTE. *a* || PRAECONE *ova* || 1 Praeconis *ova* || 2 dum] -m *add. U<sup>2</sup> s.l.* : deinde *ova* || 6 FACERE *U* [ex Cald. ?] : FACERET *ova* (*recte, cf. Mart.*) || precium *v*

## DE NOUIO MICROPSYCHO. EPIGRAMMA CXV.

1 VICINVS MEVS EST. Facetum epigramma de Nouio, quem licet uicinum et domui suae haerentem haberet, uidere tamen nunquam poterat. Notat per eum homines humilis animi atque praeparci, quos Graeci **micropsychos** uocant, ad omnia timidos et hominum etiam consortia naturali quadam pusillanimitate deuitantes. BEATVM. Foelicem consuetudine talis amici. **Beatus** proprie est qui rebus omnibus ad uitae usum ornatum que spectantibus abundat, dictus, ut quidam putant, quasi bene auctus. Ideo locupletes homines aliquando beatos uocamus. **Iuuenalis**: "Vetulae uesica beatae". Item aliae quoque res bea-

1,1 Mart. 1,86,1 | 1-2 ex Cald. | 2-4 Plin. *nat.* 22,110 | 4-5 ex Tort. *micropsychos* uel Pap. *micropsychus* uel Hug. *micros* ? | 5 Mart. 1,86,4 | 5-6 Valla *eleg.* 4,114\* | 7 dictus-auctus] Isid. *orig.* 10,22\* | 7-10 Valla *eleg.* 4,114\* (Iuu. 1,39; Quint. *inst.* 11,3,40)

EPIGRAMMA CXV. DE NOUIO MICROPSYCHO. *a* || MICROPSYCO *v* || 1,3 micropsychus *U<sup>2</sup> lemma p.c.* : micropsichus *U<sup>2</sup> lemma a.c.* : micropsychos *ov* || 4 hominum] omnium *v* || 7 ut *om. v* || 8 aliae] -ae *U<sup>2</sup> in ras.* | res *add. U<sup>2</sup> s.l.*

10 tae dicuntur, qum plenae perfectae que sunt. **Quintilianus**: “Ornata erit pronuntiatio, cui suffragatur uox facilis magna beata flexibilis”. Ab hoc fit **beatitas** et **beatitudo**, de quibus superius diximus.

2 Item **beate** aduerbium foeliciter, copiose; et **beo** uerbum, quod est consolor et beatum ac foelicem facio; á quo **ebeo**, quod est beatitudine priuo, cuius passiuum est **ebeor**, á quo ebeati dicuntur qui foelicitate aliqua ceciderunt. **Hebeo** uero secundae coniugationis, cum aspiratione scriptum, fit ab **hebes** 5 hebetis, quod proprie significat obtusum, hoc est carentem acumine. **Cicero**: “Alias hebetiora, alias acutiora uidea<n>tur cornua”. Vnde per translationem et ingenium hebes dicimus, quemadmodum etiam dicimus obtusum. Ab hebeo fit **hebesco**, quod significat hebetior fio: nam hebeo proprie idem est quod hebes sum. Et **hebedo** obtundo, á quo **hebetesco**, quod proprie de oculis et uisu 10 dicitur, qum oculorum acies minuitur tollitur que. (f° 650r) Et **hebetudo** ipsa, ut ita dicam, obtusitas uel rei alicuius carentis acumine uel mentis, ingenii, uisus similium que.

3 **Hebenus** uero siue hebenum arbor est in India atque Aethiopia nascens, quamuis scribat **Virgilius**: “Sola India nigrum Fert hebenum”. Romae hanc Magnus **Pompeius** in triumpho Mithridatico primus ostendit. Accendi eam **Fabianus** negat, uritur tamen odore iucundo. Duo genera eius: rarum id quod 5 melius arboreum trunco enodi, materie nigri splendoris ac uel sine arte protinus iucundi, alterum fruticosum cy- (c. 1006) tisi modo et tota India dispersum est. **Herodotus** scribit Aethiopas uicenos dentes elephantorum grandes et é materia hebeni centenas phalangas, tertio quoque anno tributui uice regibus Persidis pendere solitos.

1,10-11 Ab-beatitudo] ex Cic. *nat. deor.* 1,95 uel Quint. *inst.* 8,3,32 uel ex Hug. *beatus* | 11 2,85 | 2,1-2 ex Hug. *beatus* et *beo* | 2 ex Gloss. IV,210,44 uel 585,29 ? | ex Tort. \**habeo* post \**haurio* ? | 3 ebeati-ceciderunt] Tort. \**habeo* post \**haurio* | 4 ex Tort. \**habeo* post \**haurio* | 4-6 Non. 121\* (Cic. *ac. frg.* 6) + ex P.Fest. 100 | 7-9 ex Hug. *hebeo* uel Balb. *hebedo* | 9-10 á-tollitur que] ex Pap. *hebescit* uel Hug. *hebeo* uel Balb. *hebedo* | 10-12 ex Gloss.<sup>L</sup> Ansil. HE 17 + OB 711-6 | 3,1-2 ex Plin. *nat.* 12,17 uel Seru. *georg.* 2,166 [= Isid. *orig.* 17,7,36] uel Tort. *hebenum* (Verg. *georg.* 2,116) | 2-6 Plin. *nat.* 12,20\* | 7-9 ex Plin. *nat.* 12,17 uel Tort. *hebenum* (Herod. 3,97)

1,9-10 erat pronuntiatio o : erat pronuntiatio v || 2,1 beatæ ova || 2 faelicem o || est] et a || 3 foelicitate a || 4 coniugationi U a.c. || 6 uideantur ova : uideatur U || 12 que add. U<sup>2</sup> in sp. rel. || 3,1 **Hebenus**] Habenus a || Aethyopia v || nascent a || 3 Pompeius U<sup>2</sup> lemma || 4 iocundo v || 5 materiae ov || 6 iocundi v || 7 Aethyopias v || 8 Persidis] praefidis v

4 Sunt autem **phalanges** ligna teretia, qualia sunt quae nauigiis, dum subducuntur ad littus aut ad mare trahuntur, supponi solent. Latine **palangae** dicuntur, á quo fit **palangare** uerbum, quod est onus aliquod huiusmodi fustibus transuehere. **Varro**: “Quam Poenus in fretum obuiam uenisset nostris et quosdam  
5 coepisset crudelissime pro palangis carinis subiicere, quo metu debilitaret nostros”. **Afranius**: “Et capream unam semilaceram quaterni simul palangabant”. Phalanges etiam digitorum internodia dicuntur. Item araneorum genus, quod et **phalangium** nominatur. Item regula continens lances, hoc est libram. Item ipsa libra, hoc est quod Latini pondo dicunt.

5 Item **phalanx** agmen est militare, quo Macedones utebantur, quemadmodum legione Romani. Continebat autem octo milia armatorum, nullum que genus aciei apud Macedones ualidius erat. Dicta uel apud ἀπὸ τοῦ πέλασαι ἄγχι, hoc est á propius accedendo, uel ἀπὸ τοῦ φάλον, quod clarum significat.  
5 Vnde et **phalacra** caluicium et **phalerae** ornamenta equorum dicuntur. **Iuuenalis**: “Frangebat pocula miles, Vt phaleris gauderet equus”. **Phalisci** populus erat Etruri<a>e, quorum oppidum **Phalerii** uocabatur. **Ouidius**: “Adde senem iunonicolas que Phalischos”. **Phalaris** uero Agrigentinarum tyrannus, cui **Perillus** taurum ex aere fabricauit, quo impositi noxii subdito igni torquerentur,  
10 tauri mugitum reddentes; in eo primus autor periit ante urbem conditam circa quatuor et sexaginta annos.

6 **TERENTIANVS**. Hic Martialis familiaris erat et tunc proconsulatum gerebat in (f° 650v) Aegyptio. **SYENEN**. Aegyptium, pars pro toto. **Syene** enim urbs Aegypti est in finibus Aethiopiae, ubi puteus est qui aestium indicat solstiti-

4,1-6 Non. 163 (Varro frg.) | 6-7 Afran.? fr. inc. 4 | 7-9 ex Souda Φάλαγγες [Φ 31] uel Etym. m. 786,47-49 | 5,1-2 Tort. *phalanx* et fort. Veg. mil. 2,2 | 2 ex Veg. mil. 2,2 | 2-3 Curt. 3,9,7\* | 3-4 Dicta accedendo] ex Souda Φάλαγγες [Φ 35] uel Etym. m. 786,55-56 | 4-6 Etym. m. 787,8\* + Tort. *phalacrus*\* et *phalere*\* (Iuu. 11,102-3) | 6-7 ex Tort. *Phalisci* | 7-8 Tort. *Phalisci* (Ou. fast. 6,49\*) | 8-11 Tort. *Phalaris* et *Perillus* + Plin. nat. 34,89 | 6,1 Mart. 1,86,6 | 1-2 Cald.\* | 2 Mart. 1,86,7 | 2-3 **Syene**-Aethiopiae] ex Tort. *Syene* | 3-4 ex Tort. *Syene* ?

4,2 palangae U<sup>2</sup> lemma : p-alangae linea corr. U<sup>2</sup> : p alangae sp. rel. inter p et a U a.c., ut uid. : palange v || 3 palangare U<sup>2</sup> lemma : p-alangare linea corr. U<sup>2</sup> : p alangare sp. rel. inter p et a U a.c., ut uid. || 5 quo] pro v || 7 arancorum v || 9 libram] libra v || 5,2 octomilia ov : octo milia a || 3 apud Macedones utebantur, quemadmodum legione Romani, ualidius erat ov || 3-4 αποτου πέλασαι αγχι ο : απο του πέλας αι ιγχι v || πέλασαι U<sup>2</sup> || 4 accendo v || ἀπὸ τοῦ φάλον U<sup>2</sup>a, sed rectius ἀπὸ τοῦ φαλοῦ : απο του φαλον ο : απο του φαλον v || 5 phalagra ov || phalerae U<sup>2</sup> lemma p.c. : phalere U<sup>2</sup> lemma a.c. || 6 equus] eques ov || 7 populus erat U<sup>2</sup> p.c. : populi erant U a.c. et v || Etrurie U : Etruriae ov (recte) : Hetruriae a || 8 Iunonicolas U<sup>2</sup> p.c. : Iunoni colas U a.c. : Iunoni coas v || Phalaris bis laudatum, in mg. dextr. inter auctores inque mg. sin. inter lemmata || 9 quo ádd. U<sup>2</sup> s.l. || 6,2 SYENEM o || 3 Aegypti om. ova || Aegypti est U p.c. : Aegypti es U a.c. || Aethyopiae v || 4 solsticium v

um, quoniam is locus circulo tropico subiectus est. Itaque apparet solem illi loco supra uerticem esse et puteum totum illuminari, nullam que prorsus umbram fieri á sole medio solstitii die. **Lucanus**: “Vmbras nusquam flectente Syene”. **CONVIVERE**. Simul uiuere. **TAM PROPE**. Quia domus nostrae coniunctae sunt. **TAM PROCVL**. Quia perinde nunquam nos uidemus, ac si essemus disiunctissimi.

**7 MIGRANDVM**. Abeundum longius et hinc discedendum. **Migrare** enim proprie est domicilium mutare et alio se ad habitandum conferre, priore habitatione relicta. **Quintilianus**: “Seu ad infernas sedes anima migravit”. Animae enim eorum qui moriuntur, tanquam domicilium corporis relinquentes, alio se ad habitandum transferunt. **Cicero**: “Antequam ex hac uita migro, conspicio ex meo regno et his tectis P. Cornelium Scipionem”. Á migro fit **remigro**, hoc est in pristinum domicilium reuertor. **Demigro** et emigro et **commigro** idem ferè, quod migro. **Transmigro**: in longinquiorem locum domicilium habitationem que commuto; **immigro**: in locum aliquem habitandi gratia eo. Ab his **migratio**, **remigratio**, **demigratio**, **commigratio**, **transmigratio**, **immigratio** deducuntur.

**8 MIHI**. Datiuus est primae personae et aliquando figurate dicitur **mi**. **Virgilius**: “Et mi genus ab Ioue summo”. In quo notandum, quod mihi et **tibi** aliquando ita ponuntur in oratione, ut neque ad me neque ad te neque ad aliquem referantur. **Cicero**: “Mihi gloriatur hic se omnes honores sine repulsa obtinuis-

6,4-6 Plin. *nat.* 2,183\* + Tort. *Syene* (Luc. 2,587) | 7 Mart. 1,86,8 | Mart. 1,86,10 | 8 Mart. 1,86,10 | 7,1 Mart. 1,86,11 | ex Cald. ? | 1-10 Valla *eleg.* 5,95\* (ex Quint. *inst.* 11,2,6 ?; Cic. *rep.* 6,9) | 8,1 Mart. 1,86,11 | 1-2 ex Tort. *mi\*hi* (Verg. *Aen.* 6,123) | 2-5 Valla *eleg.* 3,52\* (Cic. *Pis.* 2\*; ex Cic. *ad Brut.* 2,5,3)

6,6 solstitii v | 7 nostre *U a.c.* || 7,2 priore] propiore *ov* || 7 et emigro *add. U<sup>2</sup> in mg. dextr., non inter lemmata* || 8 commigro *U<sup>2</sup> p.c. et U<sup>2</sup> lemma p.c., ut uid. : comigro U a.c. et U<sup>2</sup> lemma a.c.* || 10 his] iis *ova* || 10 remigratio-commigratio] *om. ova* || commigratio *U<sup>2</sup> p.c. et U<sup>2</sup> lemma p.c. : comigratio U a.c. et U<sup>2</sup> lemma a.c.*

- 5 se". **Idem**: "Ecce tibi Pompeius". **Apuleius**: "Dum ita loquimur, ecce tibi  
amicus aduenit". Aliquando uero haec duo pronomina ita ponuntur, ut sub prima  
et secunda persona ad omnes sermo referatur. **Virgilius**: "Neu tibi ad solem  
uergant uineta cadentem". **Cato mihipte** pro mihi ipsi posuit. In quo significato  
10 solemus haec duo pronomina geminare, ut **meme, tete**. **Virgilius**: "Meme  
adsum qui feci, in me conuertite ferrum". **ILLI**. Nouio. Veteres **olli** pro illi  
scripsere. **Virgilius**: "Olli dura quies oculos et ferreus urget Somnus".  
Quemadmodum etiam **ollic** pro illic. **Ennius**: (c. 1007) "Ollic hospes aderat".  
Aliquando etiam **olli** pro (f° 651r) tunc á poetis usurpatur. **Virgilius**: "Olli  
15 subridens hominum sator atque deorum". **INQVILINVS**. Cohabitator, de quo  
superius diximus.

8,5-6 Apul.? fr. inc. 158 [ex Valla eleg. 3,52] | 6-8 Valla eleg. 3,52\* (Verg. georg. 2,298) | 8  
Cato frg. inc. 29 ap. P.Fest. 152 | 8-10 Valla eleg. 2,2\* (Verg. Aen. 9,427\*) | 10 Mart. 1,86,11 |  
10-11 Veteres-scripsere] ex Don. Ter. Andr. 855 | 11 Verg. Aen. 12,309 ex Seru. Aen. 1,254 |  
12 ex P.Fest. 196 | Enn.? fr. inc. 10 [ex Enn. scaen. 178 ap. Cic. Tusc. 3,26 ?] | 13-14 ex Seru.  
et Verg. Aen. 1,254 | 14 Mart. 1,86,12 | 14-15 3,85

8,6 dua a || 7 Neu] Ne ue ova || 8 mihipsi oa : mihipi v || 9 haec] hunc v || 10 feci a : feri Uov ||  
ferrum om. v || 11 Virgilius] Idem U<sup>2</sup> lemma || 12 hospes] hostis o || 13 A fol. 651r usque ad  
finem codicis U desunt in mg. lemmata laudatorumque auctorum nomina

## AD FESCENNIAM. EPIGRAMMA CXVI.

1 NE GRAVIS HESTERNO. Fescenniae hebrietatem simul ac stultitiam  
damnat; haec enim et potando traducebat noctes et uino madida pastillos odoratos  
deurabat, putans hoc modo deprehendi uini odorem non posse. FASTIDIOSA.  
Fastidium afferens iis, cum quibus loqueris uino madida. PASTILLOS.  
5 Trochiscos, ut superius diximus. COSMI. Cosmus unguentarius fuit et odorarius  
optimus; unguentarii enim dicuntur qui unguenta conficiunt uendunt que;  
odorarii qui odores. Illi á Graecis myropolae, hi aromatopolae uocitantur;  
frequenter autem iidem utranque exercent artem.

2 Veteres utebantur uariis odoribus, ut nunc quoque plerique faciunt  
commendandi halitus gratia. Hoc á Parthis primo inuentum tradunt, ut sic  
ingluuie ac nimio potu conceptum uirus extinguerent. Sunt qui eos etiam  
unguentorum inuentores fuisse existiment. Iliacis certe temporibus non erant  
5 unguenta, nec thure sacrificia faciebant, cedri tantum et citri odoribus ac earum  
arborum suffitu utebantur. Primum castris Darii expugnatis inter reliquam  
suppellectilem inuenit et cepit Alexander scrinium unguentarium; postea ea  
uoluptas agere radices c<o>epit et in Italiam quoque translata etiam ad  
defunctorum corpora adhibita est.

1,1 Mart. 1,87,1 | 1-3 ex Cald.? | 3 Mart. 1,87,2\* | 4 Mart. 1,87,2 | 4-5 PASTILLOS-trochiscos]  
Gloss. II,143,4\* | 5 1,445 | Mart. 1,87,2 | 5-6 ex Pap. *Cosmus* uel Tort. *Cosmus* | 6-7 ex Hug.  
*miro* | 7 ex Gloss. II,374,15 uel Pap. *miropola* uel Hug. *miro* ? | 2,2-9 ex Plin. *nat.* 13,2-3

EPIGRAMMA. CXVI. AD FESCENNIAM. a || FESENNIAM o : FESSENNIAM v || 1,1 NE]  
ME v || HAESTERNO o || ebrietatem a || stultitiam v || 2 madido v || 3 depraehendi ov || uini om. v  
|| FASTIDIOSA Uova : luxuriosa Mart. edit. et Cald. || 4 iis] his v || 7 aromatopole o || 2,1  
plaerique v || 2 Parthis] Parhis v || 4 unguentorium o || Illiacis ov || 5 nec om. v || 6 Primus ova ||  
expugnantis oa || 7 suppellectilem v || cepit] coepit ov || 8 coepit ova : cepit U



3 GRAVIS. Molesta. FRAGRES. Oleas. LINVNT. Complanant, poliunt.  
 AB EXTREMO BARATHRO. Á fundo stomachi, unde peruenire pastillorum  
 odor non potest. Barathrum Graeci appellant locum profundum, ex quo emergi  
 non possit, dictum ab eo, quod sit βαθὺς τῷ ἀθρεῖν, hoc est profundus aspectu.  
 5 RVTVS. Rutationes, quemadmodum superius diximus. **Lucillius**: “Rutantur  
 iuuenes et foedant omnia sputis”. VIRVS. Grauitas odoris, foetor, de quo  
 diximus. DIAPASMATE. Puluisculi odorati, quemadmodum iam docuimus.  
 DVPLEX. Bonus et malus odor: nam malus bono com- (f° 651v) mistus grauius  
 olet, sicut quae amara sunt, si dulcibus in cibi commista summantur, uidentur  
 10 amariora. SIMPLICITER. Aperte, nullo adhibito fuco, non dissimulando  
 odorem temeti.

3,1 Mart. 1,87,1 | ex Gloss. IV,344,34 uel V,501,47 uel Valla *eleg.* 6,8 ? | Mart. 1,87,1 | ex Pap.  
*fragrare* | Mart. 1,87,3 | 2 Mart. 1,87,4 | ex Cald. | 3-4 P.Fest. 31\* uel Tort. *barathrum* | 5 Mart.  
 1,87,4 | 41,36 | 5-6 Lucil.? *fr. inc.* 6 ex Verg. *Aen.* 3,227-8 | 6 Mart. 1,87,5 | 6-7 3,216 | 7 Mart.  
 1,87,5 | 1,444 | 8 Mart. 1,87,6 | ex Seru. *Aen.* 11,458 | 8-9 ex Cald. | 10 Mart. 1,87,8

3,2 BARATRO v || 3 Baratrum v || 4 βαθεῖς τῷ (sic) ἀθρεῖν U<sup>2</sup>: βαθίς τῷ ἀθρεῖν ο: βαθίστυρ  
 ἀθρεῖν v: βαθὺς τοῦ ἀθρεῖν a || 8 commixtus v || 9 cibus ova || commixta v || sumantur va

## AD ALCIMVM. EPIGRAMMA CXVII.

1 ALCIME, QVEM RAPTVM. Epitaphium Alcimi adolescentis, quem ob ingenii dotes et miram indolem maiorem in modum amauerat defuncto que tumulum consecrauerat in uirentibus pratis inter buxos et palmites. Epitaphium enim proprie dicitur inscriptio, quae fit supra sepulchrum: nam ἐπι in significat, τάφος sepulchrum. **Virgilius**: “Et tumulum facite et tumulo superaddite carmen: ‘Daphnis ego in siluis hinc usque ad sydera notus’ ”. Nam quod in laudem defuncti ante cadauer sepultum cani solet á nostris nenia, á Graecis epioedium siue monodia appellatur.

2 LAVICANA HVMVS. Lauci multitudinis numero oppidum est uia Latina ad dextram siluae Algidae. **Liuius**: “Thusculanis negocium datum aduerteret animos, ne quid tumultus Laucis oriretur. Nuntiarunt legati Laucanos arma cepisse et cum <A>equorum exercitu depopulatos agrum Thusculanum, castra in Algido posuisse. Quintus Sulpitius Priscus dictator, captis direptis que illorum castris, Laucos corona circumdatum, scalis captum diripuit, censuit que senatus frequentem coloniam La- (c. 1008) uicos deducendam. Coloni ab urbe mille quingenti missi bina iugera ceperunt”. **VELAT**. Tegit. **LEVI**. Non graui, qualia sunt sepulchrorum saxa, quae suo pondere conficiuntur et ruunt. **CESPITE**. Gleba cum sua herba euulsa, de quo superius diximus. **RAPTVM**. Sublatum ante legitimam aetatem. Hi enim rapi proprie dicuntur qui immatura morte praeripiuntur. **Plynius Iunior**: “Nuper immatura morte nobis indignissime raptus”. **CRESCENTIBVS ANNIS**. In ipso adolescentiae principio; ideo paulo post etiam puerum nominat.

1,1 Mart. 1,88,1 | 1-3 ex Cald. | 3-5 ex Tort. *epitaphium* | 5-6 Verg. *ecl.* 5,42-43 | 6-8 ex Seru. *ecl.* 5,14 + Tort. *epitaphium* | 2,1 Mart. 1,88,2 | 1-2 ex Cald. | 2-5 Liu. 4,45,3-6\* | 5-8 Liu. 4,47,4-7\* | 8 Mart. 1,88,2 | **VELAT**-tegit] ex Gloss. IV,295,7 uel Balb. *uelo* ? | 9 Mart. 1,88,2 | 10 Mart. 1,88,2 | Seru. *ecl.* 1,68\* | 1,359 | 11 Mart. 1,88,1 | 12-13 Plin. *epist.* 6,6,7\* | 13 Mart. 1,88,1

EPIGRAMMA CXVII. AD ALCIMVM. a || 1,4-5 nam-sepulchrum om. ova per homoeoteleuton || 5 super addite o sep. || 7 naenia a || epioedium U iuxta Tort. : epicedium ov : epicedium v : epicedium a || 2,3 aduerteret v || nequid a || Nunciaret v || 4 coepisse ov || equorum Uova : Aequorum correxi || 5 Thusculanum] Thusianum v || Sulpicius oa || Priscus o || captis] capitis a || 6 captum] captam ov || 8 coeperunt ov || 11 legitimam a || 12 imatura o || 14 paulopost a

3 CRESCENTIBVS. Quibus adolescere, hoc est crescere, coeparat. Crescere augeri est. **Horatius**: "Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit". Facit praete- (f° 652r) ritum creui, quemadmodum cerno. Vnde creui modo significat auctus sum, modo haereditatem adii, modo indicaui, modo diuisi, quae omnia á duobus uerbis, cresco et cerno, trahuntur. Á cresco crementum deducitur, hoc est augmentum, et creta, de qua supra diximus, á quo creteum dicimus, quod ex creta est; cretosum creta plenum; cretatam creta infectum. Et crassus pinguis, grossus, á quo crassitudo, crassities, crasse aduerbium et eorum comparatiua superlatiua que; et crassesco uerbum, quod significat pinguesco siue grossior fio.

4 Et creber frequens, quasi crescens numero, á quo crebro aduerbium frequenter, et comparatiua ac superlatiua eorum. Et crebesco spissior, multiplicor; et crebrisurus, de quo superius diximus; et crebritas spissitudo, frequentia, pro qua ueteres etiam crebritudinem usurparunt. **Sisenna**: "Nam clandestina uerborum crebritudine transigi, apud notos cogitata dici debent non explanari". Item á cresco composita fiunt accresco, quod est adaugeor, exresco cresco, decresco diminuo, increasco cresco, á quo incrementum augmentum. **Virgilius** increuit usus est pro reuiruit, dum de hastis loquitur in tumulo Polydori.

3,1 Mart. 1,88,1 | ex Gloss. IV,304,42 | 2-3 Ps Acr. *carm.* 3,16,17\* (Iuu. [non Hor.] 14,139) | 3 ex Consent. *gramm.* V,384,28-29 uel Char. *gramm.* 322,17 uel Pap. *cresco* uel Balb. *cresco* | 3-5 ex P.Fest. 53 | 5-6 Á-augumentum] ex Hug. *crementum* | 6 et creta] ex Hug. *cresco* ? | 5,106 | 6-7 ex Hug. *creta* uel Balb. *creta* | 8 crassus-pinguis] ex Hug. *crassus* uel Gloss. IV,325,52 | 8-10 á-fio] ex Hug. *crassus* uel Balb. *crassus* + *crasso* | 4,1-2 creber-frequenter] Gloss. IV,32,44-45\* uel Pap. *creber*\* | 2-3 crebesco-multiplicor] ex Pap. *crebro* uel Gloss. V,186,17-18 | 3 12,98 | 4-6 Non. 91\* (Sisenna *hist.* 122) | 6-7 Item-diminuo] ex Hug. *cresco* ? | 7 Pap. *incrementum*\* uel ex Gloss. IV,89,58 + 352,16 | 8-9 ex Seru. *Aen.* 3,46

3,2 Iuuenalis *a* : Horatius *Uou* || *cresci o* || 4 hereditatem *o* || indicaui] iudicaui *v* || 5 crementum] -t- *U<sup>2</sup> in ras.* || 8 crassitudo] -t- *U<sup>2</sup> in ras.* || crassities *va* || 4,2 et crebesco] et crebeo et crebesco *a* || *post* crebesco *a add.*: ut rubeo, et rubesco. Et notandum, qum in praesenti ante eo non est r, nec in praeterito esse debere: rubuit igitur et erubuit, crebuit et increbuit; qum uero est r in praesenti ante eo, tunc et in praeterito erit: nigreo igitur et nigresco, pigreo et pigresco, nigrui et pigruui. || 3 crebitas *v* || 5 notos] nos *v* || 6 fiunt composita *oua*

5 Succresco inferius cresco uel paulatim cresco, supercresco notae  
 significationis, recresco iterum cresco, concreso modo simul cresco modo  
 coniungor, conglutinor, á quo concreta coniuncta et conglutinata dicimus.  
**Virgilius:** “Multa diu concreta modis mollescere miris”. **Idem:** “Concretam  
 5 exemit labem”. Idest affixam et inhaerentem. **Idem:** “Concrescunt subitae  
 currenti in flumine crustae”. Hoc est congelascunt. PONDERA NVTANTIA.  
 Lapidis pondere suo nutantes, hoc est uacillantes. PARIO SAXO. Ex marmore  
 Pario, quod candidissimum fuisse constat et usque adeo celebre, ut Dipoenus et  
 Scylus, qui in scalpendo tantopere claruerunt, et post eos Melas, Micciades,  
 10 Anthernus, Bupalus, Anthernus Alter, Hipponax excellentes artifices in statu  
 sepulchris caeteris que operibus faciendis candido tantum marmore usi fuerint é  
 Paro insula, unde nomen habet, una ex Cycladibus, quae ob hoc niuea á poetis,  
 hoc est candida, nuncupatur. Lapidem ipsum lychniten appellauerunt, quoniam  
 ad lucernarum lumina in cuniculis caedi soleret.

6 VANVS LABOR. Irritus, quia huiusmodi opera uetustate (f° 652v)  
 fatiscunt. CINERI. Cadaueri. FRAGILES BVXOS. Quae facile franguntur.  
 Buxus graeca uox est: *πύξον* quippe dicunt Graeci. Arbor est exigua natura solida  
 et quadam ligni duricia, ac frondium pallore commendabilis, fractu facilis et ad  
 5 topiaria opera commodissima, uirens semper ac tonsilis. Semen eius cunctis  
 animantibus propter amaritudinem inuisum, mel in Corsica amarum reddit; amat  
 frigida, quae sint aprica; in igne duricia ei est, quae ferro, nec flamma, nec  
 carbone utilis. Á buxo (c. 1009) buxum dicimus quod ex buxo est. Á pyxo  
 10 autem Graeca uoce pyxidem, quoniam primo ex eo ligno fieri coepit, uasculum  
 est exiguum, quod uulgo non inepte, neque inelegeranter á buxo buxulum  
 nuncupamus.

5,1 Succresco-cresco] ex Hug. *cresco* ? | 2 recresco-cresco] ex Hug. *cresco* ? | 2-3 modo<sup>2</sup>-  
 conglutinor] ex Seru. *Aen.* 6,738 | 3-4 Seru. et Verg. *Aen.* 6,738 | 4-5 Verg. et Seru. *Aen.* 6,746  
 | 5-6 Verg. et Seru. *georg.* 3,360 | 6 Mart. 1,88,3\* | 7 ex Gloss. IV,262,33 | Mart. 1,88,3 | 8 ex  
 Tort. *Paros* | 8-12 ex Plin. *nat.* 36,9-14 | 12-13 unde-nuncupatur] ex Tort. *Paros* (Verg. *Aen.*  
 3,126) | 13-14 Plin. *nat.* 36,14\* uel Tort. *lychnites*\* | 6,1 Mart. 1,88,4 | VANVS-irritus] ex  
 Gloss. IV,252,29 uel 413,55 | 2 Mart. 1,88,4 | Mart. 1,88,5 | 3 ex Isid. *orig.* 20,7,3 uel P.Fest.  
 31 | 3-8 ex Plin. *nat.* 16,70-71 | 8 ex Hug. *pixos* uel Balb. *buxus* ? | 8-10 ex Isid. *orig.* 20,7,3 |  
 10-11 ex Gloss. IV,272,34 ?

5,1 succresco] succresco *o* || 4 mollescere] inolescere *ova* (*recte*) || 5 inherentem *o* || 8 usqueadeo *a* ||  
 9 sculpendo *ov* || Miccades *v* || 10 statu] statutis *v* || 12 Cicladibus *ov* || 13 lychniren *o* : lichnitem  
*a* || 14 caedi] coedi *v* || 6,3 *πύξον* *U*<sup>2</sup>*v* : *πύξον* *o* : *πύξον* *a* || 4 duritia *va* || 7 duritia *a* || 9 pyxide *a* ||  
 10 neque] nec *ova*

7 OPACAS. Obscuras. Ab operiendo enim opacum obscurum dicimus, á quo opaco uerbum, hoc est obscuro, contego. PALMITIS. Vitium. Palmites uitium et aliarum arborum, ut ita dicam, sarmenta appellantur quae in modum palmarum humanarum uirgulas quasi digitos habent. Palma uero planum et ex parte concauum manus appellatur, quod in digitos desinens decore pateat. Ab huius similitudine arbor quoque illa nobilis palma uocatur, quam Graeci φοίνικα, hoc est phoenicem, uocant, quod comam in cacumine habeat circum extensam et ramos in digitorum modum protensos. Vnde et genus earum dactylos, hoc est digitos, uocamus.

8 Multa enim palmarum genera sunt. Prima sterilis est nec fructicis magnitudinem excedit, passim in Sicilia et Genuae ac Caietae nascens, ex qua incolae scopas faciunt. Sunt et proceriores siluestres foliorum aculeis ex ipsa arbore fructificantibus. Reliquae teretibus ramis in orbem sparsis, folia habentibus cultrato mucrone lateribus bifidatis, ex quibus et fiscellas, ut funes et leuia capitum, umbracula componunt. Coma omnis, ut diximus, in cacumine est, non inter folia ut in caeteris, sed suos inter ramos palmitibus racemosum. In nulla magis arbore uterque sexus discernitur: mas in palmite floret, femina circa florem germinat tantum, spinae modo. Vtrisque prima nascitur pomi caro, postea lignum intus, hoc est semen eius.

9 Est autem longum caesum que á dorso puluinato et in aluo media fissura plerisque umbilicatum, unde primum spargitur (f° 653r) radix. Certum est sine maribus non gignere feminas sponte aedito nemore, hoc ostendente, in quo et circa singulos mares plures nutare feminae uidentur blandioribus comis. Quin et exciso mare sterilesce feminas comperiuntur, tantus est huic arbori ueneris intellectus. Iuba Arabicas palmas apud Scenitas omnibus praefert, quas uocant dabulas. Quamdiu nouellae sunt, pomum ferunt sine aliquo intus ligno, propter quod spadones appellant. Quae in Creta et Sicilia nascuntur folio latiore ac molli et ad utilia utilissimo chamerepes appellantur, quod Graeca lingua significat ad humum uergentes: χαμαὶ enim humi dicunt, ῥέπον uergens.

7,1 Mart. 1,88,5 | ex Gloss. IV,372,2 uel Balb. *opacus* ? | ab-opacum Isid. *orig.* 14,8,35 | 1-2 ex Gloss. IV,372,2 uel Hug. *opacus* uel Balb. *opacus* | 2 Mart. 1,88,5 | 2-4 P.Fest. 220\* | 4-9 ex Isid. *orig.* 17,7,1 ? | 8,1-2 multa-excedit | ex Plin. *nat.* 13,28 | 2 ex Plin. *nat.* 14,66 et 68 ? | 3-7 ex Plin. *nat.* 13,29-30 | 7-10 ex Plin. *nat.* 13,31 | 9,1-2 Plin. *nat.* 13,32\* | 2-7 Plin. *nat.* 13,34-35\* | 7-8 Plin. *nat.* 13,38\* | 8-9 Plin. *nat.* 13,39\* | 9-10 ex Souda Χαμαιρρεπές [X 72]

7,7 phoenicem *U a.c.* : foenicem *ov* || circum] cictum *v* || 8 dactilos *v* || 8,1 fructicis *v* || 4 fructificantibus *v* || 6 capitum] capillum *o* : capillum *v* || 9,1 caesum] cesum *o* : censum *va* || alio *ova* || 3 hoc est ostendente *a* || 7 dabulas] pabulas *v* || 10 χαμαὶ] χᾶμα *o* : χαπαὶ *v* || ῥέπον *o* : ῥεπον *va* || uergentes *v*

10 Clarissimae omnium palmae ex fructiferis habitae sunt, quas regias appellauere, quoniam regibus tantum Persidis seruarentur, Babylone natae uno in horto, qui semper dominantis fuit, Bagoos appellato, quod apud eos spadonem significat. Post hanc nobilitatem optine<n>t syagri habentes nescio quid saporis  
5 ferini, qualem in apris nouimus, unde nomen iis inditum: σῦς enim sus est, ἄγρο<ι>ος siluestris. Post has margaridae á margaritis nomen habentes, quoniam breues et candidae et rotundae sunt, acinis quam balanis similiores.

11 Quarta autoritas est scandalidum á scandularum similitudine appellatarum. In Aethiopia caryotae maxime celebrantur optimae cibo sed et succo uberrimae, ex quibus praecipua uina faciunt, iniqua capiti, propter <quod> ἀπὸ τῆς κάρας, hoc est á capite, caryotae uocitantur. In Iudaea uero et praesertim  
5 in Hiericunte nobilissimae sunt, quibus dos praecipua pinguis succus quodam uini sapore in melle praedulci, inter quas siccores nicolai uocantur amplitudinis praecipuae minus. Spretiosae, sed sapore caryotarum sorores, quae ob hoc adelphides dicuntur. Suum genus dactyli habent praelonga gracilitate curuati in terram, ex quibus honori deorum dicati Idei appellati sunt á Iudaeis numinum  
10 multitudine irradientibus.

12 Á longitudine autem digitali dactyli appellati sunt: nam δάκτυλον Graeci digitum uocant. Vnde et dactylus dictus est pes constans ex una longa (c. 1010) et duabus breuibis syllabis á similitudine uidelicet digitorum, qui ex tribus partibus constant: una longiore, duabus breuioribus. Alexandri milites palmis uiridibus  
5 strangulati leguntur uel pomi genere uel copia; est enim tanta musteis (f° 653v) suauitas, ut finis mandendi non nisi periculo fiat.

13 Á palma arbore palmetum dicitur locus palmis consitus; et palmifer palmas ferens, qui et palmiger dicitur. Item palma uictoria, quoniam apud ueteres in certaminibus uictoriae signum palma erat. Quod ideo institutum constat, quoniam ingenium huius ligni est, ut urgentibus prementibus que non caedat.  
5 Nanque, ut scribit Aristoteles, si super palmae arboris lignum magna pondera

10,1-4 Plin. nat. 13,41\* | 4-5 Plin. nat. 13,42-43\* | 5-6 Tort. syagros\* | 6-7 Plin. nat. 13,42\* | 11,1-10 Plin. nat. 13,43-46\* | 12,1-4 ex Tort. dactylus | 4-6 Plin. nat. 13,50\* | 13,1 ex Plin. nat. 5,70 | 2 palma uictoria] ex. Tort. s.d.L ? | 2-4 Gell. 3,6,3\* (ex Plut. Quaest. conu. 724E) | 5-8 Gell. 3,6,2\* (Arist. frg. 229 Rose = 757 Gigon)

10,2 Babiloniae o : Babiloniae va || 3 orto v || 4 optinet Uo : obtinet v : obtinent a || 5 nouimus] -o- U<sup>2</sup> in ras. || σὺς U<sup>2</sup>v : συς o : σὺν a || ἄγροτος a (recte) : ἀγρός U<sup>2</sup> : αγρίος ov || 6 Posthac ova || 11,1 scandalidum] scandalorum a || 2 Aethyopia v || 3 uberrimo ova || quod om. U || 4 capitae o || 5 Hiericuntae o : Hiericuniae v || 6 sapore ova : sopore U || praedulcis o || 7 praecipue ova || spetiosae correxi iuxta 2,314-5 : speciosae U || 8 adelphides] delphides ov || 9 daei oa : daei v || 12,2 est dictus ov || 5 legunt v || 13,4 cedat oa

imponantur et adeo urgeatur oneretur que lignum, ut magnitudo oneris sustineri non possit, non deorsum palma caedit, ut caeterae arbores faciunt, sed aduersus pondus surgit et sursum nititur recuruatur que, ut pondus reiiciat. Á palma uero, quam uictoriam significat, palmata siue palmaris toga dicta est, qua triumphantes, ut superius diximus, et qui palmam meruerant utebantur.

14 Item á palma manus extrema pars remi palmula dicitur, in palmae modum protenta. **Virgilius**: “Et leuas stringat sine palmula cautes”. Item palmus mensurae genus uulgo notum. Á graeco uero huius arboris nomine, quod est phoenix, phoeniceus deducitur, quod est purpureus, quoniam eo colore sunt palmarum fructus; antequam sole coquantur. Et Phoenice prouintia, á qua Phoenice sydus, Phoenicia, Phoenicum mare, Phoenix uentus, Phoenissa, Phoenices, Poenus, Punicus, phoenix auis, phoenicopterus, de quibus superius disseruimus. Sed illud obiter addendum hoc loco uidetur non defuisse claros autores, qui phoenicem auem non á purpureo alarum colore nominatam uelint, sed á phoenices, hoc est palmae arbore, quam paulo ante syagron appellari diximus, cuius generis unicam esse prodiderunt, quae cum phoenice aue moritur ac renascitur ex se ipsa pomis refercta.

15 ROSIDA. Humore oculorum meorum, quasi rore perfusa. PERNEVERIT. Finguntur enim Parcae lanificae esse et uitam hominum nendo ducere, ut superius diximus. Neo est filum torqueo, á quo perneo et necto frequentatium, quod est ligo, quia torquendo ligamus; et nodus quo ligato firmatur; et nodosus nodis plenus; et enodus sine nodo. Et nodo uerbum, hoc est nodum adhibeo, á quo innodo compositum et contraria eius denodo, enodo atque renodo, quae significant nodum soluo, et subnodo nodum subter facio, et connodo simul nodo; et nodose ad- (f° 654r) uerbiu cum nodis. Et internodia ligaturae, quae in medio sunt. **Plynius**: “Harundinum internodia”. Á necto uero fit nexus, nexio et alia ab eo deriuata atque composita, de quibus superius disseruimus. IACERE. Sepultos esse, quemadmodum superius diximus.

13,8-10 ex Seru. *Aen.* 11,334 [= *Isid. orig.* 19,24,5] | 10 2,423 | 14,1-2 Seru. *Aen.* 5,163 uel Tort. *s.d.L.* (Verg. *Aen.* 5,163) | 2-3 ex Balb. *palmus* | 3-5 ex Gell. 2,26,9 | 7 ex Tort. *phoenix* | 7-8 16,10-11 | 8-12 ex Plin. *nat.* 13,42. [cf. et. *corn.c.* 16,11] | 10-11 117,10 | 15,1 Mart. 1,88,6 | ex Gloss. V,145,5 uel Pap. *roseidum* ? | 2 Mart. 1,88,9 | 3 2,612 | ex Gloss. IV,123,41 uel Pap. *neo* uel Hug. *neo* uel Balb. *neo* ? | 3-4 ex P.Fest. 164 uel Gloss. IV,123,6 uel Balb. *necto*. [cf. et. *corn.c.* 27,45] | 5 nodosus-plenus] Hug. *nodus*\* | Seru. *georg.* 2,65\* uel Tort. *s.d.X* | 6-7 ex Non. 15 uel Hug. *nodo* uel Balb. *nodus* ? | 7-8 ex Balb. *nodus* ? | 8 nodose-nodis] ex Hug. *nodus* ? | 9 ex Plin. *nat.* 7,21 uel Mela 3,62 | 10 ex Hug. *nexo* | 10-11 27,45 | 11 Mart. 1,88,10 | 14,12

13,6 ligno *ova* || 7 cedit *a* || caeterae *o* : caetaerae *v* || 14,2 laeua *oa* : leuat *v* || 3 *palmus*] *palmulus v* || mensura *o* || genus *om.* *v* || 5 Phoenicae *oa* || 6 Phoenice] Phenic *ova* || Phoenicia] Phenicia *v* || Phoenicum mare] Phenicium mare *v* || 6-7 uentus-Punicus *om.* *ova* || 10 pauloante *o* || 11 prodiderunt] prouiderunt *v* || 12 seipsa *v* || refercta] defricta *v* : refercta *a* || 15,1 ROSIDA] SORDIDA *v* : ROSCIDA *a* || 2 PERNEVERIT] peruenerit *ova* || 5 et enodus] enodus *ov* || 7 subterfacio *o* || 9 Arundinum *a* || uero *om.* *v* || 11 sepultum *ova*



## AD CINNAM. EPIGRAMMA CXVIII.

1 GARRIS IN AVREM. Facete in Cinnam inuehitur, qui quadam  
 maledicendi consuetudine loqui semper in auribus solebat, etiam si Caesarem  
 laudaret. Hic Cinnamus uocabatur, sed detracta ultima syllaba Cinna dici uolebat,  
 unde lepide cum eo alibi iocatur poeta: "Cinnam, Cinname, te iubes uocari. Non  
 5 est hoc, rogo, Cinna barbarismus? Tu si Furius ante dictus esses, Fur ista ratione  
 dicereris". Alibi quoque maledicentiam eius hoc disticho exprimit: "Versiculos in  
 me narratur scribere Cinna. Non scribit, cuius carmina nemo legit". GARRIS.  
 Insusurras, inepte obstrepis, de quo superius diximus. (c. 1011) Hoc genus  
 10 hominum proprie susurrone uocamus, hoc est maledicos et linguaces, quia non  
 aperte loquuntur, sed uoce demissa in aures hominum obstrepunt potius quam  
 loquantur, quod facticium uerbum est.

2 Et similiter alio facticio uerbo susurrare dicitur, á quo insusurrare in  
 aureis hominum obstrepere, et talis uox susurrus et in neutro susurrum  
 appellatur. Et susurrator atque insusurrator pro eo usurpatur qui occulte  
 maledicendo odium in aliquem aut dissensionem molitur; et susurratio atque  
 5 insusurratio pro maledicentia. Idem alio quoque facticio uerbo quidam gannire  
 dicunt, sed hoc proprie uulpium est; usurpatur aliquando pro eo quod est  
 obstrepere et ueluti uapulantis uocem emittere. Terentius: "Quid ille gannit?  
 Quid uult?" Ab eo fit compositum obgannio. ET ILLVD. Etiam illud, quod  
 liceret loqui populo audiente.

1,1 Mart. 1,89,1 | 1-3 ex Cald. | 4-6 Mart. 6,17,1-4 | 6-7 Mart. 3,9,1-2 | 7 Mart. 1,89,1 | 8 Non.  
 117\* | 41,43 | 8-11 ex Hug. *susurro* | 2,2-3 talis-appellatur] ex Hug. *susurro* | 6-7 ex Tort. *s.d.B*  
 || 7-8 et-uult] Don. et Ter. *Ad.* 556 | 8 ex Tort. *s.d.B* | Mart. 1,89,2

EPIGRAMMA. CXVIII. AD CINNAM. *a* || 1,1 GARIS *a* || 4 Cynnam, Cynname *ov* || uocari] uouari *v* || 5 hoc] hic *ov* || 7 GARRIS] Garis *a* || 2,2 talis] taiis *v* || 3 occulte *o* || 4 molitur *o* || 5 facticio *va* || 7 gannit] gannitur *v*

3 PLORAS. Fles. Hinc ploratus deducitur, quod fletum significat. Á ploro  
 composita fiunt deploro defleo, exploro quod ueteres usurpabant pro exclamo et  
 cum fletu quodam uocifero. **Varro**: “Gemit, explorat, turbam omnem concitat”.  
 Á quo tractum est, ut explorare capiatur pro eo quod est intentius ac etiam cum  
 5 uoce inquirere. **Virgilius**: “Exire locos que Explorare nouos”. Itaque  
 speculatorem ab exploratore ita distin- (f° 654v) guebant, ut speculator esset qui  
 hostilia cum silentio prospiceret; explorator uero qui acta clamore cognosceret.  
 Inualuit tamen usus, ut exploratores dicantur tam ii, qui hostium nostrorum  
 secreta inuestigant et referunt nobis, quam et ii qui secreta nostra hostibus  
 10 nuntiant, quos pro proditoribus haberi leges diffiniunt et poena capitis damnant.

4 Explorare etiam interdum pro obseruare accipitur. **Virgilius**: “Trepidi  
 formidine portas Explorant”. Interdum pro comperire. **Cicero**: “Quis est tam  
 stultus, quamuis adolescens, cui sit exploratum se ad uesperum esse uicturum?”  
 Non nunquam pro siccare, quasi ploratum atque humorem omnem extrahere.  
 5 **Virgilius**: “Et suspensa focus explorat robora fumus”. Quandoque pro  
 deliberare. **Idem**: “Tuus ó regina quid optes Explorare labor; mihi iussa  
 capessere fas est”. Imploro, quod est auxilium cum misericordia et quasi cum  
 lachrymis posco. **Virgilius**: “Nanque aliud quid sit, quod iam implorare  
 queamus”. Comploro simul fleo.

3,1 Mart. 1,89,3 | ex Isid. *diff.* 1,425 ? | 2-3 P.Fest. 79\* | 3 Varro ? *fr. inc.* 64 | 4-5 Non. 294\*  
 (Verg. *Aen.* 1,306-7) | 5-7 P.Fest. 79\* | 4,1-5 Non. 294\* (Verg. *Aen.* 9,169-170; Cic. *Cato* 67;  
 Verg. *georg.* 1,175) | 5-7 ex Seru. et Verg. *Aen.* 1,77 | 7-9 Seru.\* et Verg. *Aen.* 10,19

3,1 deducitur] ducitur *ova* || 9 referant *ova* || 10 nuntiant *ov* || 4,3 aduesperum *o* || 4 ploratum]  
 prolatum *a* || 5 pro *om.* v || 9 quaeamus v

- 5 Ab his deploratio, exploratio, imploratio et comploratio deducuntur. Quidam ploro et plango ita distingunt ut plorare sit uoce flebili et effusa dolorem suum aperire, plangere uero percussione ac uerberatione pectoris, capitis, uultus, aliorum ue membrorum se in dolore afficere. Vnde plangere
- 5 aliquando pro percutere accipitur. **Lucillius**: "Et plangunt littora fluctus". Ab eo fit plangor et planctus, hoc est fletus impatiens cum corporis percussione. Eiulare uero est uoce in altum sublata plorare, á quo eiulatio siue eiulatus dicitur ploratus rationis expers. Est que uerbum facticium quemadmodum lessus. Ita
- 10 enim á ueteribus dicebatur lugubris eiulatio, unde est lex illa apud **Ciceronem**: Mulieres genas ne <radunto>, ne ue lessum funeris ergò <faciant>. SEDET. Placet, ut superius diximus. **Virgilius**: "Idque pio sedet Aeneae probat autor Acestes".

5,2-5 Valla *eleg.* 5,52 | 5 Lucil.? *fr. inc.* 7 ex Valla *eleg.* 5,52 [ex Verg. *georg.* 1,334] | 7 ex Valla *eleg.* 5,52 + Pap. *eiulare* | 7-8 ex Balb. *eiulor* [ex Gloss. IV,61,9 uel Pap. *eiulatus*] | 8-10 Cic. *leg.* 2,59\* (lex XII tab. 10,4) | 10 Mart. 1,89,5 | 11 2,791 | 11-12 Non. 404 (Verg. *Aen.* 5,418)

5,1 his *o* || imploratio *U p.c.* : impioratio *U a.c.* || 2 distinguunt *v* || effusa] offusa *o* : obfusa *v* | 5 Et plangunt] Et *om. ova* || 8 lessus] laesus *v* || 9 est *om. v* || 10 Mulieris *ova* || radunto *om. U, sed spatium pro uerbo habet* || lesus *v* || faciant *om. U, sed spatium pro uerbo habet* || 12 Acestes] acs *v*

## AD BASSAM. EPIGRAMMA CXVIII.

1 QVOD NVNQVAM MARIBVS. In Bassam inuehitur, quae portentoso  
 coitus genere in sexum suum libidinem exercebat. Huiusmodi mulieres ἀπὸ τοῦ  
 τριβείν, quod fricare est, tribades dicuntur, hoc est fricatrices. Notat eas  
 5 **Iuuenalis**, qum inquit: "Frictum crissantis adorat". Et **Martialis** alibi:  
 "Ipsarum tribadam tribas (f° 655r) philenis". NVLLA FABVLA. Nullus sermo,  
 nulla confabulatio. OBI- (c. 1012) BAT. Exequebatur. VIRO. Mare.  
 LVCRETIA. Lucretiae similis castitate. Haec Collatini uxor fuit, mulier ut  
 pulchritudine corporis, ita pudicitia et animi magnitudine insignis.

2 Coenabat aliquando apud Sextum Tarquinium in castris Tarquinus,  
 Egerii filius, et unà Collatinus, Lucretiae uir, inter quos orto forte de eorum  
 uxoribus sermone, dum suam quisque laudaret, Collatinus nullam suae praeferri  
 oportere affirmabat, facile hoc iudicari posse, si inopinato sese illarum oculis  
 5 exhibeant. Communi itaque consilio equos conscendunt et citato cursu aduolant  
 Romam, quo qum primis tenebris peruenissent, offendunt regias nurus in  
 conuiuio luxu que cum aequalibus tempus terentes. Pergunt inde Collatiam,  
 oppidum Romae propinquum, ubi Lucretia erat; hanc nocte sera deditam lanae  
 inter lucubrantes ancillas in medio aedium sedentem inueniunt. Muliebris  
 10 certaminis laus penes Lucretiam fuit. Á qua adueniente uiro Tarquiniis que  
 benigne susceptis, uictor maritus regios iuuenes inuitat. Ibi Sextus Tarquinus  
 libidine stuprandae per uim Lucretiae incenditur, ad quod eum tum forma, tum  
 spectata castitas magis atque magis stimulat. Ac tum quidem é nocturno ludo in  
 castra rediere.

3 Paucis uero interiectis diebus Sextus Tarquinus, inscio Collatino, uno  
 tantum comitatus Collatiam uenit, ubi benigne ab ignaris consilii exceptus, qum  
 post coenam ductus in cubiculum hospitale fuisset, amore ardens, postquam sopiti

1,1 Mart. 1,90,1 | 1-2 ex Cald. | 2-3 ἀπό-est] ex Gloss. II,458,56 | 3-4 ex Cald. (Iuu. 6,322) et  
 Cald. 7,67,1 | 4-5 Mart. 7,70,1 | 5 Mart. 1,90,2\* | 5-6 FABVLA-confabulatio] cf. *corn. c.* 1,198 |  
 6 Mart. 1,90,3 | OBIBAT. Exequebatur] ex Valla *eleg.* 5,44 uel Tort. *s.d.B* ? | Mart. 1,90,4 | 7  
 Mart. 1,90,5 | 2,1-14 Liu. 1,57,6-11\* | 3,1-11 Liu. 1,58,1-4

EPIGRAMMA. CXIX. AD BASSAM. a || 1,1 portentoso v || 2 coirus o || 4 frictum] fructum v ||  
 7 LVCRECIA o || 2,1 cenabat o || Tarquinuim o || Tarquinus U : Tarquinus ova || 5 exhibeant o || 8  
 hanc] ac v || 10 Tarquiniis que] que *om. ova* || 12 tum] tunc a || 3,2 exceptus] susceptus ova || 3  
 post quam v

5 omnes uidebantur, stricto gladio iam dormientem Lucretiam adit sinistra que  
 manu mulieris pectore oppresso 'Tace, Lucretia' inquit 'Sextus Tarquinius sum,  
 ferrum in manu est, morieris si uocem emiseris'. Quam pauca é somno mulier  
 mortem sibi imminenter uideret, Tarquinius fateri amorem, orare, miscere  
 precibus minas, uersare in omnes partes muliebrem animum coepit; ubi  
 10 obstinatam et ne metu quidem mortis inclinari posse animaduertit, addidit ad  
 mortem dedecus et iugulaturum se seruum et mortuum apud eam mortuam  
 positurum ait, ut in sordido adulterio necata uideretur.

4 Quo terrore, quam tandem obstinatam pudicitiam uicisset, ferox inde  
 quasi expugnato muliebri decore reuersus est. Lucretia maesta, missis nuntiis, é  
 Roma (f° 655v) uirum, ex Ardea patrem aduocat, ut cum singulis amicis ed  
 statim ueniant. Sp. Lucretius cum P. Valerio et Collatinus cum L. Iunio Bruto  
 5 statim ueniunt. Lucretiam maestam in cubiculo sedentem inueniunt; aduentu  
 suorum continere lachrimas non potuit, quam que eius rei causam quaereret  
 Collatinus et saluae ne res essent interrogaret, 'Ecquid', inquit, 'salui esse mulieri  
 potest ammissa pudicitia? Vestigia uiri alieni, Collatine, in lecto tuo sunt, sed  
 corpus tantum uiolatum est, animus insons. Mors testis erit. Verum date dextras  
 10 fidem que haud impune adultero fore'. Tum rem ordine gestam memorat. Illi  
 dant fidem, consolantur aegram, noxam; á coacta in autorem delicti auertunt;  
 addunt mentem esse quae peccat, non corpus et unde consilium abfuerit culpam  
 abesse.

5 Tum Lucretia 'Quid illi', inquit, 'debeant, uos uidebitis. Ego me quamuis  
 peccato absoluo, supplicio non libero, nec ulla posthac impudica Lucretiae  
 exemplo uiuet'. Statim que cultrum, quem sub ueste abditum habebat, in corde  
 defixit prolapsa que in uulnus moribunda cecidit. COMMITTERE. Coniungere.  
 5 PRODIGIOSA. Contra naturam. Quippe contra naturam est mulierem cum  
 muliere concumbere. VENVS. Libido, unde mascula uenus dicitur libido in  
 mares. MENTITVR VIRVM. Quoniam facit. Facere autem uiri proprium est,  
 sicut pati mulieris. THEBANO AENIGMATE. Quaestione á Sphinge proposita,  
 quam soluit Oedipus, de quo superius diximus. ADVLTERIVM. Quia concubitus  
 10 cum aliena siue non sua uxore adulterium est. Bassa autem cum aliena uxore  
 concumbebat.

4,1-13 Liu. 1,58,5-9\* | 5,1-4 Liu. 1,58,10-12\* | 4 Mart. 1,90,7 | COMMITTERE-Coniungere] Non. 248 | 5 Mart. 1,90,8 | 6 Mart. 1,90,8 | 7 Mart. 1,90,8 | 8 Mart. 1,90,9 | 8-9 ex Cald. | 9 38,42-44 | Mart. 1,90,10

3,5 oppraesso v || 8 praecibus v || 9 addit a || 10 et iugulaturum] et om. v || 11 posituram o || 4,2 muliebri] -e- add. U s.l. || moesta ova || nunciis v || 4 ueniat v || 5 Lucretiam-inueniunt om. ova || 7 salue o || interrogarent ov || 8 ammissa Uo : amissa va || 5,2 nec om. v || post hac v || 3 abditum om. ova || 5 Quippe-naturam om. ova || 6 VENVS-libido] VENVS: libido in mares v || 7 uiri] uiti v || proprium om. v || 8 ENIGMATE v || 9 Oedippus v

## (c. 1013) AD LAELIVM. EPIGRAMMA CXX.

1 CVM TVA NON AEDAS. Apertum distichon ad Laelium Martialis  
 carmina carpentem. Hortatur eum, ut uel sua aedat, uel desinat aliena  
 reprehendere. CARPIS. Reprehendis. Carpere proprie est auferre. **Virgilius:**  
 "Insere, Daphni, piros; carpente tua poma nepotes". Per metaphoram tamen pro  
 5 uarietate rei patientis uaria habet significata. Nam carpere uiam est ambulare.  
**Papinius:** "Sed iam carpe uiam". Carpere linum est euellere. **Plinius:** (f° 656r)  
 "Herbas que cum semine et radicibus carpunt". Carpere uitales auras haurire.  
**Virgilius:** "Vitales carpinus auras". Carpere lanam attenuare. **Idem:** "Nec  
 10 nocturna quidem carpentes pensa puellae Nesciuere hyemem". Carpere agrum  
 celeriter praeterire. **Idem:** "Et acri carpere prata fuga". Carpere hominem  
 reprehendere, quasi dentibus lacerare. **Martialis:** "Carpere uel noli nostra uel  
 aede tua". Carpere cibum pasci. **Virgilius:** "Carpamus, dum mane nouum, dum  
 gramina canent".

2 Á carpo caper et capra deducuntur cum eorum deriuatiuis atque  
 compositis, de quibus superius locuti sumus; et carptim aduerbium, quod signifi-

1,1 Mart. 1,91,1 | 2-3 ex Mart. 1,91,2 | 3 Mart. 1,91,1 | CARPIS. Reprehendis] ex Hug. *carpo*  
 uel Balb. *carpo* ? | 3-4 Non. 252 (Verg. *ecl.* 9,50) | 6 Verg. [non Papinius] *Aen.* 6,629 | carpere-  
 euellere] ex Valla *eleg.* 6,6 | 7 Plin.? | 7-8 ex Seru. *Aen.* 1,388 ? | 8 Verg. *Aen.* 1,387-8\* | 8-10  
 Non. 252\* uel Valla *eleg.* 6,6\* (Verg. *georg.* 1,390-1; Verg. *georg.* 3,141-2) | 11-12 Mart.  
 1,91,2 | 12-13 Non. 252\* (Verg. *georg.* 3,325) | 2,1 ex Isid. *orig.* 12,1,15 | 2 3,247 | 2-3 Valla  
*eleg.* 6,20

EPIGRAMMA. CXX. AD LAELIVM. a || 1,1 EDAS a || Apertum] Asperum a || 2 edat a || 3  
 repraehendere v || repraehendis v || 7 cum] om. v || 9 Nesciuere] Nec sciure v || 10 acri] aari o :  
 arari v || 11 repraehendere v || 12 ede a

cat hinc atque hinc carpando non ipsam seriem sequendo. Et composita: decerpo,  
 5 quod est aliquid ex aliqua re detraho, unde decermina dicuntur quae decerpuntur  
 purgandi gratia. Excerpo secernendo extraho, unde excerpta dicimus quae ex  
 libris, quos legimus, ueluti flosculos quosdam extrahimus priuatim que  
 conscribimus; quidam excerptiones et excerptiunculas nominant. Discerpo quod  
 10 est distraho, discindo. **Varro**: “Duabus que admotis quadrigis alligatum corpus  
 equis in diuersum iter concitatis discerpserunt”. Carpis Scythiae fluuius est;  
 Carpathus insula inter Aegyptum et Rhodum, quae nomen dedit mari Carpathio.  
 Carpophorus proprium nomen, cuius superius mentionem fecimus, non á  
 carpando, sed ἀπὸ τοῦ φέρειν τὸν καρπὸν, hoc est á ferendo fructu appellatus, qui  
 dici Latine ad uerbum fructifer potest.

2,3-4 composita-detraho] ex Hug. *carpo* | 4-5 P.Fest. 72 | 5 Excerpo-extraho] ex Hug. *carpo* ? |  
 5-7 ex Gell. 17,21,1 ? | 7-8 ex Hug. *carpo* ? | 8-9 Varro ? *fr. inc.* 65 ex Liu. 1,28,10 | 9 Tort.  
*Carpis*\* | 10 Tort. *Carpathus*\* et Plin. *nat.* 4,71\* | 11 6,331 | 11-13 ex Tort. *Carpophorus* | 11-12  
 non-appellatus *cf. et. corn.c.* 15,3

2,3 hinc<sup>2</sup> *add. U s.l.* || seriom *U a.c.* || 6 slosculos *U a.c.* || 7 excerptiunculas *o* || 9 discerpere *v* ||  
 Scythae *v* || 10 Carpatio *v* || 12 απο του φερειν τον καρπον *o*: αποτου φερειν τον καρπον *v* ||  
 κάρπος *U*<sup>2</sup> || 13 aduerbium *v*



## AD MAMVRIANVM. EPIGRAMMA CXXI.

1 SAEPE MIHI QVERITVR. Lepidum epigramma, plurimum tamen fellis  
 habens, in Mamurianum, qui ad extremam calamitatem redactus lasciuire tamen  
 cum puero Martialis non erubescibat. NON SICCIS. Lachrymantibus. TANGI  
 DIGITO. Mos lasciuientium est puerorum clunes anum que et feminarum pubem  
 5 digitis contrectare. **Ouidius**: “Inueniunt digiti quid agant in partibus illis, In  
 quibus occulte spicula figit amor”. NEC SPONDA NVDI GRABATI. Ne lecti  
 quidem fragmentum sine culcitra. Sic inferius: “Nulla tegit fractos, nec inanis  
 culcitra lectos”. SPONDA. Latus: spondae enim tabulae sunt, (f° 656v) quae  
 utrinque sustinent lectum. NVDI. Sine culcitra. GRABATI. Lecti. Grabatum  
 10 proprie uocamus exiguum lectum, in quo meridiari solemus, dictum carabatum,  
 quod in eo capite recumbamus: κάραν enim caput, βατόν peruium Graeci  
 appellant; ab eo fit diminutiuum grabatulus.

2 NEC CVRTVS CHIONES ANTIOPES QVE CALIX. Et ne fractus  
 quidem ac meretricius calix. Chione et Antiope meretricularum nomina sunt,  
 quarum mos est immunda ac fracta pocula mensae apponere. CALIX. Vas po-  
 torium. Calix est rotunda spetie, quod uocabulum á Graecis mutuati sumus, apud  
 5 quos κύλιξ uocatur ἀπό τοῦ κύλιω, quod est uoluo, roto. **Cicero**: “Quid hic calix  
 mulsi impingendus (c. 1014) est, ut plorare se desinat”. **Varro** tamen á calido  
 uocatum calicem putat, quod calida eo haurire solebant. CVRTVS. Fractus, non  
 integer dictus, ut quidam putant, quasi carens toto. **Ouidius**: “Ara fit huc ignem  
 curta fert rustica testa”. **Iuuenalis**: “Qum curta et scissa fenestris Vasa cadunt”.  
 10 CEREAE. Vncta, ut superius diximus.

1,1 Mart. 1,92,1 | 2-3 ex Cald. | 3 Mart. 1,92,1 | 3-4 Mart. 1,92,2 | 5-6 Ou. *ars* 2,707-8\* | 6  
 Mart. 1,92,5\* | 7-8 Mart. 5,62,5 | 8 Mart. 1,92,5 | 9 Mart. 1,92,5 | NVDI-culcitra] ex Cald.  
 11,56,5 | Mart. 1,92,5 | 9-10 ex Cald. | 10-11 ex Pap. *grabatum* uel Hug. *grabatum* | 2,1 Mart.  
 1,92,6 | 2-3 ex Cald. | 3 Mart. 1,92,6 | 3-4 ex P.Fest. 51 *culigna* [cf. et. *corn.c.* 2,740] | 4-5 ex  
 Tort. *calix* [ex Ps Acr. *ars* 52] | 5-6 ex Non. 545 (Cic. *Tusc.* 3,44) | 6-7 Varro *ling.* 5,127 | 7  
 Mart. 1,92,6 | CVRTVS-fractus] ex Cald. | 8-9 Ou. *fast.* 2,645 | 9 Iuu. 3,270-1\* | 10 Mart.  
 1,92,7 | 3,303

EPIGRAMMA CXXI. AD MAMVRIANVM. a || 1,4 lasciuientium v || pubes v || 5 contrectare ova  
 : connectare U || 6 ne] nec ova || 10 in quo] quo a || dictum quasi ova || carabatum v || 11 βάτον U<sup>2</sup>  
 : βατον ον || 2,2 meretricius a || 2-3 Chione-CALIX bis scrips.v || 5 αποτου κύλιω ο : αποτου  
 κύλιη v || 8 huc] huic v

3 LVMBIS. Tergo. Lumbi enim sunt qui spinae adhaerent, in quibus est pruritus libidinis. Spina ipsa ossea est tereti structura per media foramina á cerebro medulla descendente, cui eandem quam cerebro naturam esse existimant, quoniam praetenui eius membrana incisa statim expiretur. Á lumbis lumbago deducitur, quae est uitium et debilitas lumborum. Et elumbis siue elumbus qui lumbos debilitatos habet ita, ut aegre ingrediatur ac se erigat. Et delumbo uerbum, quod significat lumbos debilito, quandoque etiam lumbos extraho. Vnde et delumbatum siue elumbem aprum dicimus, cui lumbi sunt extracti. GALLICA PALLA. Vestis genus, de quo superius diximus.

4 NIDORE. Odore. Nidor proprie dicitur odor cuiuscunque rei adustae á nitore ignis, unde et nidere et renidere aliquando odorem aliquando fulgorem reddere significant. **Iuuenalis**: “Captum te nidore suae putat esse culinae”. **Plautus**: “Tota renidet domus”. Quidam nidum hinc deductum uolunt, quod foedi et mali odoris sint auium cubilia; nidi enim pennatorum cubilia dicuntur, quamuis interdum nidus et pro ipsis auibus usurpatur, (f° 657r) quasi continens pro contento. **Virgilius**: “Ipsae que uolantes Ore ferunt dulcem nidis immitibus escam”. Hinc fit nidifico uerbum, á quo nidificatio. Item nidulor idem quod nidifico. **Varro**: “Quibus temporibus halcyones in mari nidulantur”. Nidus etiam uasis genus est, á nidorum similitudine ita appellatus. **Idem**: “Nympha que é lacuna fontium allata nidos implent”. Item nidos dicimus, in quibus merces in tabernis separatim ac distinctae tenentur. **Martialis**: “De primo dabit altero ue nido Rasum pumice purpura que cultem”. PRONVS. Incuruatus, de quo superius diximus.

3,1 Mart. 1,92,7 | lumbi-adhaerent] ex Plin. nat. 11,178 | 1-2 ex Isid. orig. 11,1,98 | 2-4 Plin. nat. 11,178\* | 4-5 P.Fest. 120 | 5-6 ex Balb. elumbis ? | 6-7 delumbo-extraho] ex Plin. nat. 28,36 ? | 8 ex P.Fest. 76 ? | 8-9 Mart. 1,92,8 | 9 2,427 | 4,1 Mart. 1,92,9 | 1-2 Pap. nidor\* | 2 ex Pap. renidere | 3 Iuu. 5,162 | 4 Plaut.? fr. inc. 205 ex Plaut. tru. 354 + Lucr. 2,27 | 5-8 ex Non. 459 (Verg. georg. 4,16-17\*) | 8-9 ex Non. 145 (Varro frg.) | 9-11 ex Non. 145 (Varro frg.) | 11-12 ex Cald. 1,117,15-16 | 12-13 Mart. 1,117,15-16 | 13 Mart. 1,92,10 | 13-14 9,17

3,1 adherent v || 2 libidins v || 6 delumbo] -o U<sup>2</sup> in ras. || 7 quando v || 4,5 enim om. ov || dicunt o || 6 et] etiam v || usurpatur a || 7 immitibus ova : in milibus U | 10 Nympha Uov : Lympha a || 11 allata nidos] allata nidoris v || 12 distincte a || 13 cultem U : culteum o : cultreum v : cultum a (recte)

5 5 FODIAM CVLVM DIGITO, ut tu puero meo facis. Digitus, ut non nulli  
 putant, á digerendo deducitur, quod natura miro ac decentissimo ordine digitos  
 digesserit, hoc est disposuerit, uno á caeteris ita separato, ut et cum ipsa manu  
 oriatur et in diuersum ipsius manus findatur, qui se ueluti obuium caeteris  
 10 prebens omnem tenendi faciendi que rationem uel solus uel praecipue possidet,  
 tanquam rector omnium atque moderator. Caeteris deinde sequentibus digitis  
 quibusdam longioribus, quibusdam breuioribus, item aliis crassioribus, aliis  
 tenuioribus, de quibus superius locuti sumus. Praelongos digitos, scribit  
 Aristoteles, uitae breuiori[bu]s argumentum esse, quemadmodum dentes raros,  
 15 plumbeum colorem, plures que in manu incisuras, nec perpetuas; contra uero  
 longae esse uitae incuruos humeris et in manu unà duas incisuras longas habentes  
 et plures quam triginta duos <dentes> habentes, amplis auribus; mirum certe  
 friuola haec tantum autorem persecutum esse.

6 At Trogus, et ipse autor seuerissimus morum quoque argumenta  
 addidit: "Magnam frontem segnem animum significare, paruam mobilem,  
 rotundam iracundam, porrecta in rectum supercilia mollem, iuxta nasum flexa  
 austerum, iuxta tempora inflexa derisorem, in totum demissa maleuolum atque  
 5 inuidum, longos oculos maleficum, carnosos á naribus angulos malitiosum, parte  
 candidi extenta impudentem, auricularum denique magnitudinem loquacitatis et  
 stultitiae notam esse". Á digitus fit indigito uerbum et digitellus herba, de quibus  
 superius locuti sumus. OLIM. Iam longo tempore praeterito. Olim enim  
 aliquando tempus praeteritum significat. Virgilius: "Tumidis quod fluctibus  
 10 olim Tunditur". Aliquando futurum. Idem: "Progeniem sed (f° 657v) enim  
 Troiano á sanguine duci Audierat, Tyrias olim quae uerteret arces".

5,1 Mart. 1,92,11-12\* | 1-3 ex Isid. orig. 11,1,70 [ex Lact. opif. 23] | 3-6 uno-moderator] Lact.  
 opif. 24 | 8 3,327 | 8-13 Plin. nat. 11,273-4\* (Arist. frg. 286 Rose = 273,13 Gigon) | 6,1-7 Plin.  
 nat. 11,274-6\* | 7 ex Hug. digitus uel Balb. digitus | 7-8 3,452 indigito. 3,179 digitellum | 8  
 Mart. 1,92,11 | 8-10 Seru. Aen. 1,20\* (Verg. Aen. 5,125-6\*) | 10-11 Verg. Aen. 1,19-20\*

5,1 CVLVM] OCVLVM a || 3 degesserit a || uno] -o U<sup>2</sup> in ras. || 4 indiuersum a || 5 praebens ova ||  
 praecipuae o || 7-8 aliis<sup>1</sup>-tenuioribus] aliis tenuioribus om. v : aliis tenuioribus, item aliis  
 crassioribus a || 9 Aristotiles o || breuioris ova : breuioribus U || 11 in curuos o || 12 dua o || dentes  
 om. U, sed habent ova (recte iuxta Plinium) || 6,3 iracundum ova || 4 maliuolum v || 5 carnosus v ||  
 angulos] oculos a || 9 preteritum o || tumidis] Temidis o : Timidis v || flutibus a || 11 Tyrias] Tيروس  
 o

7 OCVLVM QVI SUPERAT. Luscus enim erat, hoc est altero lu- (c. 1015) mine orbus. ZELOTYPVM. Sollicitum de pueri amore, ne á quoquam tangatur. Zelotypus emulato formae interpretari potest: nam, ζήλος emulatio est, τύπος forma. Qui igitur ita amat, ut sollicitus sit, ne quis amore suo perfruatur, 5 zelotypus est. Et zelotypia diffinitur á **Chrysippo** aegritudo animi ex eo proueniens, quod timeas ne assit alteri, quod cum nemine uelis habere commune. MALIGNVM. Inuidum, de quo superius diximus. SATVR. Quando non deerit tibi quod edas: nam sine Cerere et Libero friget Venus.

7,1 Mart. 1,92,12\* | 1-2 ex Isid. *orig.* 10,163 ? | 2 Mart. 1,92,13 | 3-6 Tort. *zelotypus\** [ex Diog. Laert. 7,111] | 7 Mart. 1,92,13 | 6,5 | Mart. 1,92,14 | 7-8 ex Cald. [ex Ter. *Eun.* 732 uel Cic. *nat. deor.* 2,60 (Ter. *Eun.* 732)]

7,2 ZELOTIPum v || 3 interpraetari v || ζύλος *U*<sup>2</sup>: ζήλος o: θηκος v || 5 zelotipus v || 6 times v || adsit a || 8 edas] aedas v

## DE AQVINO ET FABRITIO. EPIGRAMMA CXXII.

1 FABRITIO IVNCTVS. Epitaphium Aquini et Fabritii qui, et si ambo primipilares essent, tanta tamen inter se, quod raro dignitate paribus accidit, beniuolentia coniuncti fuere, ut uterque praemori uoluisset, ne superstitem flentem uideret. FABRITIO. Prius mortuo. QVI. Fabritius. ELYSIAS DOMOS.  
 5 Habitacula Elysii campi. Elysium campum ueteres putauerunt esse in medio inferorum, in quo piorum animae quiescerent post dissolutionem earum á corpore. **Virgilius**: “Solem que suum, sua sydera norunt”. Philosophi Elysium dixerunt esse in insulis fortunatis. **Horatius**: “Nos manet Oceanus circumuagus, arua beati Petamus arua diuites et insulas, Reddit ubi Cererem tellus inarata  
 10 quotannis et imputata floret usque uinea”. Has **Salustius** scripsit carminibus Homeri inclytas esse.

2 Fuerunt etiam qui Elysium scriberent esse circa lunarem circulum, ubi purior est aer. **Virgilius**: “Aeris in campis”. Graeci ἠλύσιον πεδίον uocant ἀπὸ τῆς ἠλύσεως, hoc est á profectioe, quod qui sancte et iuste uixerunt, ad eos proficiscantur. ARA DVPLEX. Vtrique sua ara posita erat et in utraque nomen  
 5 defuncti cum titulo primipilatus inscriptum. MVNERA. officium. FOEDERE. Coniunctione officii, hoc est primipilatus. Foedus enim licet proprie pactionem illam significet, quae fit inter hostes, dum á (f° 658r) bello disceditur; abusiue tamen pro quacunque coniunctione accipitur. Vnde foedus amoris, foedus beneuolentiae, foedus amicitiae, foedus officii dicimus. SACRO. Epitheton  
 10 foederis sacrum est, quia porca in faciendo foedere sacrabatur et sacra uerba addebantur, ut superius ostendimus. IVNCTVS VTERQVE SACRO. Sensus est: uterque primipilaris fuit et tamen uterque sibi inuicem amicus, quod fama raro nouit, quia inter eos qui dignitate sunt pares solet esse inuidia.

1,1 Mart. 1,93,1 | 1-4 ex Cald. | 4 Mart. 1,93,1 | ex Cald. | Márt. 1,93,2 | Cald. | Mart. 1,93,2 | 5-6 Elysium-inferorum] ex Seru. Aen. 5,735 uel Tort. Elysium | 6-7 ex Seru. Aen. 5,735 uel Pap. Elysii campi + Balb. Elisius | 7-11 Tort. Elysium\* (Verg. Aen. 6,641; Hor. epod. 16,41-44\*; Sall. hist. I 101\*) | 2,1-2 Seru. Aen. 5,735\* uel Tort. Elysium\* (Verg. Aen. 6,887) | 2-4 ex Etym. m. 428,29-36 | 4 Mart. 1,93,3 | 5 Mart. 1,93,3 | ex Valla eleg. 6,39 uel Pap. munus ? [cf. et. corn. c. 2,356] | Mart. 1,93,5 | 6 ex Cald. | 6-7 ex Isid. orig. 18,1,11 | 9 Mart. 1,93,5 | 9-11 ex Isid. orig. 18,1,11 | 11 11,19-22 | Mart. 1,93,5 | 11-13 ex Cald.

EPI. [sic!] CXXII. DE AQVINO ET FABRITIO. a || 1,1 IVNCTVS] -C- add. U<sup>2</sup> sp. rel. || 3 uoluisse v || 4 QVI FABRITIVS v || 7 Elysium ov || 8 esse dixerunt ova || circum uagus U || 9 beata oa (rectius iuxta Tort.): beatam v || 10 carminibus v || 11 inclitas o || 2,1 Elyscum o : Elyseum v || 2 ἠλύσιον πεδίον o : ἠλιθίοντε δίση v || 2-3 ἀπο τῆς ἠλισεων o : ἀπο τῆσιν λίσεων v || 5 FEDERE ov || 7 hosteis a || 10 infaciendo o || 11 ostendimus] diximus ova || SACRO] sacros v || 12 sibi] si ov || amicus] -m- U<sup>2</sup> in ras. || 13 dignitate ova : dignitati U

## IN EGLÉN. EPIGRAMMA CXXIII.

CANTASTI MALE. Ridiculum distichon in Eglén felatricem, cuius superius mentionem fecit: "Sic dentata sibi uidetur Eglé". In iuuentute, inquit, quoniam nimio coitu rauca eras, male cantasti. Nunc uero quando aetate confecta non habes cum quo coeas, ideo que rauescere desiuisti, bene quidem cantas, sed foetet tibi anima ex frequenti felatione.

I Mart. 1,94,1 | 1-2 Cald.\* (Mart. 1,72,3) | 2-5 ex Cald.

EPIGRAMMA. CXXIII. IN AEGLEN. *a*

## IN HELIVM. EPIGRAMMA CXXIII.

1 QVOD CLAMAS SEMPER. Lepidum distichon in Helium qui, qum  
 esset causicus, clamore et strepitu complere forum solebat propter quod  
 aduersarii saepe pecunia eum clam subornabant, ut taceret. Notat prae- (c. 1016)  
 uaricatores, hoc est eos qui cum aduersariis colludunt, quod fecisse aliquando  
 5 **Demosthenem** superius diximus, quando pecunia á Milesiorum legatis  
 corruptus multa lana circa collum inuoluta in forum processit et se loqui non  
 posse affirmavit, quoniam synanchen, hoc est anginam, pateretur, propter quod  
 responsum ei á quodam per contumeliam fuit non synanchen, quam patiebatur,  
 sed argyranchen, hoc est non morbum gutturis, sed anginam argentariam esse.

2 OBSTREPIS. Strepitum facis. Est autem proprie strepitus sonus  
 ambulantium pedum manuum que aliquid pertractantium, sed abusiue ponitur  
 pro omni sono qui fit ex corporum t[r]actu et quaruncunque rerum collisione. Et  
 est facticium uocabulum quemadmodum fremitus, stridor et similia. Aliquando  
 5 tamen strepitus accipitur pro fastu et pompa diuitiarum, quod fit quasi strepitus  
 comitantium. **Quintilianus**: "Hic qum me euocasset trepidum que toto fortunae  
 (f° 658v) strepitu circumstetisset". Ab hoc fit strepo uerbum et ab eo  
 frequentatiuum strepito. Item composita interstrepo, instrepo, constrepo,  
 obstrepo, substrepo, omnia ferè eiusdem significationis. GRATIS. Sine mercede.

1,1 Mart. 1,95,1 | 1-3 ex Cald. | 4-9 ex Gell. 11,9,1 et Cald. | 4-5 6,419 | 7 synanchen-anginam]  
 Tort. *synanche*\* uel ex Gloss. III,439,40 [= 485,70] | 2,1 Mart. 1,95,1 | 1-7 Valla *eleg.* 4,39\*  
 (Ps. Quint. *decl.* 13,4) | 9 Mart. 1,95,2

EPIGRAMMA. CXXIII. IN HELIVM. a || 1,5 Demosthenem] -h- *add.* U s.l. || legatus v || 2,3  
 tractu Uoa : tactu v (*recte iuxta Valla*) || 4 est] ex a || facticium a || 6 que toto] que om. v || 7  
 circumstetisset a



## AD SCAZONEM SVVM. EPIGRAMMA CXXV.

1 SI NON EST MOLESTVM. Rursus in Cinaedum inuehitur qui habitu corporis et austeritate quadam uerborum uolebat Socraticus uideri. Alloquitur autem carmen suum, quod est trimetrum iambicum. Id quotiens penultimam syllabam breuem habet, rectum est et integrum iambicum, ut: "Vos istec intro auferte, abite, Sosia". Quando uero penultima est producta, delumbe est et claudum et huiusmodi uersus uocant scazonas siue choliambos. Scazonas ἀπό τοῦ σχάζειν, quod claudicare est. **Priscianus**: "Hunc trimetrum ueteres Graii cognomine dicunt, quod pedibus iunctis hunc scandere saepe solebant". Ponitur aut scazon, spondeum finis habebit. Scazones sunt illi apud **Persium**: "Nec fonte labra proliu Caballino, Nec in bicipiti somniasse Parnasso Memini, ut repente sic poeta prodirem". Et isti: "Si non est molestum te que non piget scazon". Choliambos uero nominant, quasi claudos iambos: nam Graeci <χωλόν> claudum dicunt.

2 MATERNO. Maternus uir doctissimus fuit Martialis tempore, cuius et **Plynius Iunior** et **Cornelius Tacitus** saepe faciunt mentionem. TRISTIVM. Vilium, horridarum, quales decent homines austeros et tristes. BETICATVS. Pullo colore natiuo indutus qui et Beticus et impluuiatus dicitur, ut superius ostendimus. LEVCOPEATVS. Albo natiuo uestitus, de quo similiter disseruimus. COCCINATOS. Eos qui coccinas habent uestes. AMETHYSTINAS.

1,1 Mart. 1,96,1 | 1-2 cf. *corn.c.* 53,1 | 3-4 Mar.Victorin. *gramm.* VI,81,6-7 | 4-5 Ter. *Andr.* 1 | 5-6 ex Mar.Victorin. *gramm.* VI,81,9 et 5 | 6-7 ex Mar.Victorin. *gramm.* VI,135,32-33 uel Cald. | 7-8 Prisc.? *fr. inc.* 1 ex Verg. *Aen.* 1,530 | 9-11 Pers. *prol.* 1-3 | 11 Mart. 1,96,1 | 2,1 Mart. 1,96,2 | 1-2 ex Cald. (Plin.? *epist.* ?; Tac. *dial. passim*) | 2 Mart. 1,96,4 | 3 Mart. 1,96,5 | 4 ex Cald. | 4-5 2,541 | 5 Mart. 1,96,5 | ex Cald. | 5-6 2,528 | 6 Mart. 1,96,6 | ex Cald. | Mart. 1,96,7

EPIGRAMMA. CXXV. AD SCAZONEM SVVM. a || SVVM om. v || 1,4 istaec va || 6 scazonas<sup>1</sup>] scazones ov : scazontes a || scazonas<sup>2</sup>] scazones v : scazontes a || 6-7 αποτου σχαζειν o : απο τους χαζειν v || 7 claudicare v || trimetrum o || 9 spondaeum ov || Scazontes a || 10 imbicipiti Uo : in bicipiti v (recte) : i bicipiti a || Parnaso o || ut] ue o || 12 Choliambos U<sup>2</sup> p.c. : coliambos U a.c. et v || χωλόν oa (recte) : χωλόν om. U<sup>2</sup>, sed sp. rel. pro uerbo habet : χαδότη v || 2,5 LEVCOPEATVS U p.c. : LEVCPPEATVS U a.c. || uestitas v || similiter o || 6 coccineas ova || uesteis a || AMETHYSTINAS o : AMETHISTINAS va

Violaceas, ut supra. MVLIERVM. Muliebres, molles, non uiriles. NATIVA. Natiui coloris, qualis est Beticus et leucopus. FVSCOS. Atros, horridos, quos superius dixit tristes. Fuscus proprie significat nigrum, á quo fit offusco uerbum, quod est obumbro, obscuro, denigro, á quo offuscator, offuscatrix et offuscatio.

10 3 GALBINOS. Molles, lasciuos, effeminatos, de quo superius diximus. VIRVM (f° 659r) MOLLEM. Cinoedum. SVSVM. Sursum. Vtroque enim modo dicimus, significant in superiorem partem. SVSPECTAT. Deorsum spectat, quemadmodum superius diximus. DEVORANTIBVS. Tota acie[s] in mentulas intentis et iam animo felitantibus. Ideo subiunxit: NEC OCIOSIS LABRIS, quia  
5 iam mouebat labra, quasi in felando esset.

2,6-7 2,597 | 7 Mart. 1,96,7 | Mart. 1,96,8 | 8 ex Cald. | Mart. 1,96,9 | 8-9 quos-tristes] Mart. 1,96,4 | 9-10 ex Balb. *fusco* | 3,1 Mart. 1,96,9 | ex Cald. | 2,421 | 2 Mart. 1,96,10 | Mart. 1,96,11 | 2-3 ex Pap. *susum* uel Balb. *susum* ? | 3 Mart. 1,96,12\* | 4 2,313 | Mart. 1,96,12 | 5 Mart. 1,96,13

2,8 Baeticus *a* || leucophus *ova* || 3,1 GALBANOS *a* || molleis *a* || effoeminatos *v* || dixi *v* || 2 cinaedum *va* || 3 significat *a* || 4 acie *ova* : acies *U* || 5 fellitantibus *va* || 6 infelando *o*

## (c. 1017) AD NEVOLVM. EPIGRAMMA CXXVI.

5 DVM CLAMANT OMNES. Facete deridet Neuolum ineptum causicum, qui nunquam nisi caeteris clamantibus loquebatur, ne quis eum audiret et tamen uideretur aliquid agere. NEMO NON. Constat enim negationem, quando alicui signo praeponitur, sic enim dialectici uocant uniuersales ac particulares uoces, reddere sensum contradictori. Si uero postponatur sensum contrarii, unde non omnis idem est quod aliquis non, sed omnis non idem est quod nullus et é contrario non nullus significat aliquem. Nullus non significat omnem, eodem modo non aliquis nullus est, aliquis non simplicem suam habet significationem.

1 Mart. 1,97,1\* | 3 Mart. 1,97,3 | 3-8 ex Valla *dialect.* 2,7-8 | 7 non nullus-aliquem] ex Gloss. IV,126,38 [= 369,11; V,226,30]

EPIGRAMMA. CXXVI. AD NAEVOLVM. a || 1 DVM] QVM a || Naeuolum a || 2 nequis a || 5 contradictora v : contradictorii a || unde] ut v || 6 nullus] nullnt v || 7 nonnullus va

## AD FLACCVM. EPIGRAMMA CXXVII.

LITIGAT ET PODAGRA. Lepidus iocus in Diodori auaritiam, qui nihil patrono suo porrigebat. Hic podagra uexabatur. **Martialis** per iocum chiragram hanc esse dicit, quod nil patrono porrigat. Quid podagra, quid chiragra sit, et quae horum uocabulorum ratio, superius diximus.

1 Mart. 1,98,1 | 2-3 ex Mart. 1,98,2 | 3-4 28,47

EPIGRAMMA. CXXVII. AD FLACCVM. a || 3 nil] nihil ova

## AD CALENVM. EPIGRAMMA CXXVIII.

1 NON PLENVM MODO. Lepidissimum epigramma in Caleni auaritiam. Hic, cum pauper munificus esset ac liberalis, omnes ei diuitias optabant, factus uero morte propinquorum diues, auarissimus euasit. Quapropter imprecatur ei  
 5 **Martialis**, ut ex diuite ditissimus fiat, quo crescente in summum auaritia tandem ob nimiam parsimoniam fame moriatur. NON PLENVM. (f° 659v) Non plene, hoc est non perfecte, non integre. Plenum proprie dicimus quod uacuo contrarium est, hoc est illud in quo nihil est uacui, sed integrum atque perfectum est et á Graeco deducitur. Nam Graeci πλήρη[v] plenum dicunt et πληρῶ impleo, quod ab in praepositione et ipsa uoce componitur requirit que ablatiuum sine  
 10 praepositione, ut impleui nauem frumento. Interdum etiam cum praepositione de, ut impleui nauem de omni genere frumenti, quo modo etiam refertio usurpatur.

2 **Cicero**: “Quod si tantam uim rerum maximarum arte sua rhetorici amplecterentur, quaerebat, cur de prohemiiis et epilogis et de huiusmodi nugis, sic enim appellat, referti essent eorum libri”. Hic nequaquam licuisset sine praepositione loqui; non enim libri illi referti sunt prohoemiis et epilogis, sed  
 5 praeceptis prohoemiorum et epilogorum. Item ab eodem oppleo eiusdem significationis; expleo, quod modo pro impleo capitur. **Varro**: “Maerore que et lachrimis domum expleuit”. Modo pro satio. **Virgilius**: “Improbis illuuiem ranis que loquacibus explet”. Hoc tamen expleri et satiari differunt, quod expleri sine fasti-

1,1 Mart. 1,99,1 | 2-4 Hic-Martialis] Cald.\* | 4-5 ex Cald. | 5 Mart. 1,99,1 | 6-7 ex Valla *eleg.* 3,32 ? | 9-2,5 Valla *eleg.* 3,33\* (Cic. *de orat.* 1,86) | 2,5-6 Item-significationis] ex Hug. *pleo* | 6 expleo-capitur] Non. 298\* | 6-7 Varro ? *fr. inc.* 66 ex Ter. *Haut.* 306 ap. Hug. *pleo* | 7-8 ex Non. 298 (Verg. *georg.* 3,431\*) | 8-9 ex Non. 424

EPIGRAMMA. CXXVIII. AD CALENVM. a || CALEMVM o || CXXVIII] CXXIII v || 1,2 diuitias] alter. i add. U s.l. || 4 creseente v || 7 sed] si ov || 8 Nam] Mam o || πλήρη v U<sup>2</sup> : πλήρη ov : πλήρη a (recte) || πληρῶ U<sup>2</sup>o : πληρώ v : πληρῶ a (recte) || 9 requirit que] que om. v || 10 etiam ablatiuum cum praepositione ova || 11 frumecti v || refertio ov || 2,2 prooemiis va || et epilogiis v || 2-4 et de-epilogis add. U in mg. inf. || 4 prooemiis va || epilogiis v || 5 prooemiorum va || 5-6 significationis v

10 dio est, satiari uero cum fastidio. Est etiam quando expleo pro minuo usurpatur: nam ex praepositio aliquando priuatiua est. **Ennius**: “Nauibus explebant sese terris que replebant”. **Virgilius**: “Discedam, explebo numerum, reddar que tenebris”. Veteres explenunt pro explent scripsere.

3 Suppleo quod est in deficientis locum aliud pono, á quo supplementum. **Curtius**: “Misso illuc militum supplemento ad se uocat”. Compleo impleo, perficio. **Virgilius**: “Vt<e>rum que armato milite complet”. Item á plenus plene et plenum aduerbia et comparatiua superlatiua que eorum et quod á quibus-  
5 (c. 1018) dam usurpatur plenitudo. VICIES. Supple sestertium. CENTIES. Sestertium. SEPTIMAS KALENDAS. Septem menses, quorum initia Kalendae sunt, de quibus superius diximus. QVATTVOR MORTES. Quattuor haereditates, quas tuorum morte consecufus es. CENTIES. Sestertium. IN TANTAM ESVRITIONEM. In tantam parcitatem atque auaritiam. NIGRAE. Aeneae, in  
10 qua non sit admistum argentum.

4 SELIBRA. Dimidia libra. A<ssis> minima pars sextula erat: hoc est sexta pars unciae; semiuncia media pars, ut selibra media libra. Haec nomina ideo monetis imposita fuere, ut superius diximus, quia populus Romanus ante  
5 Pyrrhum regem deuictum non est usus nummo signato, sed tantum (f° 660r) penso aere. PLVMBEA. Non ex plumbo. Nunquam enim ex eo metallo factae sunt monetae, sed plumbea nigra, liuida ad similitudinem plumbi, de quo superius diximus. MILLIES. Sestertium. HOC SI CONTIGERIT, FAME PERIBIS. Si tantum crescet auaritia á centum sestertiis ad mille, quantum creuit á uiginti ad centum, necesse erit te fame perire.

2,9-12 ex Seru. *Aen.* 6,545 (Enn. *ann.* 518) + Non. 298 (Verg. *Aen.* 6,545) | 12 P.Fest. 80\* | 3,1 ex Pap. *pleo* uel Balb. *plenus* | 2 Curt.? | 3 Verg. *Aen.* 2,20\* | 3-5 ex Hug. *pleo* | 5 Mart. 1,99,1 | Mart. 1,99,4 | 6 Mart. 1,99,6 | Cald. | 7 10,31 | Mart. 1,99,7\* | 7-8 Cald.\* | 8 Mart. 1,99,9 | 8-9 Mart. 1,99,10 | 9 Mart. 1,99,13 | 9-10 ex Cald. | 4,1 Mart. 1,99,15 | 1-2 Varro *ling.* 5,171 | 2-3 Haec-fuere] ex Cald.? | 3 1,278 | 3-5 Plin. *nat.* 33,42\* | 5 Mart. 1,99,15 | 5-6 ex Cald. | 6-7 128,3 | 7 Mart. 1,99,17 | 7-8 Mart. 1,99,18 | 8-9 ex Cald.?

2,11 reddar ova : reddat U || 3,1 indeficientis U || 3 Vtrunque U : Vtreumque o : Vterumque va (recte) || complent a || 4 et superlatiua v || que om. v || 5 suple o || 7 haereditates U p.c. : hereditates U a.c. || 9 ESVRATIONEM ov || 10 admixtum v || 4,1 Assis] littera A- tantum et spatium habet U || 2 semuncia ova || 4 Pirrhum ov || 7 MILLIES ov || 8 á-centum] á om. v

## DE AFRA VETVLA. EPIGRAMMA CXXVIII.

1 MAMMAS ATQVE TATAS. Afram deridet, quod iam aetate confecta puerilibus uerbis, quasi tum primum fari inciperet, uteretur, matrem mammam, patrem tatam appellans putans que se hoc modo puellam adhuc censerī posse. MAMMAS ATQVE TATAS. Matres et patres. Sic enim pueri, dum primo  
5 incipiunt fari, parentes appellant. **Cato**: “Qum cibum ac potionem buas ac papas docent et matrem mammam, patrem tatam”. **MAXIMA MAMMA**. Abauia. Nam patrum et matrum appellatione aui, proaui, abauī, item auiae, proauiae, abauiae continentur. Itaque magnus pater auus est, maior pater proauus, maximus pater abauus. Item magna mater auia, maior mater proauia, maxima mater abauia.

2 Proprie autem mamma papillam significat quae et uber dicitur, unde mammosa siue mammeata mulier uocatur quae magna habet ubera. **Plautus**: “Cuius amicam mammeatam uidimus”. Á mamma etiam fit mamilla diminutiuum, quae primam syllabam corripit. **Iuuenalis**: “Illa loqui recta facie strictis que mamillis”. Et mammillare amicali genus, quo ubera mulieres tegere consueuerunt. **Martialis** de mamillari: “Taurino poteras pectus constringere tergo. Nam pellis mammas non capit ista tuas”. Item Mammilia nomen proprium mulieris. Mamiliorum familia á Mamilia Telageni filia, qua Thusculi procreati feruntur, est appellata. Mamilia turris intra Suburr<a>e regionem á Mamilio  
10 nomen accepit.

I,1 Mart. 1,100,1 | 1-3 Afram-appellans] ex Cald. | 4 Mart. 1,100,1 | 5-6 Cald. ex Non. 81 (Varro [non Cato] frg.) | 6 Mart. 1,100,2 | Cald. | 6-9 ex Hug. auus uel Balb. auus [ex Gaius dig. 38,10,1,4-7] | 2,1 ex Gloss. IV,363,36 uel I Ansil. MA 521+523 | 2-3 Non. 137\* (Plaut. Poen. 393) | 3-5 Tort. s.d.M\* (Iuu. 6,401\*) | 5-6 ex Cald. 14,66,1 ? | 6-7 Mart. 14,66,1-2 | 8-10 P.Fest. 131\*

EPIGRAMMA. CXXIX. DE AFRA VETVLA. a || CXXVIII] CXXIX va || 1,4 primum ova || 7 abauia] ab auia ov || 2,2 uocatur] dicitur ova || quae] que v || 3 mamilla fit v || 5 mamillare ova || 7 Mamilia oa : Mamilla v || 8 Telogeni ov || 9 Suburre U : Suburrae ov (recte) : Saburrae a

## DE DEMETRIO. EPIGRAMMA CXXX.

1 **ILLA MANVS QVONDAM.** (f° 660v) Dulce epitaphium Demetrii, qui seruus ac notarius fuit Martialis et paulo ante mortem ab eo manumissus. MANVS FIDA STVDIORVM MEORVM. Quae á me lucubrata fideliter conscribebat et sine mendis. FOELIX DOMINO. Propter quam dominus erat  
 5 foelix, uel foelix, hoc est utilis et commoda domino. **NOTA CAESARIBVS,** qui epigrammata mea manu illius scripta saepe legerunt. **VIRIDES ANNOS.** (c. 1019) Adolescentiae annos. Tractum á plantis et fatis, quae tum maxime uirent, quum nondum desiuerunt crescere. Haec enim aetas, ut **Cato** inquit, uiuissima est. **QVARTA TRIBVS LVSTRIS ADDITA MESSIS ERAT.** Duodeuigesimum  
 10 aetatis annum agebat, quod tempus maxime floridum putatur.

2 **MESSIS.** Annus. Poetae enim messem, aristam, aestatem, consulem frequentissime pro anno usurpant, quoniam haec semel singulis quibusque annis contingunt. Sic solem pro die, lunam pro mense accipiunt, quia sol singulis diebus cursum ad motum caeli peragit; luna singulis mensibus proprium. Est  
 5 autem proprie messis decerptio fructuum et aliquando ipsa seges iam matura, nec solum de frugibus dicitur, sed etiam de uua. Vnde et metere quoque tam de segetibus quam de uua dicimus. **Virgilius:** "Postremus metito". Idest uindemiato.

1,1 Mart. 1,101,1 | 1-2 ex Cald. | 3 Mart. 1,101,1\* | 3-4 ex Cald. | 4 Mart. 1,101,2 | 5 Mart. 1,101,2 | 5-6 ex Cald. | 6 Mart. 1,101,3 | 7 ex Cald.? | 8 ex Cic. [non Cato] *Cato* 48 ap. Non. 2 ? | 9 Mart. 1,101,4 | 2,1 Mart. 1,101,4 | Cald. | 1-2 ex Seru. *ecl.* 1,70 uel Seru. *georg.* 2,6 uel Aug. *Hept.* 1,95 | 3 ex Seru. *georg.* 1,6 ? | 6-7 ex Seru. *auct. georg.* 2,410 | 7 Verg. *georg.* 2,410 | 7-8 Seru. *georg.* 2,410

EPIGRAMMA. CXXX. DE DEMETRIO. *a* || 1,1 *ILLA*] *BELLA* *v* || 2 pauloante *a* || 5 faelix uel foelix *v* : felx uel felix *a* || 8 non dum *Ua* : nondum *ov* || 2,1 aestatem] aetatem *va* || 4 admotum *oa* || 6-7 tam de uua quam de segetibus *a* || 7 postremo *ova*



3 Á meto fit messor et messio pro ipsa messe et compositum demeto idem quod meto. Met<i>or uero, quando quartae coniugationis est, significat mensuro et á Graeco deducitur, quod est μετρώ, unde et metrum apud eos mensura uocatur et, quoniam mensurantur uersus, á nostris dicuntur metra. Et metreta uas est ad mensurandum, quod et sextarium dicitur. Metiri etiam aliquando pro transmeare accipitur. **Virgilius**: “Inuicto bipedum cursu metitur equorum”. Facit que in supino messum. **Idem**: “Messus de pollice florem”. Et abusiue mensum, á quo mensores appellantur agrorum diffinitores, et demensum aestimatum uel aequatum ac mensuratum dicimus. **Cicero**: “Quae non insidiis sed aperte et palam elaborat, ut uerba uerbis, quasi demensa et paria respondeant”. **Terentius**: “Quod ille unciatim uix demenso suo suum defraudans genium comparisit miser”.

4 Hinc mensuro uerbum deriuatur eiusdem significationis et mensura et secundum quosdam medius, quamuis nos á Graeco potius dici medium (f° 661r) putamus, quod graeci μέστων dicunt. Est autem proprie medium quod mensuratum aequaliter distat ab extremis, quamuis medium uocamus quicquid inter duo extrema est, etiam si non aequaliter distet. **Virgilius**: “Iam medium tenere rates”. Item medium commune, ut in medium uenit, in medium quaerebant, in medio sunt, é medio discesserunt. Item manifestum. **Idem**: “Medio que ex hoste recepi”. Aliquando intercedentem, incongruum, importunum. **Idem**: “Ne quis scire dolos medius ue occurrere possit”. Hinc media uocabula appellamus quae in bonam et in malam partem accipi possunt, messa á Graecis dicuntur, ut tempestas, ualitudo, facinus, dolus, gratia, industria, periculum, uenenum, contagium et apud ueteres honor: nam etiam malus honor dicebatur et significabat iniuriam.

3,1-2 ex Seru. *georg.* 4,54 + Hug. *meto* | 2 metior-mensuro] ex Gloss. IV,116,20 uel 258,2 uel Hug. *metior* | 3 á-μετρώ] ex Gloss. II,370,26 uel III,77,13 | 3-4 Tort. *metrum*\* | 4-5 ex Pap. *mereta* [sic!] | 5-6 Non. 350\* (Verg. *georg.* 4,389\*) | 6-7 Seru. *Aen.* 11,68\* | 7 Verg. *Aen.* 11,68\* | 8-12 Non. 525\* (Cic. *orat.* 38; Ter. *Phorm.* 43-44) | 4,1 ex Isid. *orig.* 16,26,1 ? | 2-3 ex Prisc. *gramm.* III,481,7-9 | 5-6 Verg. *Aen.* 3,192\* | 7-8 Verg. *Aen.* 6,111 | 8-9 Seru. et Verg. *Aen.* 1,682 | 9-13 Gell. 12,9,1-3\*

3,1 messor fit v || 2 Metior va : Metor Uo || 4 Et metreta] et om. ov || 4-5 admensurandum o || 7 messum] mensum ova || **idem**-mensum om. ova fort. per homeoteleuton || Messus U iuxta Seru. || 9 mensuratum] mensurandum v || 10 laborat ov || 12 compar sit v || 4,3 μέστων U<sup>2</sup> : μέσον v : μέσον oa (recte) || Medium autem proprie est v || mensuratum] mensurandum v || 6 quaerebat va || 7 é om. v || 9 occurre o || 10 messa Uov : μέσα a || 11 ualetudo a || 13 significat va

5 Á medius fit dimidius eiusdem significationis, quasi per medium diuisus, et dimidio uerbum per medium diuido, et medietas ac dimidietas, hoc est media pars, et dimediatum quasi dismediatum, hoc est in duas partes diuisum: nam dimidiatum dici recte, nisi quod diuisum est, non potest. Itaque á dimidio differt:  
 5 nam dimidium est non quod ipsum dimidiatum, sed quod ex dimidiato pars altera est. Et ita, qum partem dimidiam libri legisse uolumus dicere aut partem dimidiam fabulae audisse, dimidiatum librum aut dimidiatam fabulam dicemus. Totum enim ipsum quod dimidiatum atque diuisum est, dimidium dicimus. Ita et dimidiatam horam uel dimidiam partem horae. Contra autem dimidium auri, dimidium obsonii. Et qui ex mille denariis, qui ei debebantur, quingentos recipit, dimidium se recepisse dicet, non dimidiatum. Et si cui argenteus schyphus cum alio communis in partes duas diuisus sit, dimidiatum dicemus non dimidium schyphum. Argenti autem, quod in schypho inest, dimidium dicemus.

6 Et mediastimus balneorum aedium que minister et curator. **Lucillius**: "Villicum Aristocratem mediastimum atque bubulcum". **Cato**: "Ille imperator, tu illi ac caeteris mediastimus". Et medioximus medius proximus (c. 1020), á quo medioxime aduerbium; et mediterraneus á mari remotus, quasi in media terra; et medescuticus magistratus, qui olim in Campania summus habebatur; et mediocris medium tenens, modestus, á quo mediocriter aduerbium modeste, et mediocritas medium, modestia, (f° 661v) moderatio. **Cicero**: "Eadem ratio est habenda uestibus, sic in plerisque rebus mediocritas optima est". **Lucillius**: "Paulo hoc melius quam mediocre, hoc minus multum quam quod pessimum".  
 5  
 10 **Terentius**: "Et tamen haec omnia mediocriter".

5,1 ex Pap. *meta* uel Hug. *medius* uel Balb. *dimidius* et *dimidio* | 3-8 dimediatum-dicimus] Gell. 3,14,6-9\* | 8-9 Gell. 3,14,13\* | 9-10 Gell. 3,14,15\* | 10-13 Gell. 3,14,2-4\* | 6,1-3 Non. 143\* (Lucil. 512; Cato *ad fil.* 7) | 3 Pap. *medioximus*\* | 3-4 ex Non. 141 *medioxime* | 4-5 ex Prisc. *gramm.* III,182,8 uel Pap. *mediterraneus* ? | 5 Tort. *medistuticus*\* | 6 mediocris-modestus] ex Gloss. IV,115,37 [= 537,12] uel Pap. *mediocris* uel Gramm. *suppl.* 232,16-17 + Non. 29 | 6-7 ex Hug. *medius* uel Balb. *mediocris* ? + fort. Non. 520 | 7-10 Non. 29\* (Cic. *off.* 1,130; Lucil. 702; Ter. *Andr.* 59)

5,1 eiusdem significati *dimidius* fit v || 2 *dimidio* per uerbum o || 3 *dimidiatum ova* || *dismidiatum a* || 7 *fabulae Up.c.* : *aabulae U.a.c.* || 9 *dimidiatam horam*] *dimidiam horam a* || *partem dimidiam a* || *horae Up.c.* : *hora U.a.c.* : *hore v* || 10 *recepit ova* || 11 *sicui a* || 12 *alios v* || 13 *in est v* || 6,1 et *curator v* || 3 *mediastinus ov* || 4 *mediteraneus v* || 5 *olim*] *obiri ov* || 6 *modestae o* || 6-7 et *mediocritas*] et *om.* v || 8 *in plerisque*] *implerisque o*

7 Et medulla, quod in ossibus media sit. Á quo fit aduerbium medullitus, quod significat ex intimo uel intime. **Plautus**: “Ostendit se iam mihi medullitus infidelem nunquam, dum uiuam fore”. **Varro**: “Medullitus aquiloniam intus seruat frigidinem”. Et emedullo uerbum, quod proprie est medullam extraho.  
 5 **Plynius** de limonio: “Item graueolentiam alarum emendat radicis emedulatae uncia in uini Falerni eminis tribus decocta”. Aliquando tamen per translationem capitur pro declaro. **Plautus**: “Narra iam rem nobis omnem atque emedulla”.

8 Et medeor, quia mediis quibusdam, hoc est temperatis rebus, hoc fieri oportet. Á quo medicor, medicus, medicina, medicamentum, medicamen, medela notae significationis. Item medicabilis, cui adhiberi medicina potest. **Ouidius**: “Hei mihi quod nullis amor est medicabilis herbis”. Et remedium medicamentum, cura, medicina. Et protomedicus, qui princeps est medicorum et Graeca uoce sed apud nostros quoque usitata archi[t]atrus dicitur. Medicamentum tamen aliquando pro ueneno accipitur, sicut uenenum pro medicamento, quoniam Graeci utrunque pharmacon uocant, á quo pharmacopolae qui medicinas conficiunt ac uendunt. **Caius** iurisconsultus: “Qui uenenum dicit, adicere debet bonum uel malum. Nam et medicamenta uenena sunt, quia eo nomine omne continetur quod adhibitum naturam eius, <c>ui adhibitum est, mutat, qum id quod nos uenenum appellamus, Graeci pharmacum dicunt et apud illos quoque tam medicamenta quam quae nocent hoc nomine continentur”.

9 Et meditor secundum quosdam quasi medio animo uerso; meditari enim proprie est cogitare. **Plautus**: “Prius ipse mecum uolo hic meditari”. **Terentius**: “Venit meditatus alicunde”. Aliquando tamen meditari pro exercere accipitur. **Virgilius**: “Nec iam furtium Dido meditatur amorem”. **Idem**:  
 5 “Siluestrem tenui musam meditaris auena”. Vnde meditatio fit quae modo cogita-

7,1 ex Hug. *medius* | 1-4 P.Fest. 123 + Non. 139\* (Plaut. *tru.* 439-40; Varro *Men.* 77) | 5-6 Plin. *nat.* 22,87 | 7 Plaut. ? *fr. inc.* 206 | 8,1-2 ex Pap. *medius* uel Hug. *medeor* | 2 ex Hug. *medeor* | 4 Ou. *epist.* 5,149 | 4-5 ex Pap. *remedium* ? | 6 ex Gloss. II,246,47 | 6-8 ex Non. 345 uel 20 | 8-9 ex Balb. *farmacopola* | 9-13 Tort. *pharmacum* (Gaius *dig.* 50,16,236) | 9,1-3 Non. 351\* (Plaut. *Amph.* 202; Ter. *Andr.* 406) | 3-4 Seru. et Verg. *Aen.* 4,171 | 5 Verg. *ecl.* 1,2 ex Seru. *ad l.* | 5-6 Gloss. IV,416,5\*

7,1 medulitus v || 4 frigidinem] frigidine v || emedulo v || 5 graue olentiam v || emedulatae v || 6 eminis] ennius o || 7 emedula v || 8,5 prothomedicus v || 6 archiatrus a : architatus Uov || 7 tamen] tum v || uenenum] ueneuum v || 11 cui ova : ui U || 9,3 meditatus] meditandus ov : meditabundus a || exercere] exerrere o || 4 meditatus U a.c.

tionem, modo exercitationem significat. Nos meditor á Graeco potius deductum existimamus, l littera in d conuersa. Et enim Graeci μελετώ meditor dicunt et μελέτην meditationem, exercitationem, declamationem. Á meditor etiam (f° 662r) meditabundus deducitur, hoc est cogitabundus, et meditabunde aduerbium cogitabunde, et meditullium locus meditationis et exercitii, et meditatuuum cogitatuuum, á quo meditatiua uerba á grammaticis appellantur, quod sensum quendam meditandi uidentur habere.

10  
5  
10  
**10** Medica herba non á medendo, sed á Medis nomen habet, quod á Medis in Graeciam translata fuit quo tempore eam prouintiam inuaserunt. Plena hac est Venetiae regio. Trium foliorum et semper uirens, cuius natura est ut, ubi semel seratur pluribus postea annis sponte proueniat. **Virgilius**: “Qum te quoque, Medica, putres Accipiunt sulci”. Medi autem á Media prouintia appellati sunt, quae in Asia est contermina Assyriae, Persiae et mari Hyrcano, á Medo Medeae filio ita nominata. Item á metior meta deducitur, quod proprie terminum significat quo agrorum mensores utebantur. Hinc peruenisse ad metam dicimus qui iter aut aliud aliquod opus perfecerunt. Accipitur tamen meta etiam pro inferiore parte molis, ut superius diximus, sicut catillus pro superiore; et pyramidem quoque significat, quod agrorum terminos pyramidalis forma effigiari mos fuerit.

**11** Á meta fit uerbum metor primae coniugationis. Est autem proprie metari metas in agris terminandi gratia (c. 1021) disponere. Hinc usus inualuit, ut simpliciter pro disponere ac parare usurpetur. **Virgilius**: “Si pinguis agros metabere campi, Densa sere”. **Cecilius**: “Omnes simul ad terram cum classe ac-

9,6-7 Seru. *ecl.* 1,2 | 8 μελήτην-declamationem] Gloss. II,366,57-58 + IV,416,5 | 10 ex Gloss. V,221,40 + 465,13 uel Pap. *meditullium* | 11-12 ex Isid. *orig.* 1,9,3 ? | 10,1-4 Seru. *georg.* 1,215\* | 4-5 Verg. *georg.* 1,215-6 | 6-7 Tort. *Media* | 7-8 Item-significat] ex Hug. *meta* ? | 9-10 Paul. *dig.* 33,7,18,5\* | 10 1,17 | 11-12 cf. *corn. c.* 2,307 | 11,1-2 ex Hug. *metor* uel Balb. *metor-taris* | 2-6 ex Non. 137 (Verg. *georg.* 2,274-5; Coel. [non Cecilius] *hist.* 41)

9,7 μέλετω ο : πελετο ν || 8 μελετήν U<sup>2</sup> : μέλετην ο : πελετίν ν || 10 meditullum ova || 10,2 Graeciam] raeciam a || 6 Assiriae ov || marihyrcano a || 7 deducitur meta ν || 9 aliud aliquod] aliquid aliud ova || 10 molis] molae ov

5 cedunt, nauibus atque scaphis egrediuntur, castra metati signa statuunt". Hinc etiam metatores dicuntur locorum dispositores; et commetaculum uirga siue baculus, quo agros metiuntur. Abusiuè tamen commetacula dicuntur etiam uirgae, quas homines portare soliti sunt ad sacrificia pergentes, ut á se homines amoueant.

12 Meta uero, qum in fine acuitur, Graeca praepositio est quae aliquando cum aliquando trans significat, á qua Metapontum quasi transpontum dictum Italiae oppidum in sinu Tarentino. Et metaplasmus, quod dici ad uerbum transformatio potest; est autem translatio quaedam recti soliti que sermonis in alteram spetiem, uel metri uel ornatus uel necessitatis gratia. Et metathesis hoc est  
5 transpositio, et metamorphosis transfiguratio, et metalepsis figura quam modo transumptiuam, modo transpositiuam, modo translatiuam uocamus. (f° 662v) **Virgilius**: "Post aliquot mea regna uidens mirabor aristas", hoc est segetes. Et metaphora quae á **Cicerone** translatio dicitur fit que qum nomen aut uerbum ex  
10 proprio loco in eum transfertur, in quo aut proprium deest aut translatum proprio melius est, ut "Classi que immittit habenas" et "Ferrum que armare ueneno". Et in hoc ultimo metaphora, hoc est translatio, duplex est: nam et uenenum armare et ferrum armare translatio est. TRIBVS LVSTRIS. Tribus quinquennis.

13 CAVIMVS. Vitauimus. Cauere enim uitare est et aliquando cum negatione, aliquando sine negatione ponitur, eadem manente significatione, ut caue cuiquam hoc dicas et caue ne cuiquam hoc dicas. Interdum etiam cauere  
5 ponitur pro eo quod est animaduertere et diligenter attendere. **Plautus**: "Cauere nemo id intelligat". Hinc cautus dicitur prudens et qui sibi scit cauere. Saepe tamen et pro eo, cui cauetur, accipitur, et per syncopen dicitur catus, á quo Catones uocitati. Item cautio et cautela.

11,7-9 P.Fest. 64\* | 12,1-2 ex Hug. *meta* | 2 trans-significat] ex Tort. *metaplasmus* | 2-3 Tort. *Metapontum* | 3-5 Tort. *metaplasmus*\* [ex Balb. *quarta parte de metaplasmo*] | 5-6 Tort. *metathesis* | 6 metamorphosis-transfiguratio] Tort. *pr. gr. meta* | 6-7 Tort. *metathesis* (Verg. *ecl.* 1,69) | 8-12 Tort. *metaphora*\* (Verg. *Aen.* 6,1; Verg. *Aen.* 9,773) [= Quint. *inst.* 8,6,4-5.10.12] | 13 Mart. 1,101,4 | 13-14 ex Pap. *lustrum* uel Balb. *lustrum* ? | 13,1 Mart. 1,101,7 | ex Gloss. IV,30,32 | 1-4 ex Valla in *Facium* p. 398 | 4-5 Plaut.? *fr. inc.* 207 ex Cic. *fin.* 2,6,2 + Ter.? ap. Valla *antidot.* p. 398 | 5-6 Valla *eleg.* 1,30\* | 6-7 per-uocitati] ex Balb. *catus* | 7 ex Hug. *caueo* uel Balb. *cautio*

11,5-6 castra-dicuntur *om. ova* || 6 commetabulum uirgae *a* || 7 commetabula *a* || 9 ammoueant *ov* || 12,1 infine *o* || acuit *v* || 1-2 aliquando cum *om.* *v* || 2 qua] quo *ov* || 3 ad uerbum] aduerbum *v* : aduerbium *a* || 4 quaedam *o* || 5 methasis *v* || 14 quinquennis *v* || 13,2 et aliquando sine *ov* || 4 animaduertete *v* || 6 sincopen *o*

14 Veteres tamen cautionem dicebant, quam nunc dicimus cautionem; et causa, de qua cum eius deriuatis superius diximus, et caute aduerbium, hoc est prudenter, callide; et comparatiua ac superlatiua eorum cautior, cautissimus, cautius, cautissime. Et cauillor uerbum, de quo superius locuti sumus, quod id sine astu ac calliditate fieri non possit, á quo cauillator, cauillatrix, cauillatio. Et praecaueo compositum, quod est ante caueo. FAMVLVS. Seruus, de quo paulo superius diximus. SCALERATA LVES. Grauis et pestilens morbus. IMPLICITVM. Infectum morbo. IVS DOMINI. Imperium, quod in eum habebam. REMISIMVS. Condonauimus. PATRONVM. Hoc, ut superius diximus, est relatiuum liberti.

14,1 P.Fest. 61 | 2 46,2 et 4-6 | 2-3 ex Hug. *cautus* | 4 1,203 | 4-5 ex Valla *eleg.* 6,49 ? | 5-6 ex Hug. *caueo* uel Balb. *precaueo* | 6 Mart. 1,101,5 | ex Cald. | 6-7 113,4 | 7 Mart. 1,101,6 | ex Cald. | 8 Mart. 1,101,6 | Mart. 1,101,7\* | 9 Mart. 1,101,7 | ex Cald. | Mart. 1,101,9 | 9-10 2,79 | 10 ex Cald.

14,3 prudenter *U p.c.*, *ut uid.* : prudentes *U a.c.* || calide *v* || 4 Et cauillor] Cauillor *v* || 5 caliditate *v* || cauillator, cauillatrix, cauillatio *v* || 6 caueo] caueo *o* || 8 infestum *ov* || 9 REMISSIMVS *v*

#### AD LYCORIUM. EPIGRAMMA CXXXI.

QVI PINXIT VENEREM. Facetum distichon de tabella Lycorii, in qua Venus picta erat deformi facie. BLANDITVS EST MINERVAE. Quoniam scilicet hanc pinxit deformem: nam Minerua alias aegre tulerat Venerem iudicio Paridis sibi in pulchritudine fuisse praelatam. Nota est fabula: orta olim (f° 663r) inter Iunonem, Mineruam et Venerem de pomo aureo, quod inter illas Discordia iactauerat, contentione, quoniam in eo scriptum erat "pulchriori detur", iudicium á Ioue Paridi delegatum fuisse cui, qum Pallas, si pro se iudicaret, rerum omnium scientiam, Iuno ingentes diuitias ac regna, Venus uero pulcherrimam mulierem promisisset; Paridem tandem sententiam pro Venere tulisse, quod duae reliquae deae graui (c. 1022) et iniquo animo tulerunt. **Virgilius**: "Manet alta mente repostum Iudicium Paridis spretae que iniuria formae".

1 Mart. 1,102,1 | 1-2 Cald.\* | 2 Mart. 1,102,2 | 2-3 Cald.\* | 3-4 Cald.\* | 4 Nota-fabula] Seru. *Aen.* 1,26-27 | 4-10 ex Bocc. *gen.* 6,22 | 10-11 Verg. *Aen.* 1,26-27

EPIGRAMMA. CXXXI. AD LYCORIVM. *a* || 3 aegrae *v* || 4 inpulchritudine *o* : in pulchritudine *v* || 9 promisit *ova*

## AD SCEVOLAM. EPIGRAMMA CXXXII.

1 SI DEDERINT SVPERI. Scevolae auaritiam carpit qui, qum paupertate  
 uexaretur, iactare uulgo solebat se, si quando diues foret, splendidissime  
 lautissime que uicturum. Postea uero diues factus omnium auarissimus fuit.  
 5 NONDVM IVSTVS EQVES. Quia nondum poterat esse uerus eques. Statutum  
 quippe erat, ne quis pro equite haberetur, cuius census non ascenderet ad  
 quadringenta sestertia. DECIES CENTVM MILLIA. Sestertium scilicet.  
 Veteres, ut superius diximus, non numerabant ultra centum millia. Itaque hic  
 numerus et hodie multiplicatur: dicimus enim bis centena millia, ter centena  
 10 millia, decies centena millia ac etiam saepius. Á centum fit ducenti, trecenti,  
 quadringenti, quingenti, sexcenti, septingenti, octingenti, noningenti. Item  
 centies, ducenties, trecenties, quadringenties, quingent<i>es, sexcenties,  
 septingenties, octingenties, noningenties.

2 Item centesimus, ducentesimus, trecentesimus, quadringentesimus,  
 quingentesimus, sexcentesimus, septingentesimus, octingentesimus,  
 noningentesimus. Item centenus, ducentenus, trecentenus, quadringentenus,  
 5 quingentenus, sexcentenus, septingentenus, octingentenus, noningentenus. Item  
 centuplus, ducentuplus, tricentuplus, quadringentuplus, quingentuplus, sex-  
 centuplus, septingentuplus, octingentuplus, noningentuplus. Praeterea centimanus  
 qui centum manus habet; centipes qui centum pedes. Centipeda uermis qui et  
 scolopendra et multipeda dicitur. Et centurio, de quo superius locuti sumus, qui  
 10 et centurionus dictus est, sicut decurio decurionus; et ab eo succenturio uerbum,  
 á quo succenturiatus et succenturia. Et centuria, quae sub uno (f° 663v)  
 centurione erat, quarum centenarius iustus erat numerus.

I,1 Mart. 1,103,1 | 1-3 ex Cald. | 4 Mart. 1,103,2 | 4-6 ex Cald. | 6 Mart. 1,103,1\* | 7 4,179 | 9-  
 10 Á-noningenti] Hug. *numeri cardinales* s.v. *duo* | 10-12 Item-noningenties] Hug. *numeri de*  
*ponderalibus* s.v. *duo*\* | 2,1-3 Item-noningentesimus] Hug. *numeri de ordinalibus* s.v. *duo* | 3-4  
 Item-noningentenus] Hug. *numeri de dispositiuis* s.v. *duo* | 4-6 Item-nonigentuplus] Hug. *numeri*  
*de ponderalibus* s.v. *duo* | 6-7 Praeterea-pedes] ex Hug. *centimanus* + *centumpeda* uel Balb.  
*centimanus* + *centipeda* uel Gramm. *suppl.* 185,7. Cf. et. *cornu* c. 4,143 et 28,23 | 7-8 ex Plin.  
*nat.* 1,29,38. Cf. et. *cornu* c. 3,273 | 8 3,380 | 8-9 P.Fest. 49\* | 9-10 ex P.Fest. 307 + Pap.  
*succenturie*, *succenturiati*, *succenturio* uel Hug. *centurio*. Cf. et. *cornu* c. 26,33. | 10-11 Varro  
*ling.* 5,88

EPIGRAMMA. CXXXII. AD SCAEVOLAM. *a* || 1,4 non dum *a* || eques] *e*quae *v* || 6  
 quadraginta *ov* || MILLIA] *m*ilia *v* || 8 *m*ilia *v* || 8-9 ter centena millia *om.* *ova* || 9 decies centena  
 milia *v* || trecenci *a* || 11 tricenties *a* || quingenties *ova* : quingentes *U* || 2,2 septingentesimus *a* || 5  
 tricentuplus *U p.c.* : tercentuplus *U a.c.* || 9 sicut] sicc *v*



3 Item centuria in agris ducenta iugera, quia Romulus centenis ciuibus  
 ducenta iugera tribuit. Et centuriatus ager in ducenta iugera definitus, et  
 centuriata comitia, quia populus Romanus per centenas turmas diuisus erat. Et  
 5 Centum Viri magistratus qui ad iudicandum praeerant, á quibus centumuiralia  
 iudicia appellata: nam, qum essent Romae XXXV tribus, quae et curiae uocitatae  
 sunt, terni ex singulis tribubus sunt electi ad iudicandum et, licet quinque amplius  
 quam centum fuerint, tamen quo facilius nominarentur, Centum Viri sunt dicti.  
 Et centenariae coenae, in quibus lege Licinia non plus centussibus, hoc est  
 10 centum assibus impendebatur, qui erant numi breues ex aere. Et centones á  
 uillorum multitudine, quoniam finitus numerus pro infinito ponitur.

4 Sunt enim stragula grossiora uillis passim pendentibus, quibus et lecti  
 uillissimarum personarum sternuntur et tabernacula omnis que castrensium  
 suppellex pluuioso tempore uelantur. **Macrobius:** “Tremellius uero Scropha  
 cognominatus est euentu tali. Erat enim cum omni familia ac liberis in uilla.  
 5 Serui eius, qum de uicino scropha erraret, subreptam conficiunt. Vicinus  
 aduocatis custodibus omnia circumuenit, ne qua efferri possit, is que ad  
 dominum appellat restitui sibi pecudem. Tremellius qui ex uillico rem  
 comperisset, scrophae cadauer sub centonibus collocat, super quos uxor cubabat;  
 quaestionem uicino permittit. Qum uentum est ad cubiculum uerba iurationis  
 10 concipit nullam esse in uilla sua scropham nisi istam, inquit, quae in centonibus  
 iacet; lectulum monstrat. Ea facetissima iuratio Tremellio Scrophae  
 cognomentum dedit”.

5 Item centones á grammaticis nostrae aetatis dicuntur qui ex operibus  
 Homeri apud Graecos, apud (c. 1023) nostros Virgilii carmina hinc inde delecta  
 sumpserunt et nouum aliquod opus composuerunt. Et centumcapita herba, de qua  
 superius diximus. LARGE. Profuse, liberaliter. Largiri enim est profuse donare,

3,1-2 P.Fest. 53 *centuria + centuriatus* | 3 P.Fest. 54 | 3-7 P.Fest. 54\* | 8-9 P.Fest. 54\* | 9-10 ex  
 Souda κέντρων [K 1344] ? | 4,1-3 ex Hug. *cento* | 3-12 Macr. *Sat.* 1,6,30 | 5,1-3 Isid. *orig.*  
 1,39,25\* | 3 Plin. *nat.* 22,20 | 3-4 53,13 | 4 Mart. 1,103,3 | LARGE-liberaliter] ex Char. *gramm.*  
 237,28-29 | 4-6 ex Cic. *Brut.* 16 ?

3,4 centumuir *oa* || centum uiralia *o* || 6 quinque] quandoque *ua* || 7 fuerunt *oua* || nominaretur *ou* ||  
 centumuir *oua* || dicti] nominati *oua* || 8 coene *v* || 4,2 uillissimarum *o* || 3 supellex *v* : supelex *a* || 4  
 cum] eum *v* || 6 nequa *a* || efferri] afferri *v* || 7 uillico] iullico *v* || 8 quos] quoi *v* || 10 in sua uilla *oua*  
 || 11 lectum *oua* || Ea] Et *ou* : Haec *a* || iuratio] iuratom *v* || 5,3 centum capita *U a.c., linea U uerba*  
*coniunx.* || 4 est *om. ou*

5 á quo largitio expensa quae fit ad aucupandum fauorem in petitione magistratum, et largitas profusio. **Turpillius**: “Ó dic mihi an oblita es eius crebras mansiones ad amicam et sumpti largitatem”. Et large aduerbium, á quo fit diminutium largiuscule. Item largior, largissimus, largius, largissime.

6 **CALCEVS**. Indumentum pedis, quod fit ex pellibus ani- (f° 664r) malium. Á calce autem calceus deducitur. Calx postrema pars pedis est, qui et pes imus appellatur. **Virgilius**: “Ecce uolat calcem que terit iam calce Diores”. Vnde etiam pro extremo et fine saepenumero usurpatur ut quum dicimus á uertice  
5 ad calcem, hoc est á principio ad finem, quod perinde est ac si diceretur á capite ad pedes. Ab hoc fit calcaneus, posterior pars imi pedis globosa, et calcio, á quo calciamentum, et calciamen, et calciatus quartae declinationis pro calciamento. **Plynius**: “Itaque longo itinere sine calciatu atteruntur pedes”. Et calcar equorum ac iumentorum stimulus, quod ad calcem alligetur. Et calcitro uerbum, quod est  
10 pede percussio, á quo recalcitro; et calcitratus, et calcitratio, et calcitro calcitronis, qui calcibus infestat. **Gellius**: “Equus mordax et calcitro”. **Plautus**: “Clamat procul si quem uidet ire ad se calcitronem”.

7 Et calco uerbum, quod proprie est pede comprimo; ponitur tamen pro comprimo simpliciter, á quo calculus breuis ac politus lapillus lapillae admistus ita dictus, quod ob paruítatem sine molestia calcetur. **Ouidius**: “Per quas numerabilis alte Calculus omnis erat”. Vnde et pro scrupo ponitur. **Martialis**:  
5 “Calculus hic gemino discolor hoste perit”. Et pro minima parte ponderis, quae continet duo grana. Ab hoc fit calculator, hoc est computator, á quo calculatrix computatrix, et calculatio computatio, quod calculos manu tenentes numeros componamus.

5,6-7 Non. 132 (Turp. com. 171-2) | 7-8 ex Hug. largior + fort. Balb. largus | 6,1 Mart. 1,103,6 | 1-2 ex Pap. calciamenta | 2 calx-est] Non. 29\* | 3 Verg. Aen. 5,324\* ex Non. 29 | 4-6 ex Non. 257 + fort. Lucr. 3,791 uel ex Hug. calx post calcar | 6 ex Non. 29 ? | 6-7 calcio-calciamentum] ex Hug. calcio uel Balb. calcio | 8 Plin. nat. 11,254 | 8-9 ex Isid. orig. 20,16,6 | 10 á-recalcitro] ex Balb. recalcitro | calcitratus] ex Plin. nat. 8,173 | calcitratio] ex Gloss. II,595,3 ? | 10-11 ex Balb. calcitro | 11 Non. 44\* | Gell. 4,2,5 [= Varro frg. ap. Non. 45] | 11-12 Non. 44 [= Hug. calcitro] (Plaut. Asin. 391) | 7,2-3 Seru. georg. 2,180\* | 3-4 Ou. met. 5,588-9 | 4 ex Seru. Aen. 6,238 uel Don. Ter. Andr. 940 | 5 Mart. 14,17,2 | 5-6 ex Isid. orig. 16,25,8 | 6 Ab-computator] ex Gloss. II,572,8 | 7-8 Isid. orig. 10,43\*

5,8 largiuscule U in ras. || 6,3 Diores ova : Diones U || 6 calcaneum ov || calceo a || 8 atteruntur v || 9 alligetur] -e- add. U s.l. || 12 ad] a va || 7,3 ob] o- add. U s.l. rubro : ab U a.c., ut uid. || 6 dua o || graua v || 6-7 calculatrix et computatrix ov

8 Item á calco inculco, quod est infarcio, insipiso, á quo inculcator, inculcatrix, inculcatio. Et conculcor calce, á quo conculcatio et culcitra, quod tomentum siue pluma siue aliud quid simile in ea calcetur. Culcitula uero fasciculus quidam ligneus in sacris dicebatur. Et calx feminini generis, qua ueluti glutino iunguntur cementa, quod in aedificiis calcetur. Á quo calcata aedificia dicuntur calce polita. Et fornax calcaria, in qua calx decoquitur. SARCTA. Refarcta, redintegrata. CVTE. Pelle, ex qua fiunt calcei.

9 EXPLICAT ET COENAS VNICA MENSA DVAS. Quia pars eorum, quae apposita sunt, seruantur in alteram coenam. Mensa á mandendo dicta est siue quod manditur seu quod supra eam manditur: nam modo discum significat. **Virgilius**: "Postquam exempta fames epulis mensae que remotae". Modo ipsa cibaria, unde secundae mensae dicuntur cibi qui secundo loco apponuntur. **Idem**: "Non ego te, diis et (f° 664v) mensis accepta secundis, Transierim Rhodia". Aliquando etiam capitur pro quadra siue orbe, de quibus superius diximus. **Idem**: "Heus etiam mensas consumimus", inquit Iulus". Item mensa per translationem etiam pro aliis discis accipitur: nam et numulariorum disci mensae uocantur, á quo numularii appellantur mensarii. Dicitur etiam abacus uocabulo á Graecis sumpto, apud quos ἄβαξ nuncupatur.

10 FEX CRASSA VEIENTANI RVBELLI. Veii urbs fuit insignis maxime bellorum frequentia cum Romanis, quam tandem cepit Camillus et ad quam transferre se aliquando Romani cogitarunt. Vnde Nerone domum illam amplissimam Romae aedificante, aediti in eius contumeliam fuerunt illi uersus: "Roma domus fiet, Veios migrate Quirites, Si non et Veios occupat ista domus".

8,1-2 ex Hug. calco post culcitra | 2-3 ex P.Fest. 50 culcita | 3-4 P.Fest. 50\* | 4-5 ex Char. gramm. 118,3-4 | 5-6 P.Fest. 47\* | 6 fornax-decoquitur] ex Cato agr. 38,1 + 16 ? | Mart. 1,103,6 | 7 Mart. 1,103,6 | ex Gloss. II,576,9 ? | 9,1 Mart. 1,103,8 | 1-2 ex Cald. | 3-4 quod-remotae"] ex Seru. et Verg. Aen. 1,216 | 5 unde-apponuntur] ex Seru. auct. georg. 2,101 | 6 Verg. georg. 2,101-2 | 7 2,739 | 8 Verg. Aen. 7,116 | 9-10 nam-uocantur] ex Nouell. Iust. 49,2 | 10 á-mensarii] P.Fest. 124\* | 10-11 ex Tort. abacus [ex Pap. abacus] | 10,1 Mart. 1,103,9\* | 1-2 ex Strabo 5,2,9 | 5 ex Pap. Veii (Suet. Nero 39,2)

8,1 inculco á calco v || 2 calce om. ov || 3 siue] siuc v || 5 ungentur ova || 9,2 seruatur v || 3 seu-manditur om. ova || 6 te diis] rediis o || accepto a || 9 et om. ov || numulariorum ov || 10 numularii ov || 11 ἀβαξ U<sup>2</sup> : ἄβαξ ov || 10,2 cepit] coepit a || Camilus o || 3 transferri a se v || cogitarunt U : cogitauerunt ova (fort. rectius) || Neronem ov || 5 fiet ova : sinet U || migrare o

Á Veiis Veientes et Veientanus deducuntur. Hinc Veientana uina appellata, quae pessima erant, et dilutum ruborem ac fecis plurimum habebant. **Persius**: “Veientanum que (c. 1024) rubellum Exhalet uapida laesum pice sessillis obba”. **Horatius**: “Qui Veientanum festis potare diebus”.

5 11 ASSE. Vili moneta ex aere, siquidem decem et aliquando sexdecim assibus denarius permutabatur. VENVS. Coitus meretricis. INFICIATOR. Qui debitum negas, de quo superius diximus. IN IVS. In forum, ubi ius dicitur. VIVE. Indulge uitae, hoc est enim uiuere apud **Martialem**. Sic alibi: “Frange toros, pete uina, rosas cape, tingere nardo. Ipse iubet mortis te meminisse deus”. **Virgilius**: “Pete merum et talos, pereat qui crastina curat, Mors aurem uellens ‘uiue’ ait ‘uenio’ ”. DECIES. Centum millia scilicet, quia non obseruas quod diis promisisti.

10,6-7 ex Porph. uel Ps Acr. *sat.* 2,3,143 | 7 et-habebant] ex Cald. | 8 Cald. uel Porph. uel Ps Acr. *sat.* 2,3,143 (Pers. 5,147-8: *u. compl. Perottus*) | 9 Hor. *sat.* 2,3,143 | 11,1 Mart. 1,103,10 | 1-2 ex Plin. *nat.* 33,44 | 2 Mart. 1,103,10 | Mart. 1,103,11 | 2-3 Cald.\* | 3 2,638 | Mart. 1,103,11 | 4 Mart. 1,103,12 | ex Cald. 2,59,1 | 4-5 Mart. 2,59,3-4 | 6-7 [Verg.] *Copa* 37-38 ap. Cald. 2,59,1 [*u. 37 compl. Perottus*] | 7 Mart. 1,103,12

10,6 Veis ova || deducitur a || Veientina v || 8 uapida] napida a || lesum v || 11,3 INIVS v || 5 meminisse v || 6 pete] pone ova || auram v || 7 uiue] uiuite ova

## DE VENATIONE LEONVM ET LEPORVM. EPIGRAMMA CXXXIII.

1 PICTO QVOD IVGA DELICATA COLLO. Rursus leporum ac leonum  
 lusus admiratur, anteponens hoc spectaculum caeteris uenatibus et cl<a>ementiae  
 ac mansuetudini Caesaris hoc tribuens, quam ferae quoque conentur imitari.  
 INDVLGENT. Concedunt, praestant, exhibent, de quo superius diximus. (f°  
 5 665r) CALYDON. Vrbs Aetoliae, de qua supra dictum est, ubi Meleager aprum  
 interfecit. ESSEDA. Vehicula. Essedum uehiculi genus est quo Galli utebantur;  
 apud Belgas Galliae ciuitatem repertum, quemadmodum etiam petoritum, quod  
 Gallicum uocabulum est, ut Varro scribit, quamuis sint <qui> ex Graeco ac  
 Latino compositum uelint dictum que á uoluendis rotis, ut Gellius testatur.

2 NIGRA BELVA. Elephantus. MOLLES CHOREAS. Lasciuas saltationes.  
 Diximus superius quam docile animal sit elephantus et ut sub Germanici  
 principatu munere gladiatorio quosdam inconditos motus aedere uisus sit  
 saltantium modo. TIMOR VELOX LEPORVM. Timor uelocium leporum.  
 5 LAXOS RICTVS. Patientia ora. PERVIOS. Per quos possunt tuto ire et redire.  
 TIMIDOS. Timentes, ne noceant, hoc est ipsi timidi. SED NORVNT CVI  
 SERVIANT LEONES. Ingens laus Domitiani: leones, inquit, non arte  
 assequuntur hoc, ut tam benigni sint et claementes, sed faciunt hoc, quia  
 intelligunt principi placere.

1,1 Mart. 1,104,1 | 1-3 ex Cald. | 4 Mart. 1,104,3 | 3,126 | 5 Mart. 1,104,6 | Cald.\* | 6,173 et  
 15,2 | 5-6 Cald.\* | 6 Mart. 1,104,8 | 6 ex Seru. *georg.* 3,204 | 7-9 ex Gell. 15,30,3-7 (Varro frg.)  
 | 2,1 Mart. 1,104,10\* | Cald.\* | Mart. 1,104,9 | 2 17,2 | 2-4 ex Plin. *nat.* 8,4 | 4 Mart. 1,104,14\* |  
 5 Mart. 1,104,17 | ex Cald. | Mart. 1,104,17 | 6 Mart. 1,104,18 | 6-7 Mart. 1,104,22 | 7-9 ex  
 Mart. 1,104,21-22

EPIGRAMMA. CXXXIII. DE VENATIONE LEONVM, ET LEPORVM. *a* || 1,1 COLLOJ  
 BOLLO *ov* || 2 claementiae *o* (*recte iuxta corn. c. 99,14*) : clementiae *Uva* || 5 CALIDON *v* || 6  
 uehicula] uehiculum *v* || 8 sunt *ov* || qui *om.* *U* || ex Graeco uocabulo *ova* || 9 Gellius *v* || 2,1  
 BELLVA *a* || 5 patientia *a* || 8 clementes *U a.c.*

## AD OVIDIVM. EPIGRAMMA CXXXIII.

1 IN NOMENTANIS. Laudat uina Nomentani agri, in quo uilla erat  
 Ouidii familiaris sui. Sensus est: Nomentanum uinum uetustate fit praestans ita,  
 ut quod uis uinum appellari possit, ut puta Chium aut Falernum aut aliud  
 huiusmodi. Nomentum oppidum fuit Sabinorum, cuius ager quondam nimis  
 5 sterilis fuit, postea cura colonorum factus est fertilitate celeberrimus, ubi  
 praesertim campos habuit Seneca excellentis uir ingenii, cuius in praediis singula  
 iugera culeos uini octonos reddidisse plerunque compertum est. Hic Palemon  
 grammaticus et Q. Ouidius et Martialis uillas habuere.

2 TESTA ANVS. Dolium inueteratum. Nam in mitioribus plagis doliis  
 figulinis utebantur, in quibus uina condebant infodiebant que terrae tota, aut ad  
 portionem situs; circa Alpes uero ligneis uasis utebantur circulis que cingebant.  
 VOCATVR QVICQVID VOLVIT. Assumit quodcunque placet nomen. Ratio  
 5 autem, cur No- (f° 665v) mentana uina uetustate meliora fierent, haec erat, quod  
 crassi- (c. 1025) tudo fecis ea optime tuebatur. **Columella**: “Nomentanae uineae  
 nobilitate sequuntur *Amineas*, foecunditate uero etiam praeueniunt, quippe cum  
 se frequenter impleant et quod aediderunt optime tueantur. Feracior est minor,  
 nec ita rubet, ut maior; á quo colore rubellae nuncupantur. Eaedem que fecineae,  
 10 quod plus quam caeterae fecis afferant”. **Martialis**: “Nomentana meum tibi dat  
 uindemia Bacchum: Si te Quintus amat, commodiora labas”, quoniam scilicet  
 Quintus uetustiora habet, unde alibi ad Quintum scribens, inquit: “Quod sub rege  
 Numa condita uina bibis”.

1,1 Mart. 1,105,1 | 2-4 ex Cald. | 4-5 Cald. 13,119,1 | 5-7 Colum. 3,3,3 | 7-8 ex Cald. 13,119,1  
 | 2,1 Mart. 1,105,4 | 1-3 ex Plin. *nat.* 14,132-3 | 4 Mart. 1,105,4\* | ex Cald. | 6-10 Colum.  
 3,2,14\* | 10-12 Cald. (Mart. 13,119,1-2) | 12-13 Cald. 13,119,1\* (Mart. 3,62,2)

EPIGRAMMA. CXXXIII. AD OVIDIVM. *a* || 1,2 sui] fuit *v* || uetuste *a* || 3 puta] pura *o* || 7  
 Palemon *U* (cf. *et.* 1,245) : Palaemon *oa* : Palaemo *v* || 2,7 *Amineas ova* : *Ammeas U* ||  
 fecunditate *o* || 8 frequenter *v* || ediderunt *va* || 9 maiora *v* || rubellae] ubellae *v* || 11 labas] bibas  
*ova* || 12 uetustiora *o* || subrege *a*

## AD RVFVM. EPIGRAMMA CXXXV.

1 INTERPONIS AQVAM. Rufum rursus deridet qui, qum sciret Naeuiam  
amicam nequaquam ad se uenturam, tam sobrie tamen potabat, quasi eam  
expectaret. SVBINDE. Frequenter. SI COGERIS. sensus est: semper ferè potas  
5 aquam et, si cogaris á sodale uinum sumere, raro potas pauxillum Falerni  
lymphati. Si dubitatiua coniunctio est. **Virgilius**: “Si me fata meis paterentur  
ducere uitam Auspiciis”. Aliquando pro confirmatiua accipitur. **Idem**: “Vestro si  
munere tellus Chaoniam pingui glandem mutauit arista”. Aliquando utimur si in  
rebus certis, uerumtamen quasi dubitatiua, qum scilicet praestitimus aliquid,  
quod nolumus exprobrare. **Terentius**: “Si te in Germani fratris dilexi loco”.

2 Á si deducitur sic aduerbium affirmantis et ó si, quod significat utinam,  
et sin, quod ex si et ne componitur abiecta e, et significat si uero; nunquam enim  
in prima parte collocatur, sed in secunda, ubi ferè duorum est oppositio.  
**Terentius**: “Si illum relinquo, eius uitae timeo, sin opitulor, huius minas”.  
5 Habet enim quandam uim negationis perinde ac si diceretur: si autem non  
relinquo, sed opitulor. Aliquando sin solum reperitur, sed quod secundi loci uim  
obtinet. **Salustius**: “Imperat, ut praetio, sicuti multa confecerat, insidiatores  
maxime paret ac maxime occulte. Sin id parum procedat, quo uis modo  
Numidam interficiat”, idest si potest, occulte, si non potest, utcunque.

3 Et siquidem, quod ex si et quidem compo- (f° 666r) nitur, tamen primam  
syllabam breuem habet; qum si producta sit, significat nam. **Quintilianus**:  
“Atque natura ipsa uidetur ad tolerandos facilius labores musicam nobis dedisse,

1,1 Mart. 1,106,1 | 1-3 ex Cald. | 3 Mart. 1,106,1 | Cald. | Mart. 1,106,2 | 5 Pap. sy\* | 5-6 Verg.  
*Aen.* 4,340\* | 6 Seru. *georg.* 1,7 | 6-7 Verg. *georg.* 1,7-8 | 8-9 Don. *Ter. Andr.* 292\* | 9 Ter.  
*Andr.* 292 | 2,1 ex Pap. sy | 6-utinam] ex Prisc. *gramm.* III,240,8-9 | 2 ex Pap. *sin* | 2-4 Valla  
*eleg.* 2,26\* (*Ter. Andr.* 210) | 5-6 ex Valla *eleg.* 2,26 | 6-9 Valla *eleg.* 2,26\* (*Sall. Iug.* 35,4\*) |  
3,1-7 Valla *eleg.* 2,25\* (*Quint. inst.* 1,10,16\*; *Cic. Mil.* 28; *Ou. am.* 3,7,17)

EPIGRAMMA. CXXXV. AD RVFVM. *a* || Ruffum *v* || 1,1 Ruffum *ov* || sciret *U in ras.* || 3 ferè]  
ferre *v* || 5 coniunctio] *alter. -n- add. U s.l.* || 6 pro confirmatiua] pro con- *U in ras.* || 6-7 simunere  
*U a.c., linea U uerba seclus.* || 8 ueruntamen *a* || prestitimus *o* || 2,1 *osi o* || 3 opposito *o* || 6  
reperitur *va* || 7 praetio *U* : praecio *v* : pretio *oa* || 9 non] num *a* || ut cunque *a* || 3,2 nam] non *v* || 3  
tollerandos *v*



5 siquidem remigem cantus hortatur". Aliquando tamen siquidem pro si dubitatiua  
 coniunctione inuenitur, quod internoscere facile est. **Cicero**: "Deinde profectus  
 est id temporis, **qum** iam Clodius, siquidem eo die Romam uenturus erat, redire  
 potuisset". **Ouidius**: "Quae mihi uentura est, siquidem uentura, senectus". Item  
 etsi et tametsi, quae pro quamuis accipiuntur, quemadmodum superius diximus;  
 10 et sine praepositio, quae significat absque, et siquis, siqua, siquid, de quibus  
 disseruimus. DILVTI. Lymphati.

4 NEQVITIAS. Lusus, lasciuias. SOBRIAS. Hominis sobrii, Temperato  
 enim potu uenus iuuatur, nimio elanguescit. CERTAE. Exploratae. SVSPIRAS.  
 Spiritum á pectore imo trahis, hoc est enim suspirare, quod est solitudinis ac  
 doloris argumentum. Ab hoc suspirium deducitur, quod modo ipsam quam  
 5 diximus ab imo pectore spirationem significat, modo spirandi difficultatem, de  
 qua superius diximus. Vnde qui eam difficultatem patiuntur, appellantur  
 suspiriosi. Suspiro autem á spiro compositum est, quod significat exhalo.  
**Virgilius**: "Ambrosiae que comae diuinum uertice odorem Spirauere". Ab hoc  
 fit spirabile, quod uitale significat. Et spiraculum, spiramen, spiramentum, per  
 10 quod exit spiritus.

5 Et spiritus halitus: nam spiritus, halitus, anima pro eodem usurpan- (c.  
 1026) tur. **Plynius**: "Animae leonis uirus graue, ursi pestilens, hominis tantum  
 anima infici uoluit pluribus modis et ciborum ac dentium uitis, sed maxime  
 5 senio, ut ne id ipsum quidem quo uiuitur in uita iuaret. Parthorum populis hoc  
 praecipue accidit et á iuuenta propter indiscretos cibos, nanque et uino foent  
 ora nimio; sed sibi proceres medentur grano Assyrii mali, cuius est suauitas  
 praecipua in esculenta, addito". Spiritus etiam pro aura et uento ponitur, quem-

3,7-8 Item-accipiuntur] ex Valla *eleg.* 2,21 | 8 3,22-23 | 9 sine-absque] ex Prisc. *gramm.*  
 III,45,10 et 52,16 | 9-10 3,4 et 19 et 42 | 10 Mart. 1,106,3 | 4,1 Mart. 1,106,6 | Mart. 1,106,5 | 2  
 Mart. 1,106,6 | Mart. 1,106,7 | 3 Tort. *s.d.B sub* uel Pap. *suspirat* \* [ex Ou. *met.* 10,402] | 4-5  
 quod-spirationem] Tort. *s.d.B sub* uel Pap. *suspirat* \* | 5 spirandi-difficultatem] ex Isid. *orig.*  
 4,7,14 | 5-6 5,71 | 6-7 Vnde-suspirios] ex Hug. *spiro* uel Balb. *suspiro* | 7 Suspiro-est] Seru.  
*Aen.* 1,404\* | 8 Verg. *Aen.* 1,403-4 | 8-9 ab-significat] Seru. *Aen.* 3,600\* | 9-10 ex Hug. *spiro* |  
 5,1 Et-halitus] ex Pap. *spiritus* uel Gloss. V,264,43 | 1-2 ex Pap. *spiritum* uel Isid. *orig.* 11,1,9  
 uel Hug. *spiritus* | 2-7 Plin. *nat.* 11,277-8\* | 7-8 ex Non. 233 uel Seru. *Aen.* 8,403

3,8 etsi] et- *U in ras.* : et si *ua* || 9 praepositione *a* || siqua *om. o* || 4,2 SVSPIRAS] -PI- *add. U*  
*s.l.* || 3 trahis] thrais *v* || 5 spirationem] suspirationem *a* || 6 appellantur *om. v* || 7 suspiro] suspiri *v*  
 || 9 spiramen *om. ova* || 5,2 uirus] uirtus *v* || 4 Parrhorum *o* || 6 Assirii *ova* || 7 esculentia *a*

admodum anima. Á spiritu fit spiritalis, unde spiritalis auras dicimus, hoc est vitales.

6 Item á spiro composita fiunt aspiri, quod significat faueo, tractum á nauigantibus, quibus spirantes auras fauent. **Virgilius**: “Aspirant auras in nocte”. **Idem**: “Aspirat primo fortuna labori”. Quod si post se accusatiuum habeat cum praepositione ad, (f° 666v) significat modo incumbo et quasi toto spiritu intentus sum, ut Scipio aspirat ad consulatum, modo accedo, peruenio. **Cicero**: “Nunquam aspirant ad curiam”. Expiro spiritum reddo, morior. **Lucretius**: “Expirans animam pulmonibus aeger agebat”. Ab hoc expiratio. Inspiro diuino quodam spiritu in mentem iniicio, unde inspiratio. Respiro reciprocum spiritum capio, á quo respiratio. Conspiro coniuro, á quo conspirator, conspiratrix et conspiratio, de qua superius locuti sumus.

7 GEMIS. Ploras. Gemere proprie pectoris, quum prae angustia in sonum prorumpit. Ideo et iumenta sub nimio pondere gemere dicuntur, item etiam inanimata, quum nimis onusta sunt. **Virgilius**: “Gemit sub pondere cimba Sutilis”. Ponitur tamen gemere pro flere. Item pro canere de his duntaxat auibus quae flebilem quandam cantum habent, ut est turtur et columba. **Virgilius**: “Nec gemere aerea cessabit turtur ab ulmo”. Á gemo fit ingemo compositum eiusdem significationis; et gemitus ploratus seu uox illa quam diximus pectoris; et gemebundus plorans; et gemma quod emittere primum planta incipit. **Ouidius**: “Et noua de nitido cortice gemma tumet”. Quod similis sit lachrymae.

5,8 Á-spiritalis] ex Hug. *spiritus* | 8-9 ex Seru. *Aen.* 9,642 + fort. Seru. *Aen.* 3,600 | 6,1-2 ex Hug. *spiro* [ex Seru. *Aen.* 2,385] | 2-3 Verg. *Aen.* 7,8 | 3-4 **Idem**-ad] ex Valla *adnotat.* p. 392 (Verg. *Aen.* 2,385) | 5-6 modo-curiam] Seru. *Aen.* 12,352\* (Cic. *Verr.* II,2,76\*) | 6-7 ex Hug. *spiro* + Non. 38 (Lucil. [non Lucr.] 106) | 8 ex Pap. *inspirare* | 8-9 ex Hug. *spiro* | 9-10 ex Hug. *spiro* ? | 10 10,148 | 7,1 Mart. 1,106,7 | 1-4 Valla *eleg.* 5,52\* (Verg. *Aen.* 6,413-4) | 4 ex Gloss. IV,82,45 | 4-6 ex Seru. et Verg. *ecl.* 1,58 | 6-8 ex Hug. *gemo* | 9 Ou. *fast.* 1,152\* | ex Hug. *gutta* ?

5,8 anime *a* || 6,3 nocte *U* : noctem *ova* || 10 et *om. va* || quo *ova* || 7,1 praeangustia *Uov* || sonum] somnum *v* || 3 in animata *v* || onusta *va* || gemit] gemuit *ova* (cf. et. Valla) || 4 his] iis *ova* || 5 habent cantum *ova* || est *om. v* || columba *U p.c.* : columpa *U a.c.* || 6 aerea] aerea *v* : aëria *a* || 8 gemebundus *ov* || 9 lachryme *o*

8 Á quo gemmo uerbum, quod est gemmam emitto. **Columella**: “Quum primum gemmare uites incipiunt”. Á quo gemmasco. **Plinius**: “Atque ut gemmascere incipiens ligetur calamus”. Et ab huius gemmae similitudine gemma etiam lapillus uocatur, cuius diminutiuum est gemmula, á quo gemmatus  
 5 splendens seu gemmis ornatus. **Papinius**: “Hic ubi sydereo moles gemmata colosso”. Item á gemo gemursa tuberculum sub minimo digito pedis, quod gemere faciat eum qui id gerit. **TRIENTES**. Triens modo nummi genus est, modo mensura quatuor uncias capiens. **MERO**. Vino puro non diluto. **PARCIS TIBI**. Parcis uitae tuae consulere. **DORMIENDVM EST**. Larga potatio non  
 10 impedit somnum, sed iuuat.

8,1 ex Pap. *gemmare* | 1-2 Colum. 4,15,4\* | 2-3 Plin. *nat.* 17,116 | 3-4 *gemma-gemmula*] ex Gloss. IV,359,20 | 4-5 *á-ornatus*] ex Hug. *gemma* | 5-6 Stat. *silu.* 2,1,41-42 + 1,1,1 | 6-7 P.Fest. 95 | 7 Mart. 1,106,8 | ex Pap. *triens* uel Hug. *tris* uel Balb. *triens* | 8 ex Tort. *talentum* | Mart. 1,106,9 | ex Seru. *Aen.* 5,77 | 8-9 Mart. 1,106,10 | 9 Mart. 1,106,10

8,2 *gemmaso o* || 4 *gemmila o* : *gemmilla v* || 5 *splendens*] *plendens o* || 6 *gemo*] *gemmo v* || 8 *quattuor o*

## AD LVCIVM. EPIGRAMMA CXXXVI.

1 SAEPE MIHI DICIS. Respondet Lucio sodali suo, qui saepe eum hortatus fuerat, ut scriberet aliquid memoria dignum, et taciturnitatis suae causam affert, quod nullum sit uirtuti ac doctrinae praemium, in quo temporum suorum infoelicitatem notat. CARISSIME IV- (f° 667r) LI. Verba sunt Lucii:  
 5 carissime **Martialis**. DA NOBIS OCIA. Responso est **Martialis**. OCIA. Quietem ac uacationem á curis atque negociis. MECENAS. Hic, ex Hetruscorum regibus ortus, magnae apud Augustum autoritatis fuit, mire fauit ingeniis praesertim que Horatio et Virgilio, quorum alterum, qui Bruti partes secutus et ab Octauius captus fuerat, non modo seruauit, sed Caesari carissimum reddidit,  
 10 alteri agros in Mantuano á militibus direptos restitui fecit et Octauii gratiam ac beniuolentiam conciliauit. Sic utrique datum ocium est ad scribendum.

2 FLACCO. Horatius Flaccus poeta lyricus fuit libertino patre natus, patria Venusinus dubium Apulus ne an Lucanus, ut ipse fatetur: "Nam Ve- (c. 1027) nusinus arat finem sub utrunque colonus". Puer admodum cum parente migravit et difficultatem inopiae paternae uicit ingenio. Athenas iuuenis petiit et bello ciuili Bruti partes secutus est et tribunatus honorem adeptus; sed, Bruto deuicto, ad Caesarem conuersus, fauente Mecenate, in eius amicitiam receptus est.

1,1 Mart. 1,107,1 | 1-3 ex Cald. | 4 Mart. 1,107,1 | 5 Mart. 1,107,3\* | Mart. 1,107,3 | 6 Mart. 1,107,4 | 6-7 ex Porph. *carm.* 1,1,1 | 8-9 qui-reddidit] Porph. *uit. Hor.* 1,13-17\* [= Ps Acr. *uit. Hor.* 2,20-3,3] | 10-11 alteri-conciliauit] ex Seru. *Aen.* 1,1 p. 2,1-7 ? | 2,1 Mart. 1,107,4 | 1-7 Porph. *uit. Hor.* 1,1-17\* (Hor. *sat.* 2,1,35)

EPIGRAMMA. CXXXVI. AD LVCIAM. [sic!] a || 1,1 eum] cum v || 3 afferret a || praemium U p.c. : premium U a.c. || 5 DA-Martialis add. U in mg. inf. || 6 uacationem o || Hetruscorum v || 7 fuit ortus U a.c., sed fuit deleu. U || 9 reddidit] -ddidit U in ras. || 10 restitui] -stiu U in ras., alter. -i autem add. U s.l. || 11 est ocium ov : est otium a || 2,2 Appulusne a || 3 arat] ar- U in ras. : erat v || subutrunque o : sub utrinque a || colonos v || 4 ingenio] ingemo v

3 VIRGILIO. P. Virgilius Maro, poeta Mantuanus omnium et Graecorum  
 et Latinorum poetarum Homero proximus fuit etiam Domitii Afri autoritate, qui  
 cum interrogatus fuisset quem Homero proximum esse existimaret, secundus,  
 inquit, est Virgilius, propior tamen primo quam tertio. Mantua urbs Galliae est  
 5 Cisalpinæ ab Oeno Mantis filio condita. Manto Tiresiae uatis Thebani filia fuit,  
 qui Peneto patre genitus est et mutatus quondam, ut poetae tradunt, in feminam,  
 post septem annos ad uirilem formam rediit. Manto post Thebanorum seruitutem  
 primo sub Creonte, postea sub Theseo, defuncto iam patre ad diuersa loca fertur  
 fugisse et primo in Asiam uenisse, in cuius littore Clarii Apollinis fanum  
 10 aedificauit; deinde in Italiam, ubi oppidum sociis suis Graecis condidit.

4 Quæ que interea ex Thyberino Thuscorum rege Oenus ei filius natus  
 esset, qui deinde Bianor cognominatus fuit et ad ipsum oppidum Thuscorum  
 quoque et Venetorum multitudo confluisset, circumdedit Oenus oppidum muris  
 et in aliam formam redactum á matris nomine Mantuam appellauit. **Virgilius:**  
 5 "Ille etiam patriis agmen ciet Oenus ab oris, Fatidicæ Mantus et Thusci filius  
 amnis, Qui muros matris que dedit tibi, Mantua, nomen". CONDERE.  
 Componere. CVRAS. Opera. FLAMMIS. Morte, siquidem mortuorum (f° 667v)  
 cadauera urebantur, ut superius diximus. LASSAT. Fatigat, lassum reddit.  
 IVVAT. Delectat propter fructum, qui sequitur.

3,1 Mart. 1,107,4 | 1-2 Quint. inst. 10,1,85-86\* | 2-4 Quint. inst. 10,1,86 | 4-5 Tort. Mantua\* | 5  
 Manto-fuit] Tort. Manto\* | 6-7 qui-rediit] ex Tort. Tiresia [ex Schol. Stat. Theb. 2,95, ubi Ou.  
 met. 3,316 laudatus est] | 7-4,6 Tort. Manto\* (Verg. Aen. 10,198-200) | 4,6 Mart. 1,107,5 | 7  
 P.Fest. 57 | Mart. 1,107,5 | Mart. 1,107,6 | 8 50,10 | Mart. 1,107,8 | 8-9 ex Pap. lasso uel Hug.  
 lasso uel Balb. lasso uel Valla eleg. 4,99 | 9 Mart. 1,107,8 | ex Cald.

3,1 Mantuanuo o || omnium] oimum v || et] a o || 5 Oeno Mantus ova || 7 ad] in ova || 10 oppidum v ||  
 4,1 Thyberino va || Ocnus ova || 2 et ad] et ov || 3 circumdedit v || Ocnus ova || 4 á] in ov || 5 patris ov  
 || Ocnus ova || fatidice ov || 7 operam a || 9 fatiget a

## AD GALLVM. EPIGRAMMA CXXXVII.

1 EST TIBI SIT QVE PRECOR. Lepidum epigramma ad Gallum, in quo eodem ferè argumento utitur, quo superius usus fuit ad Proculum, mittere scilicet se librum, ut eum salutet, quoniam ipse salutandi officium obire non possit. MEA COENACVLA. Mea domus, pars pro toto. VIPSANAS LAVRVVS.  
 5 Lauros Vipsanae porticus, quae á Vipsano consule aedificata est Fonteï collega. Erat autem haec porticus á Galli domo remotissima. Laurus non modo secundae, sed etiam quartae declinationis inuenitur. **Plynius**: "Ex ea lauru, quae missa é caelo minima est altitudine". FACTVS IN HAC EGO SVM IAM REGIONE  
 10 SENEX. Idcirco indecens esset me domum mutare, quo tibi fierem propinquior. MIGRANDVM. Mutandum domicilium.

2 EST TANTI. Tantum apud me ualet officium salutandi, ut mihi ueniendum esset, etiam si longius abessem. VNVM TOGATVM. Me scilicet. MVLTVM EST HVNC VNVM SI MIHI, GALLE, NEGO. Multum est si me  
 5 mihi ipsi aufero et salutandi gratia defero scribendi prouintiam. DECIMA HORA. Post coenam scilicet; prima enim et secunda hora salutabant ueteres Romani, tertia in causis ac iudiciis uersabantur, quarta et quinta incumbabant familiaribus negociis, sexta et septima partim meridiabantur partim ocio indulgebant, octaua exercebantur palestris ac lauabantur, nona coenabant.

I,1 Mart. 1,108,1 | 1-2 ex Cald. | 2 ex Cald. (ex Mart. 1,70) | 2-4 ex Cald. | 4 Mart. 1,108,3 | Mart. 1,108,3 | 5 Cald. | quae-collega] ex Cald. + Tac. ann. 14,1 | 6-7 ex Prisc. gramm. II,267,3-4 uel III,445,19 | 7-8 Plin. nat. 15,130 | 8-9 Mart. 1,108,4 | 10 Mart. 1,108,5 | 2,1 Mart. 1,108,6 | 1-2 ex Cald.? | 2 Mart. 1,108,7 | 3 Mart. 1,108,8 | 3-4 ex Cald. | 4-5 Mart. 1,108,9

EPIGRAMMA. CXXXVII. AD GALLVM. a || 1,2 eodem] eorum a || 5 Fonte v || 6 á Galli om. v || 8 SVMIAM o || 2,2 TOGATVM ME v || 4 mihi ipsi] mihi ov : mihiipsi a || 5 coenam U p.c. : coenum U a.c. || 7 meridiabantur a || 8 palestris U (cf. et. 2,350) et o : palaestrís va || laudabantur v

## DE ISSA CAPELLA ET PVBLIO PICTORE. EPIGRAMMA CXXXVIII.

(c. 1028) 1 ISSA EST PASSERE. Iocatur de Issa catella in laudem Publii pictoris, qui eam in deliciis habebat et in tabella, quo eam immortalem redderet, ita expresserat, ut uera uideretur. De hoc etiam alibi: "Publius exiguae suflagrat amore catellae". ISSA. Nomen est proprium catellae, de qua <Plynius> scribit:  
 5 "fidelissimum omnium animalium homini canis est (P° 668r) et pugnassee aduersus latrones pro domino aliquando legitur. Garamantum regem canes ducenti ab exilio reduxere praeliantes contra resistentes. Colophonii et Castabalenses canum cohortes habuere, quae primae in acie dimicabant. Canes defendere Cimbros, caesis dominis eorum, plaustriis impositis.

2 Canis, Iasone Lycio interfecto, capere cibum noluit inedia que consumptus est. Volcatium Romae nobilem, qui Ceselium ius ciuile docuit Asturcone é suburbano redeuntem, qum aduesperauisset, canis á grassatore defendit. Item Celium senatorem aegrum Placentiae ab armatis oppressum, nec prius ille uulneratus est, quam cane interempto. Item Romae, qum animaduertetur ex causa Neronis Germanici filii in T. Sabinum et seruitia eius, unius ex iis canis nec á carcere abigi potuit, nec á corpore recessit abiecto in gradibus gemitoriis maestos aedens ululatus magna populi Romani corona circumstante, ex qua, qum quidam ei cibum obiecisset, ad os defuncti tulit.  
 10 Deinde cadauere in Tyberim abiecto, innatauit ad illud summo nixu sustentare conatus, multitudine ad spectandam animalis fidem undique confluente. Soli dominum nouere, soli uocem, soli nomina sua agnoscunt; itinera quamuis longa meminere, nec ulli praeter hominem memoria maior.

3 In uenatu solertia et sagacitas praecipua est, scrutatur uestigia atque persequitur. Veteres senecta fessos ac debiles, sinu ferre aliquando uisi sunt, uen-

1,1 Mart. 1,109,1 | 1-2 ex Cald. | 3-4 Cald.\* (Mart. 7,87,3) | 4 Mart. 1,109,1 | 5-9 Plin. nat. 8,142-3\* | 2,1-13 Plin. nat. 8,143-6\* | 3,1-6 Plin. nat. 8,147-8\*

DE ISSA CAPELLA, ET PVBLIO PICTORE. EPIGRAMMA. CXXXVIII. a || 1,2 indeliis o : in delitiis va || 3 expraesserat ov || exigue v || sufflagrat a || 4 est U p.c. : es U a.c. || inter qua et scribit manifeste addend. est Plynius || 7-8 cohortes canum ova || 8 acie] ac- U in ras. : aciae v || 2,3 á grassatore] é crassatore ov : à crassatore a || 4 Coelium a || oppraessum ov || 6 eius v || 8 gemitoriis] gemoniis ov || moestos ova || corona] co- U in ras. || 9 circumstante v || 3,1 solertia ova : solentia U



tos et odorem captantes prodentes que rostro cubilia. Indi é tigribus eos uolunt concipi et ob id in siluis coitus tempore feminas alligant. Primo et secundo foetu tanquam nimis feroces abiiciunt, tertio demum educant. Hoc idem é lupis faciunt Galli.

4 Optimum esse in foetu canem dicunt qui nouissimus cernere incipit aut quem primum fert in cubile fera. Rabies canum Syrio ardente homini pestifera est; ita morsis laetalis aquae metus. Quamobrem obuam itur per XXX eos dies gallinaceo fimo cibus canum admisto, aut, si praeuenerit morbus, ueratro. Ad morsum uero unicum remedium oraculo quodam repertum". **Plinius** scripsit: "radicem scilicet siluestris rosae, quae cynorhoda appellatur". **Columella** scribit: "si quadragesimo die, quam sit natus, castretur morsu cauda summus que eius articulus auferatur, sequenti neruo exempto, nec caudam crescere, nec canes rabidos fieri". NEQVIOR. Lasciuior, iocosior. PASSERE CATVLLI. Quem cecinit Catullus, (f° 668v) de quo superius diximus.

5 PVRIOR OSCVLO COLVMBAE. Laudatur in columbis simplicitas: pudicitiam seruant, connubii fidem non uiolant; suspitio tamen in his est adulterii, tunc plenum guttur murmure, tunc saeui rostris ictus, tunc in reconciliatione frequens exosculatio. **Lucillius**: "Vincit columbos osculis Cn. Martius sinu que amicam reficere frigidam caldo columbatim labra conserens labris". INDICIS LAPILLIS. Margaritis, quas Indicus maxime mittit Oceanus, quamuis et de aliis gemmis possit intelligi. Quod si quis obiciat margaritas nec lapillos nec gemmas dici, non uidetur **Plinium** legisse qui et succina et murrina et margaritas inter gemmas ac lapillos commemorat; nec **Varronem** qui uniones scribit lapillos esse qui in conchis reperiuntur; nec **Horatium**, qum scribit: "Nec magis huic intra niueos uirides que lapillos". Vbi nemo dubitat de margaritis ac smaragdus intelligi. VENTRIS. Purgandi scilicet. (c. 1029) cet. NON FEFELLIT. Non deceptit, foedando scilicet. LVX SVPREMA. Mors.

4,1-5 Plin. nat. 8,151-3\* | 6 Plin. nat. 8,152 | 7-9 Plin. nat. 8,153\* (ex Colum. 7,1,14) | 9 Mart. 1,109,1 | Cald. | Mart. 1,109,1 | 9-10 ex Catull. 2 et 3 | 10 36,1 | 5,1 Mart. 1,109,2 | ex Vulg. Matth. 10,16 | 2-4 Plin. nat. 10,104 | 4-5 Vincit-Martius] ex Gell. 20,9,1-2 | 5-6 Gell. 20,9,2 (Mat. [non Lucil.] carm. frg. 12) | 6 Mart. 1,109,4 | Plin. nat. 9,106 | 7-8 Quod-dici] ex Seru. Aen. 1,655 uel Non. 213 | 8 succina] ex Plin. nat. 37,30 et 51 | 8-9 murrina-commemorata] ex Valla eleg. 6,64 (ex Plin. nat. 37,18-22 et fort. 27,98) | 9-10 nec-reperiuntur] ex Valla eleg. 6,64 + Non. 213 (Varro frg.) | 10-12 Valla eleg. 6,64\* (Hor. sat. 1,2,80) | 12 Mart. 1,109,10 | ex Cald. | Mart. 1,109,11 | 13 Mart. 1,109,17

4,1 nouissimus v | 2 Sirio v | 3 ita] item ova || laetalis Uov (cf. corn. c. 6,266) : letalis a || 4 cibus v || canum om. v || 4-5 admorsum o || 6 cynorhoda a || 7 sumus v || 5,2 suspicio ova || tamen] tantum a || his] iis ova || 3 scaeui v || 7 siquis a || 8 murina ova || 9 narronem v || yniones o : iuniones a || 13 fedando v || LVX. Suprema a

## AD VELOCEM. EPIGRAMMA CXXXVIII.

SCRIBERE ME QVERERIS. Facete Velocem arguit reprehendentem se, quod longiora epigrammata faceret. Tu, inquit, breuiora facis, quoniam nihil scribis.

1 Mart. 1,110,1 | 2 Quod-faceret] ex Mart. 1,110,1 | 2-3 Mart. 1,110,2\*

EPIGRAMMA. CXXXIX. AD VELOCEM. *a*

## AD REGVLVM. EPIGRAMMA CXL.

1 QVM TIBI SIT SOPHIAE. Facete cum Regulo ludit, ne uideatur libros suos ad eum mittens intempestiue forensibus negociis occupatum interpellare. Qum, inquit, par fama sit et doctrinae tuae et negociorum, non debet mirari qui et iura clientum tibi porrigi uidet, quem defendas, et libros, quos legas.  
5 SOPHIAE PAR FORMA ET CVRA LABORVM. Ordo est: qum in te forma, hoc est decor sapientiae, et cura laborum sit par, hoc est qum et doctrina et forensium negociorum exercitatione pariter excellas.

2 SOPHIAE. Sapientiae. Quemadmodum autem sophon, hoc est sapientem, pro docto, ita sophian, hoc est sapientiam, pro doctrina usurpamus. Vnde et sophisten uocamus modo eum qui in arte rhetorica proponit quae imitari debeamus. Sic enim orato- (f° 669r) rem rhetorem que et sophistam distinguunt,  
5 ut orator sit qui causas agit, rhetor qui artem oratoriam docet, sophisten qui imitationes proponit, modo cauillatorem, unde ea pars dialectices nomen sumpsit quae sophisticè appellatur, et sophisma dicitur commentum et oratio ita composita, ut uera esse uideatur. LABORVM. Quos in causis defendendis sustines.

1,1 Mart. 1,111,1 | 1-2 ex Cald. | 3 Mart. 1,111,1\* | 3-4 ex Cald. | 5 Mart. 1,111,1 | 5-7 ex Mart. 1,111,1 | 2,1 Mart. 1,111,1 | ex Pap. *sophia* uel Hug. *sophos* | Quemadmodum-sapientem] ex Pap. *sophi* uel Hug. *sophos* | 2 ita-usurpamus] ex Pap. *sophia* uel Hug. *sophos* + Cald. | 4-6 ex Mar. Victorin. *rhet.* 1,1 [p. 156,21-25] | 7 sophisma-commentum] ex Pap. *sophisma* uel Gloss. II,104,52 et 435,3 | 7-8 ex Hug. *sophos* | 8 Mart. 1,111,1 | 8-9 ex Cald.

EPIGRAMMA. CXL. AD REGVLVM. *a* || 1,1 ludi v || 4 quem] quae *ova* || 5 FORMA] FAMA *a* (cf. et. Mart. et Vat. Lat. 6848 f° 50r a.c.) || forma] fama *a* || 6 et doctrina] de doctrina v || 2,1 sapientiae *om.* v || 2 *sophiam* *a* || 3 *sophistem* *ov* || 4 *debemus* *va* || distinguunt v || 5 *sophisten*] *sophistes* *ova* || 6 *cauillatorio* *a*

## AD PRISCVM. EPIGRAMMA CXLI.

5 QVM TE NON NOSSEM. Facete Prisci Faufeii ambitionem carpit. Hic ut nomen patroni sibi uendicaret, pecuniam foenore capiebat, ut cultus incederet ac diues uideretur, turba togatorum eum comitante. Quapropter Maternum inferius admonet, ne illum hoc modo incedentem uidens falsa opinione ducatur. Est ergo

1 Mart. 1,112,1 | 3 turba-comitante] ex Mart. 2,74,1-2 et 5 | 3-5 ex Mart. 2,74 | 5-7 ex Cald. et Mart. 1,112,1-2

EPIGRAMMA. CXLI. AD PRISCVM. *a* || 3 comicante *o* : comitantem *v*

## AD LECTOREM. EPIGRAMMA CXLII.

5 QVAECVNQVE LVSI. Admonet lectorem, á quo emere libellos suos possit, si in iis legendis tempus terere uolueris. APINAS. Nugas, ineptias, de quo superius diximus. MALE COLLOCARE. Legendo scilicet quae uana et inutilia sunt. INVIDEBIS OCIO TVO. Terendo tempus in nugis meis lectitandis. PER QVEM NON LICET PERIRE MEIS NVGIS. Qui epigrammata mea colligit uendit que, nec sinit ea perire. Honestus loquendi modus: per me non licebit hominem occidere, idest non sinam quantum in me erit hominem occidere, per me non licebit homini abire, hoc est permittam quantum uires (c. 1030) meae sufficient hominem abire.

1 Mart. 1,113,1 | 1-2 ex Cald. | 2 Mart. 1,113,2 | 2-3 4,121 | 3 Mart. 1,113,3 | 4 Mart. 1,113,4 | ex Cald. | 4-5 Mart. 1,113,6\* | 5-6 ex Cald.

EPIGRAMMA. CXLII. AD LECTOREM. *a* || 1 á quo] aquo *o* || 2 in *om.* *v* || uoluerit *ova* || 6-7 per me-occidere *om.* *v* || 7 idest-occidere *om.* *ova*

## AD FAVSTINVM. EPIGRAMMA CXLIII.

HOS TIBI VICINOS. Fennium Thelesporum laudat, quod in prato suo Anthillam filiam defunctam mira pietate sepeliuerit et epitaphium posuerit. DIGNIOR IPSE LEGI, quia mori ante filiam debuit. Vnde mox subdit: "ad Stygias aequum fuerat patrem isse sub umbras".

1 Mart. 1,114,1 | 1-2 ex Cald. | 3 Mart. 1,114,4 | ex Cald. | 3-4 ad-umbras] Mart. 1,114,6

EPIGRAMMA. CXLIII. AD FAVSTINVM. a || 1 Fenium Thelesporum ova || 3 ad] at ov || 4 aequum U : aequum ova (cf. et. 1,313. 3,361 et 368) || subumbras o

## (f° 669v) AD PROCILLVM. EPIGRAMMA CXLIII.

1 QVAEDAM ME CVPIT. Facete Procilli inuidiam carpit. Formosissima, inquit, mulier petit me. Ex inuidia moreris, at ego uolo turpissimam. Iam incipit respirare. ARGENTO. Candidum enim est argentum, unde á Graecis ἀργύριον, á nobis argentum uocatur, quod Graeci ἀργόν album dicunt. **Homerus**: "κύνας ἀργούς". Hinc argema morbus oculorum dictus est, qum ulcus circulum oculi infestat, quem Graeci irin dicunt, Latine albugo nuncupatur. Argentum in puteis reperitur; excoqui non potest, nisi cum plumbo nigro aut cum uena plumbi, quae iuxta argenti uenas plerunque reperitur, galenam uocant. Inuenitur ferè in omnibus prouintiis et ubicunque una inuenta est uena, non procul inuenitur et alia, quod in omni ferè materia accidit; unde Graeci metalla appellarunt ἀπὸ τοῦ μετὰ τὰ ἄλλα εὐρέϊσθαι, hoc est quod alia post alia inueniantur.

1,1 Mart. 1,115,1 | ex Cald.? | 1-2 ex Mart. 1,115,1 | 2-3 Iam-respirare] ex Mart. 1,115,7 | 3 Mart. 1,115,3 | 3-4 ex Hug. *argentum* | 4-5 Etym. m. 135,54-59 (Hom. *Il.* 1,50) | 5-6 Hinc-infestat] ex Ps.Gal. 14,773-4 | 6 Latine-nuncupatur] ex Plin. *nat.* 20,49 | 6-10 Plin. *nat.* 33,95-96\* | 10-11 ex Pap. *metalla* uel Hug. *metallum*

EPIGRAMMA. CXLIII. AD PROCILLVM. a || 1,1 QVAEDAM] Quidam v || formisissima v || 2 me mulier petit ova || incipis a || 3 enim om. v || argentum est v || ἀργίριον o : ἀργίριον v : ἀργύρων a || 4-5 κύνας ἀργούς o : υῤῥας καργούς v || 5 Hinc U<sup>2</sup> p.c. et ova : Hic U a.c. || 6 irim ova || 8 gallenam ova || 10 metalla Graeci v || 10-11 ἀπὸ τοῦ μετὰ τὰ ἄλλα εὐρέϊσθαι U<sup>2</sup> : αποτου μετὰ τα ἄλλα ἀρεῖαδα o : ἀπο του μετααλλα ἀρεῖαλαί v || 11 inueniatur o

2 Á metallo uero metalli dicti sunt in re militari quasi mercenarii. **Actius:**  
 “Calones famuli que metalli caulae que”. Á quo nomine Ceciliae familiae Metelli  
 cognomen datum putatur. Argenti uena quae in summo reperta est crudaria  
 appellatur. Odor ex argenti fodinis inimicus est omnibus animalibus, sed maxime  
 5 canibus. Mirum est, quum album sit argentum, lineas ex eo nigras produci. Est  
 lapis in eius uenis, ex quo fluit argentum uiuum, quod omnium rerum uenenum  
 est. Item lapis spumae candidae nitentis que non tamen translucens, quod stimi  
 appellant, alii stibiam, alii alabastrum, aliqui turbasin, non nulli etiam  
 platyophthalmon, quasi dilatans oculos: πλατύς enim latus, ὀφθαλμός oculus dicitur,  
 10 quoniam in calliblepharis dilatet oculos et eorum fluxiones exulcerationes que  
 inhibent.

3 Calliblepharum medicamentum est accommodatum uitii oculorum,  
 praesertim quum palpebrae coherescunt et ulcera oculorum male sunt curata.  
 Nomen habet á pulchritudine genarum: κάλλος enim pulchritudo, βλέφαρα genae  
 dicuntur. Scoria in argento est quam Graeci uocant helcysma. Spuma argenti  
 5 argyritis uocatur, sicut auri chrysis, plumbi molibditis. Omnis autem fit excocta  
 sua materia ex superiori catino defluens in inferiorem. Distat spuma á scoria  
 tanquam á fece: alterum purgantis se materiae, alterum purgatae uitium est.  
 Inuenitur et (f° 670r) in argentariis metallis minium et hydrargyrum et coticula  
 lapis, de quibus superius diximus. Ab argentum argentarius deducitur, hoc est  
 10 trapezeta qui et mensarius et numularius uocatur.

4 Et argentaria argenti fodina et argentarius adiectiuum, unde fabrum ar-  
 gentarium dicimus, et argenteus ex argento, et philargyrus anulus argenti, et li-

2,1-3 P.Fest. 147\* (Acc. *carm.* 2) | 3-7 Plin. *nat.* 33,98-99\* | 7-11 Plin. *nat.* 33,101-2\* | 3,1 ex Gal. 12,734 | 4-7 Plin. *nat.* 33,106-8\* | 8 inuenitur-minium] Plin. *nat.* 33,111\* | hydrargyrum] Plin. *nat.* 33,123\* | 8-9 coticula-lapis] ex Plin. *nat.* 33,126 | 9 2,570 minium. 5,55 hydrargyrum. 6,313 coticula lapis | 10 ex P.Fest. 124 + Tort. *trapezita* [cf. et. *corn.* c. 32,9] | 4,2 ex Hug. *argenteus* | 2-3 Tort. *lithargyrus* et *doc. part.*

2,1 uero *om.* v || 2 collones v || Ceciliae *Uo* : Caeciliae *va* | 3 quae] que v || 5 sit] sic a || 7 spume v || stimi a || 8 allabastrum v || 9 πλατύς *o* : πλατίς v || οφθαλμός *o* : οφθαλμός v : ὀφθαλμός a || 10 caliblepharis *ov* || fluxiones a || 11 inhibent] in- *U<sup>2</sup> in ras.* || 3,1 caliblepharum *ov* || 2 cohaerescunt *ova* || 3 generum a || βλέφαρά *o* : βλεφαρία v || 4 helcysma *va* || 5 argyritis v || chrysis] qui chrysis v || molybditis a || autem *U p.c.* : at *U a.c.*, ut *uid.* || ex cocta *va* || 8 metallis v || hidrargyrum *o* : hidragirum v || 4,2 philargirus *ov* || anulus argenti] amicus anulus argenti *ov* : amicus argenti a || 2-3 litargirus *ov* : lithargyrus a

thargirus lapis argenteus, et Argyrondes Aetoliae fluuius propter argenteum  
 aquae candorem, ut quidam existimant, et argyranche, de qua superius diximus.  
 5 LILIO. Liliū flos est candidissimus, nobilitate proximus rosae et quadam (c.  
 1031) cognatione unguenti olei que, quod ab eo liliron appellatur. Nulli florum  
 excelsitas maior, foliis foris striatis et ab angusto in latum paulatim se laxantibus  
 effigie calathi, resupinis per ambitum labris tenui que filo, et seminibus croceis  
 10 in medio stantibus. Est et rubens liliū, quod Graeci crinon uocant. Est et  
 purpureum, quem uocant narcissum, de quo superius diximus. Liliū á Graecis  
 nomen traxit: quippe Graeci λήριον uocant.

5 PICE. Pix est quae fit ex arborum resinis ad ignem decoctis: nam resina  
 liquor est crassus ex arboribus fluens et saepe sua sponte siccatus ad solem. Pix  
 liquida é teda coquitur ad nauium et multos alios usus. Lignum eius concisum  
 furnis immittitur undique igni extra circumdato, ut primus sudor aquae modo  
 5 fluat in canali, hoc caedrum uocatur, quod sit aqua ignis ardentis: καείν enim  
 urere, ὕδωρ aqua. Tanta que eius uis est, ut in Aegypto corpora hominum  
 defunctorum eo perfusa seruentur. Sequens liquor crassior picem fundit, haec  
 rursus in cortinas aereas coniecta aceto pissatur.

6 Caetera genera picis ex aliis arboribus fi<un>t et maxime picea. Flos  
 crudus piceae resinae cum multa hastula tenui breui que auulsus conciditur, ad  
 cribrum minuta. Deinde feruenti aqua perfunditur donec coquatur. Huius  
 expressum pingue praecipua pix est dat que uino odorem et acumen quodam  
 5 saporis. É contrario uitia resinae corticis que eam picem faciunt, quae dicitur  
 crapula, qua uini uirus frangitur compescitur que illius nimia feritas. Resina á  
 pice hoc differt quod pix nihil aliud est quam combustae resinae fluxus. Terebin-

4,3-4 ex Tort. *Argyrondes* | 4 124,1 | 5 Mart. 1,115,3 | 5-10 Plin. *nat.* 21,22-25\* | 10 1,426 | 10-  
 11 ex Varr. *ling.* 5,103 | 5,1 Mart. 1,115,5 | 3-5 Plin. *nat.* 16,52\* | 6-8 Plin. *nat.* 16,52-53\* |  
 6,1-4 Plin. *nat.* 16,54-55\* | 4 Plin. *nat.* 14,124\* | 5-6 Plin. *nat.* 16,54\* + 14,124

4,6 liliron] lirion a || 7 strictis v : stratis a || 8 effigiae o || 9 liliom v || 10 narcissum v || Liliū et v ||  
 11 quippe om. v || Graeci enim v || λήριον o : λείριον v : λείριον a || 5,1 quae] que ov || 3 é] et ov  
 || 4 immittitur o || circumdato a || 5 cedrum ova || καείν o : καείν v || 6 urere] uere a || ὕδωρ o : ἕλωρ v  
 || uti o || 6,1 fiunt ova : fit U || 2 piceae] piceae o || hastula] pastula o || 4 pinguae o || est U<sup>2</sup> p.c. : es  
 U a.c. || quodam U iuxta 3,42 et o : quoddam va || 7 combustae ov

10 thina resina, hoc est quae fit ex arbore terebintho, praefertur omnibus; proxima est quae fit ex lentisco et masticte dicitur. Postea cupressi acerrima sapore. Picea arbor montes amat, feralis apud ueteres (f° 670v) habita, nitens rogis et in funeribus, duntaxat ante fores solita; postea etiam in domos recepta facilitate tondendi. Haec plurimam resinam fundit.

7 Teda proprie dicta succo abundat, parcior tamen est liquidior que quam picea, flammis ac lumini sacrorum grata. Laricis morbus est ut teda fiat. Est autem larix arbor similis abieti materia praestantior, incorrupta uis, humori contumax. Plusculum huic erumpit liquoris melleo colore, nunquam durescentis.  
5 Pix ex arbore picea omnium nigerrima est; á pice piceus deducitur. Pix uero á Graeco fit: nam Graeci pissam dicunt, á quo pisseleon oleum quod ex pice fit. Et pissasphaltus mista bitumini pix naturaliter, quae in Apolloniatarum agro reperitur. Quidam et ipsi miscent praecipuum ad scabiem pecorum remedium; et palimpissa pix liquida iterum decocta. Et zopissa pix quae é nauibus eraditur  
10 admista cera et marino sale macerata multo ad omnia efficacior quam aliae pices.

6,8-9 proxima-sapore] Plin. nat. 14,122\* | 9-12 Plin. nat. 16,40 | 7,1-2 Plin. nat. 16,44 | 2 ex Plin. nat. 16,43 | 2-4 Est-durescentis] Plin. nat. 16,43 | 5-6 ex Pap. pix uel Hug. pix uel Balb. pix | 6 Plin. nat. 24,40 | 6-8 Plin. nat. 24,41 | 8-9 Plin. nat. 24,40\* | 9-11 Plin. nat. 24,41\* + 16,56\*

6,8 quae] que v | 9 quae] que v || accerrima o || 7,1 partior a || 6 pissa a || pisselaeon ova || 7 mixta v || Apoloniatarum ov || 8 scabiem ova : stabiem U || 9 eraditur] traditur o || 10 efficacior U p.c. : efficacior U a.c. et v

#### EPITAPHIVM ANTHILLAE. EPIGRAMMA CXLV.

HOC NEMVS AETERNO. Dulce epitaphium Anthillae, cuius paulo ante mentionem fecit. FENNIVS. Telesphorus. Fennius pater Anthillae.

1 Mart. 1,116,1 | 1-2 Mart.1,114,4 | 2 Mart. 1,116,2

EPITAPHIVM ANTHILLAE. EPIGRAMMA. CXLV. a || Antillae v || 1 naemus v || eterno v || Athillae v || pauloante a || 2 Thelesporus ova



## AD LVPERCVM. EPIGRAMMA CXLVI.

1 OCCVRRIS QVOTIENS, LVPERCE, NOBIS. Lepidissimum  
epigramma ad Lupercum ita petentem epigrammata Martialis; quasi remissurus  
monet eum poeta, ut á propinquo sibi bibliopola emat; in quo false hominis  
auaritiam carpit. PVERVM. Seruum. EPIGRAMMATON. (c. 1032) Graecus  
5 genitiuus pluratiui numeri. VEXES. Fatiges. LONGVM EST. Iter scilicet. AD  
PIRVVM. Regio in qua Martialis habitabat Ad pirum dicebatur: frequenter quippe  
arbores nomina regionibus dabant, ut Ad pinum, quod est apud **Senecam**, Ad  
malum Punicam, quod est apud **Tranquillum**, Ad gallinas apud **Plynum**  
propter laurum ibi satam ex ramo suis bacis honusto, quem gallina conspiciui  
10 candoris ore gestauerat, ut superius meminimus.

2 ARGI NEMPE SOLES SVBIRE LETVM. Dictionem diuisit more  
poetico, (f° 671r) ut **Virgilius**: “Septem que triones”. Et in oratione soluta  
**Cicero**: “Experge te facias”. NEMPE. Certe, et est primogenium uocabulum.  
CONTRA. Ex aduerso. Contra praepositio est separatur que et componitur,  
5 quando *κατὰ* uel *ἀντὶ* significat; et tunc proprie est praepositio, ut contra  
adulterium dico et contradico. Quando uero sine casu ponitur significat que *ἐξ*  
*ἐναντίας*, aduerbium est. **Iuuenalis**: “Stat contra stari que iubet”. Ab hoc fit  
contrarius, hoc est oppositus, repugnans; et contrarior uerbum aduersor,  
reputo; et aduerbium é contrario, quod significat é diuerso, contra.

1,1 Mart. 1,117,1 | 1-4 ex Cald. | 4 Mart. 1,117,2 | Mart. 1,117,3 | 5 Mart. 1,117,5 | Mart.  
1,117,6 | 5-6 Mart. 1,117,6 | 6 Cald.\* | 7 Sen.? fr. inc. 63 | 8 ex Cald. (ex Suet. Dom. 1,1) | 8-10  
ex Plin. nat. 15,136-7 | 10 7,4 | 2,1 Mart. 1,117,9 | 2 Verg. georg. 3,381\* | 3 Cic. Verr. II,5,38 |  
Mart. 1,117,9 | NEMPE-certe] ex Pap. nempe | ex Prisc. gramm. III,65,14-16 | 4 Mart. 1,117,10  
| 4-8 Contra-contrarius] Prisc. gramm. III,41,26-42,6\* (Iuu. 3,290) + Pap. contra\*

EPIGRAMMA. CXLVI. AD LVPERCVM. a || 1,1 QVOTIES a || Q. VOTIENS LVPER CENO  
BIS o || 2 lupercum] lupetcum v || 5 VEXES fatiges om. ova || 5-6 ad pirum a || 8 Punicum ova ||  
apud<sup>2</sup>] ap- U in ras. || 9 baccis ov || onusto va || 2,2 in mg. sup. dextr. U numerauit folium  
DCXXI, postea -L- add. U<sup>2</sup> s.l. || 6-7 ἐξ ἐναντίας] υξ ἐναντίας o : υξἐναντίας v || 9 é  
contrario] contrario v || ediuerso a

3 FORVM CAESARIS. De quo superius locuti sumus. SCRIPTIS  
 POSTIBVS. Suspendi mos est tabellas in postibus tabernarum librariarum, in  
 quibus omnes libri uenales sint descripti. HINC ET INDE. Ex omni parte.  
 OMNES POETAS. Qui scilicet uenales sunt in taberna libraria. NEC ROGES.  
 5 Non est necesse eum rogare, quia statim dabit librum soluenti praetium. É  
 PRIMO ALTERO VE NIDO. É primo aut secundo genere. Sunt enim alii  
 praetiosiores libri, alii uiliores ad uendendum expositi. RASVM PVMICE  
 PVRPVRA QVE CVLTVM. Ligatum, ornatum, omni ex parte perfectum.  
 TANTI NON ES. Tantum non uales. SAPIS. Ironice loquitur. Quis enim  
 10 quinque denariis qualencunque librum non emat? Ironia figura est quae simulatio  
 dici potest. Graeci enim εἰρωνεύεσθαι cauillari dicunt, quum aliud uerbis  
 significamus, aliud re sentimus. Quale est illud apud **Virgilium**: “Egregiam  
 uero laudem et spolia ampla refertis Tu que puer que tuus, magnum et  
 memorabile numen, Vna dolo diuum si femina uicta duorum est”.

3,1 Mart. 1,117,10\* | 31,13 | 1-2 Mart. 1,117,11 | 3 Mart. 1,117,11 | 4 Mart. 1,117,12 | Mart.  
 1,117,13 | 5-6 Mart. 1,117,15 | 7-8 Mart. 1,117,16 | 9 Mart. 1,117,18 | Mart. 1,117,18 | 10-14  
 ex Tort. *ironia* (Verg. *Aen.* 4,93-95: u. 95 *compl. Perottus*)

3,2-3 sus[pendi - ]libri *om. o in fine f. 354r initioque 354v, et v* || 4 NECROGES *v* || 5 soluenti *U*  
*p.c.* : loluenti *U a.c., ut uid.* || praetium *U* : praecium *v* : pretium *oa* || 5-6 Eprimo *v* || 7  
 praetiosiores *alter. -o- U in ras.* : pretiosiores *oa* || 8 omni ex parte] ex omni parte *ova* || 9 TANTI  
 NON EMAS *v* || tantum non uales] ironice loquitur *ova* || 11 εἰρωνεύεσθαι] εἰρόναταλαι *o* :  
 εἰρούαταλαί *v* || 14 numen] nomen *ov*

#### AD CAEDICIANVM. EPIGRAMMA CXLVII.

CVI LEGISSE SATIS. Lepidum simul ac grauitatis plenum distichon, quo  
 primum claudit librum: ‘Qui, inquit, plusquam centum epigrammatibus á nobis  
 reprehensus sese á uitiiis non retraxit, nullus illi erit male agendi modus’.  
 CENTVM. Finitus numerus pro infinito. Nam supra centum epigrammata primo  
 libro continentur. NIL MALI SATIS EST. Nunquam á uitiiis recedet.

1 Mart. 1,118,1 | 2-3 ex Mart. 1,118,1-2 | 4 Mart. 1,118,1 | 5 Mart. 1,118,2\*

EPIGRAMMA. CXLVII. AD CAEDICIANVM. *a* || CEDICIANVM *v* || 1 CVI] QVI *a* || 2 plus  
 quam *a* || epigrammatibus *v* || 3 reprahensus se se *v*

1 (f° 671v) Habes, Federice princeps, interpretationem primi libri, quod est uniuersi operis et totius ferè Latinae linguae dimidium. Tot enim ac tanta et tam uaria hoc uno libro explicata sunt, ut aliquanto minus sit id omne quod superest. In quo animaduertere facile erit quot et quanti essent, in quibus antehac uersabamur, errores, quam multa forent á clarissimis etiam Latinae linguae autoribus per ignorantiam rerum ac (c. 1033) uocabulorum falso exposita, quam multa ob nimiam difficultatem praeterita ac prorsus ommissa.

2 Nos enim famae omnium parcimus, nec aliter ea iudicamus. Diligentis lectoris officium erit aliorum scripta cum nostris conferre; quod, siquando á nobis alicubi quicquam praeteritum uidebitur, quod dici eo loco commode potuisset, nolim desperet lector id alio loco se non minus apte commode que lecturum. Si uero aliqua bis tertio que non nunquam á nobis repetita uidebuntur, id quoque quisquis diligenter animaduertat, non sine causa á nobis factum intelliget, nec inculcatum quicquid, sed necessario aliquando replicatum iudicabit.

3 Verum tu quidem, Federice princeps, quamuis in pr<a>esentia Thuscos domas et rebellantes Romanae ecclesiae populos iugum ferre compellis, non desinis tamen nos subinde hortari, ut reliqua prosequamur, quod certe libenter facimus, ut omnes non modo tuis armis ac uiribus sacrosanctae Romanae ecclesiae imperium auctum, sed sacram etiam Romanam linguam te imperatore, te duce illustratam locupletatam que cognoscant. VALE.

AD FEDERICVM PRINCIPEM *oa* || *U habet in mg. inf. f. 671v Apostolicae Vaticanae Bibliothecae sigillum* : Nicolai Peroti Eruditissimi uiri Cornucopiae seu comenarium (*sic*) linguae Latinae. Impressum Venetiis per Magistrum Paganinum de Paganinis Brixiensem, anno Domini MCCCCLXXXVIII pridie idus Maii o